3

COLLECTIO SCRIPTORUM
ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM
UTRIUSQUE CONGREGATIONIS ET SEXUS
P. F. Bartholomæi a S. Angelo Provinciæ Longobardicæ

OPERA ET SOLERTIA EXARATA

CUI ACCEDIT SUPPLEMENTUM SCRIPTORUM ORDINIS

QUI AUT OBLITI FUERUNT AUT RECENTIUS VIXERUNT

AUCTORE ET COLLECTORE

P. F. Henrico M. a SS. Sacramento

Alumno Provinciæ Genuensis.

Accedunt insuper

CATALOGUS EPISCOPORUM INDEX PRÆPOSITORUM GENERALIUM

ET PROSPECTUS PROVINCIARUM ET CŒNOBIORUM ORDINIS.

Tomus primus

SAVONÆ

EX TYPOGRAPHIA A. RICCI

MDCCCLXXXIV.

J. M. J.

F. HIERONYMUS M.ª AB IMMACULATA CONCEPTIONE
PRÆPOSITUS GENERALIS FRATRUM EXCALCEATORUM
ORDINIS
BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELO
EJUSDEMQUE SACRI MONTIS
PRIOR.

Cum Opus cui titulus = *Collectio Scriptorum Ordinis Carmelitarum Excalceatorum utriusque Congregationis* et *Sexus* a R. P. Bartolomæo a S. Angelo Sacerdote Provinciæ Longobardiæ exaratum, et *Supplementum ejusdem Operis* a R. P. Henrico M.ª a SS.^mo Sacramento Magistro Novitiorum Provinciæ N.^ræ Januensis compositum, duo e Nostris Theologis examinaverint, nihilque in eo offenderint, quod Catholicæ Fidei, et bonis moribus adversetur licentiam, quantum ad nos attinet concedimus ut typis edatur, servatis omnibus de Jure servandis. In cujus fidem etc.

Datum Genuæ, ex Conventu Nostro S. Annæ die 4ª Octobris 1883.

F. HIERONYMUS M.ª ab Immaculata Conceptione
Præpositus Generalis.

F. Seraphinus a S. Theresia — *Secretarius.*

PRÆFATIO

AD LECTOREM CARMELITAM DISCALCEATUM

Cum jam multis abhinc annis, benevole lector, manuscriptum opus R. P. F. Bartholomaei a S. Angelo N. Provinciae, Longobardicae Alumni, repererim, quod ad trutinam revocatum magni faciendum esse jure ac merito existimaverim, statim illud typis mandandum ex plurimorum nostrorum Religiosorum consilio in votis habui et statui. Illud enim perutile et valde opportunum futurum putavi, primo, quia unicum operis insignis exemplar in toto N. Ordine extabat et hisce temporum et circumstantiarum vicissitudinibus ac calamitatibus amitti facillime poterat, secundo quia nullum aliud opus huius generis, quod mihi compertum est, praesto aderat apud Carmelitas Excalceatos, quod copiosius et recentius Scriptores Ordinis Nostri colligeret. Nam R. P. De-Williers, et N. P. Martialis a S. Ioanne Baptista in suis bibliothecis Auctores nostros enumeraverant, qui ante illos extiterant, et antequam illas collectiones typis mandassent, quod fuit in principio saeculi praeteriti idest iam a centum et amplius annis, nec nobis compertum erat illas bibliothecas novis nominibus auctas, hucusque denuo prodiisse; quapropter eas necessario incompletas et mancas, quia notitias non continent Scriptorum, qui postremis hisce temporibus Ordinem Carmelitarum Excalceatorum et litterarum Rempublicam Scientificis elucubrationibus et voluminibus illustrarunt.

Opus e contra de quo verba facimus non tantum biographias et volumina recenset, quae, in his P. De-Williers et P. Martialis collectionibus locum habent, sed insuper adnotat plurimos Scriptores, qui usque ad principium huius saeculi vitam duxerunt, et volumina quae ad publicam lucem typis prodierunt, aut inedita manuscripta manserunt. Ex quo luce clarius emanat utilitas et pretium huius nuperrimae bibliothecae R. P. Bartholomaei, quae aliis praecedentibus Collectionibus scriptorum et numero, et tempore plenior et absolutior evadet. Attamen ut adhuc ditior et perfectior haec nova Auctorum collectio haberetur, opus erat et eos Scriptores adjungere, qui hoc nostro saeculo ingenii sui partus ediderant, aut solummodo edenda reliquerant, et eos quoque qui etsi saeculis praeteritis cursum vitae mortalem perfecissent, attamen ignoti aut obliti praecedentium Collectorum calamis exciderant. Quare cum istud manuscriptum publici juris facere, et praelo committere decrevissem, curam adhibui ut has lacunas implerem, ac propterea Superiores nostrarum Provinciarum consului et rogavi ut notitias praeberent omnium illorum Scriptorum, qui Coenobiorum suorum alumni, aliquod opus exarassent, quod impressum aut manuscriptum reliquissent postremis hisce temporibus saeculi XIX. Petitioni meae quamplurimi Superiores benigne respondentes, nonnullorum nomina et documenta suppeditarunt, quae velut supplementum Collectionis P. Bartholomaei in unum redegi et aliis adjunxi, quae mea cura reperire in sortem habui. Collectionem igitur nuper repertam manuscriptam, nonnullis mendis expurgatam, paucisque adjunctis ditatam in primaeva conditione relinquens, eam ut Auctor ipse exaravit praelo committo, Scriptoresque noviter a me repertos in unum redactos eodem ordine et forma velut Operis supplementum collegi, et ad calcem prioris Collectionis edere curavi.

Cum in bibliotheca P. Bartholomaei extaret etiam Catalogus Illustriorum Praesulum Ordinis Nostri, et Index Praepositorum Generalium N. Congregationis Italicae, ego quoque primum Catalogum Episcoporum valde imperfectum complevi, et Indicem Superiorum Majorum ad nostra usque tempora produxi.

Ut autem opus, quod in lucem prodire exoptabam, iuxta mentem et desiderium P. Bartholomaei, omnino absolveretur, omnium Provinciarum et Conventuum N. Reformati Instituti, nec non titulorum Nostrarum Ecclesiarum in toto terrarum Orbe primitus extantium, prospectum exactissimum transcripsi ex Actis S. M. N. Theresiae *Patrum Bollandistarum Bruxellis editis.*

Ex his omnibus, benevole Lector, colligere fas est, quanti emolumenti et honoris Ordini N. futurum sit opus, quod injuria temporum et circumstantiarum facillime deperditum aut ignoratum ire poterat.

F. Henricus M^{a} a SS^{o} Sacramento
Carmelita Excalceatus, Provinciae Genuensis
Operis editor et Supplementi Auctor.

I. Adeodatus a SS. Petro et Paulo.

Mediolanensis, ex nobili familia Laudriani, natus die 4 julii, anno 1626. Habitum Carmelitarum Discalceatorum in patrio Sancti Caroli Coenobio suscepit anno Domini 1642; et anno sequenti 1643 solemnem emisit professionem. Emenso Bononiae studiorum Cursu, praeceptore p. Laurentio a S. Theresia, viro celeberrimo *(vid. suo loco)*, *ibi*, tanto Magistro successit in Lectoris munere. Quo, cum omni laude, functus, electus est Magister Novitiorum; deinde Prior Concesiae, Brixiae, et Mediolani; postea Definitor, *bis* et *iterum*, scilicet Ann. 1671, 1673, et 1688 Longobardiae Provincialis; ac demum Procurator Generalis, atque Ordinis Vicarius Generalis.

Dum Brixiae erat Prior, fuit Theologus E^mi^ Petri Cardinalis Ottoboni Veneti, illius Civitatis Episcopi. Assumptus iste die 6. Octobris anno 1689, ad Petri Cathedram, sub nom. Alexandri VIII statim vocavit Adeodatum Nostrum in Urbem, et ab eodem pontifice institutus Sui Consiliarius, Qualificator S. Officii et Consultor Congregationum Sacr. Rit. atque Indicis.

Eximium Opus m. s. sub titulo — Spicilegii Theologici, — a supradicto p. Laurentio a S. Teresia compositum, non modico studio ac labore in quinque Tom. in Fol. digessit noster Adeodatus, ac edi curavit Romae, anno 1682 et seqq. atque ad hoc opus, ex grati animi devotione, clarissimi Auctoris praefixit honorificum Elogium.

In actuali Visitatione Regiensis Conventus, lethali morbo correptus, obdormivit in Domino die 15 februarii anno 1691, et fuit primus defunctus in illo Coenobio anno 1685 die 2 martii fundato a Ser^ma^ Ducissa Laura Martinozzi; et ab Hercule III Duce Mutinae, suppress. anno 1783, die 14 martii

Vir vitae regularis amantissimus, sincerae probitatis, magnae prudentiae, singularis pietatis, firmae animi magnitudinis, et non vulgaris eruditionis conspicuus: suam Longobardiae provinciam summo cum fructu et ingenti Regularis observantiae augmento visitavit: Alexandro VIII. Pontif., Max. Ranucio II Parmensi Duci, Francisco II Mutin. Duc., aliisque Magnatibus valde dilectus et charus.

Scripsit plurimas epistolas Pastorales, ad Religiosos et Moniales suae Provinciae. Reliquit MSS. Tom. 1. in fol. Consultat., Dissertat., ac Opuscula Ascetica, quae omnia asservabantur olim in Biblioth. Mediolan. Coenob. (suppress. a Napoleone anno 1805) — (Ita, ex Necrologio Regiensis Convent.)

(Vid. P. Martial. a S. Io: Bapta, in sua Biblioth. Pag. 271, Verb. Laurent. a S. Teresia, et De Williers, in sua Biblioth. Carmelitana, Pag. 230 Num. 31 etc.)

2. Adrianus a S. Teresia.

Natione Polonus fuit Praelector, Definitor, Poloniae Provincialis anno 1784; Definitor generalis, ac tandem ad Supremam Ordinis praefecturam evectus in Capitulo LVII Generali, Romae celebrato die 14 maii, anno 1791.

Obiit in sua provincia, anno 1801, in Coenob. Lublinensi, Gallitiae Occidentalis. Scripsit *Litter. Pastoral. ad totam Italicam Congregationem.*

3. Agapitus ab Annuntiatione.

Provinciae Romanae Alumnus, — Edidit:

— *Rhetorica, et Cursus scripturalis abbreviatus* — Tom. I, in 8°, Romae 1727, Typ. S. Michaelis.

4. Agathangelus a Jesu Maria.

In saeculo Augustinus Aurelii, ac Eleonorae Spinulae, patritiorum Januensium, filius, anno a Partu Virginis 1580; mense Martio in lucem editus. Divino se famulatui in Ordine Carmelitico-Teresiano devovit, mense aprili, anno Domini 1596; in quo Provincialis., Definitoris Generalis, Visitatoris Generalis in Gallia, Apostolicique Commissarii iussu Urbani VIII. pontif. Max. apud Camaldulenses Etruriae munere functus; sui Ordinis

Coenobia plura fundavit, evangeliique praeco praecipuas Italiae urbes illustravit.

Januae morbo extinctus, die 18 junii, anno 1641.

Posteris reliquit Conciones tum Quadragesimal., tum Annual. MSS. quae apud suos consodales summo studio custodiuntur.

Haec refert R. P. Augustinus Oldoinus, Societ. Jesu, in Athenaeo Ligustico, anno 1680, Perusiae edito, pag. 4, et seq. etc.

(De Wiliers, Tom. I. suae Biblioth. Carmelit. pag. 10, N.° 17).

5. Agathangelus a S. Ludovico.

Casalensis (Dit. Pedemontana) ex familia Bussa, natus die 3 julii anno Domini 1710. Vestem Teresianam in Longobardiae provinc. induit die 23 Augusti anno 1727, et anno seq., die 24 ejusdem mensis cum gaudio vota dixit solemnia. Munia Superioris, et Confessar. Ordinar. nostrarum Monialium laudabiliter gessit. Diuturnis gravissimis infirmitatibus probatus, placidissime, more justorum, animam Deo reddidit Bononiae die 14 novembris anno 1786, hora 2ª vespertina. Vir in rebus Liturgicis peritissimus et saepe saepius consultus a praecipuis Magistr. Sacrar. Caeremon. et Rubric., non solum Italis, verum etiam Ultramontanis.

Edidit Seqq. Liturgic. dissertat.

1. *De officiis Dioecesanis.* — Mediolani 1763, ap. Ioseph. Mazzucchelli.

2. *De officiis indultis cum Expressione* — Fieri posse — Ibidem, 1764.

3. *De Symbolo in Missis Fest. SS. Ord. Nost.* — Ibidem 1765.

4. *De hymno Angelico in Missis Votivis B. V. M.* — Ibidem, 1766.

5. *De Sequentia in Missa SS. Nominis Jesu.* — Ibidem, 1766.

6. *De Sacerdote impotente longam celebrare Missam in Dom. Palmar. et Fer. 3, et 4. seqq.* — Ibidem, 1767.

7. *De voce* innumeris *in Communicantes Pentecostes* — Ibidem, 1767.

8. *De die Obitus Seraph. Virg. S. M. N. Teresiae.* — Ibidem, 1768.

9. *De hora celebrandi Missam a Regularibus, ex privilegio.* — Ibidem, 1769.

10. *De colore in festo SS. Cordis Jesu* — Ibidem 1769.

11. *De Missa votiva B. V. M.* (apud Teresianos) *in sabbatis* — Ibidem 1769.

12. *Quandonam duplicandae sint Antiphonae in Officio Defunctorum?* — Mutinae, 1770, apud Joann. Montanari.

13. *Quandonam in precibus officii Defunctorum dicendi sint psalmi?* — Bononiae, 1771, Typ. Gaspar. De Francisci.

14. *Quandonam dicendum Invitatorium in officio Defunctorum?* — Faventiae, 1773, Typ. Josephi Anton. Archi.

15. *Quandonam dicendum Nocturnum in officio Defunctorum, quando unum tantum dicitur?* — Ibidem 1774.

16. *De anno Sancto Jubilaei.* — Ibidem, 1775.

17. *De Ritibus in Lectione Martyrologii in vigilia Nativitatis D. N. I. C.* — Ibidem, 1775.

18. *De lectione propria Festi simplicis, occurrentis in officio Dominicae infra Octav. Corporis Christi.* — Forlivii, 1766, Typ. Achill. Marozzi.

Reliquit opus MS. (Praelo dignum) cum hoc Titulo;

Ars Componendi
Bene et expedite
Directoria ad horas Canonicas
Et Missarum Sacrificia
Pro pluribus etiam Diversis Ecclesiis,
Alicuius provinciae Regularis ordinis
Seu diversis Ecclesiis Civitatis
Aut Oppidorum alicuius Dioecesis. — Tom. I, in folio.

(Ex Necrolog. Bonon. Coenob)

6. Agathangelus a S. Teresia.

Natione Polonus, in saeculo dictus Alexander Pinocipius.

Scripsit post annum 1672 Opera Praelo parata, et sunt:

1. *Meditationes de Beatissima Virgine Maria, et Sanct. Ioseph.*

2. *Responsionem ad quemdam Religiosum Ordinis Sanct. Francisci in suis editis Concionibus contendentem;*

— Monita Spiritualia S. M. Teresiae, non suis Carmelitis, sed Reformatis S. Francisci fuisse tradita — (Ita P. Martialis a S. Jo: Bapt., in sua Biblioth., Pag. 1 N.° 1.)

7. Agnes a Jesu.

Natione Hispana, ortu Caesaraugustana, ex Nobili Familia *Casanatarum*, genita; Monialis Teresiana, magnis decorata virtutibus.

Sanctissime decessit Cæsaraugustæ, anno gratiæ 1620, die 18 junii.

Scripsit sua vulgari lingua:

1. *Relationem de statu animae et orationis suae, et favoribus, quos sub illa a Deo recipiebat.*

2. *Certamen pro Domini solemnitate.*

Haec prodierunt cum ejus vita a Nobilissimo et eruditissimo Equite Michaele Baptista de Lanuza edita Mantuae Carpentanorum — Typis Regiis, anno 1628. — Ut notat Ludovicus Jacob. in sua Biblioth. Carmelitana MS. pag. 8.

8. Albertus a S. Cajetano.

Provinciae Venetae Alumnus. — Obiit (hospes) Faventiae, Coenob. Longobardiae Provinciae, post annum 1782. — Edidit Italice:

1. *Raccolta di Detti Sentenziosi più principali, e de' Sentimenti Mistici dei SS. Teresa e Giovanni della Croce, con un Trattato Apologetico intorno agli scritti dei Medesimi SS. contro i falsi Mistici e Quietisti.* — T. 2. in 8.°

2. *Confessore e penitente ecc. istruiti colle Sentenze di S. Teresa* — T. 1, Venezia, 1757, et 1758, per il Zerletti.

3. *Opere e Lettere della S. M. Teresa di Gesù.* — Tom. VI, in 4° gr. — Cesena, 1782, per Gregorio Biasini.

Edidit etiam varia alia Opuscula, suppresso nomine.

9. Albertus a S. Jacobo.

Dictus in Saeculo Christophorus Mercier, Burgundus.

Vir insigni prudentia praeditus, variis Officiis, etiam Provincialis Burgundiae, functus. — Edidit, Gallice, Libros inscriptos:

1. *Sancta Solitudo, seu descriptio Poetica Eremi nostris Marlanensis.* — Bruxellis 1644, T. 1, in 8.°

2. *Vita Ven. M. Teresiae a Iesu, fundatricis Monasteriorum Monialium Nostrarum Burgundiae* — Lugduni, 1673, T. 1, in 8.°

Transtulit etiam ex hispanico in Gallicum idioma, Opus inscriptum :

3. *Lumen vivis Mortuorum experientia,* cum notis Ill^{mi} D^{ni} Joann. de Palafox. — Lugduni, 1656 T. I, in 8.°

Quod Opus scripsit sua vulgari Lingua Ven. Soror. Francisca a SS. Sacram., Pampilonensis, Teresiana Monialis, anno 1629, die 27 Novembris, defuncta. (ut leg, in Biblioth. P. Martialis Pag. 2, et 16 ; atque in Biblioth. Carmelit. P. Devilliers Pag. 24 N. 29).

10. Albertus a Jesu Maria.

Patria Iuliodunensis, in confinio Agri Pictaviensis, Turonensis et Andegavensis; vocatus in saeculo Morice, provinciae parisiensis Alumnus.

Obiit Lutetiae Parisiorum, ann. 1649 ; die 14 januar, postquam Gallice scripsisset :

1. *Eloge en l'honneur de Sainte Thérèse sur la Canonization.*

2. *Tragédie de Saint Herménégilde Martyr.*

3. *Trage-Comédie de la vie, et heureux Décès de Saint Alexis.*

4. *Exclamations de Sainte Thérèse en vers.* Parisiis anno 1628, apud Claudium Sonnium, in 8.°

« Haec refert Ludovicus Jacob, in Bibliotheca Personata MS. pag. 10. »

11. Albertus Maria a Jesu.

Mediolanensis. — Fuit Praelector, pluries Prior, Definitor, Visitator Generalis et Longobardiae Provincialis XXXIV electus in Capitulo Placentiae celebrato die 24 aprilis, anno 1706. — Obiit Mediolani die 22 aprilis 1724 aetate 77. Scripsit *Litt. Pastoral. ad Religiosos suae Provinciae.*

(Ex Necrolog. Longobard. Provinc.)

12. Alexander a Conceptione B. V.

Polonus. — Edidit patrio Sermone :

1. *Orationes funebres.* — Aliud opus inscriptum ;

2. *Castris et Astris Militans Eques* — in Fol., anno 1685. (« P. Martial., in sua Biblioth., Pag. 2. »)

13. Alexander a S. Francisco, I.

In saeculo dictus Laelius, Leonis XI, Summi Pontificis ex sorore nepos, parentibus Marco Antonio Ubaldino, et Lucretia, ex Comitibus Gerardesiae, ex Medicea familia anno 1588. Romae natus est decimo quinto Kalend. Novembris.

Cum ibi philosophicis disciplinis imbueretur, concionibus Ven. Petri a Matre Dei et exemplo juvenis Vincentii, ex familia Crescentiorum, Nobilitate illustris, qui Carmelitarum Discalceatorum habitum, anno 1604, assumpserat, permotus, in eodem S. Mariae de Scala dicto Monasterio admitti postulavit; et a jam memorato Ven. Petro vestitus fuit, anno 1605; die prima aprilis, et ex eo tempore quo ejus Avunculus Summus Pontifex electus, adorationis solemnitate ad altare S. Petri honoratus fuit.

Emenso tirocinii sui curriculo, cum admirabili spiritus fervore, non minori alacritate et pietate, per vota solemnia, hostiam se viventem Deo obtulit. Obedientiae, paupertatis, poenitentiae, sui abnegationis, omniumque virtutum cultor eximius, anno 1614 missus Parisios, ut Novitios, ac juniores fratres ad Instituti sui perfectionem promoveret, potens opere et sermone, doctrina et exemplo, tum ibi, tum postea, anno 1617, die primo aprilis Charentonii in Gallia, primaevum Teresiani Carmeli Spiritum, quo plenus erat, abunde communicavit.

Anno 1619 primo Carmelitarum Discalceatorum Capitulo provinciali Definitor interfuit; et inde Romam petiit, Conventum S. Mariae de Scala gubernaturus, ad quod officium electus fuerat in Capitulo Romano provinciali, et ad *Primi Socii* munus pro Capitulo Generali. Romanae Provinciae postea Provincialis, dum Neapolitanum Conventum visitaret, a gravi, qua opprimebatur, infirmitate, quasi miraculose sanatus est.

Anno 1629 in Comitiis Generalibus annumeratus est inter Definitores Generales: sed non multo post in lethalem morbum incidit, in quo magna perfusus laetitia, cum fratribus, qui aderant, hymnum *Te Deum laudamus* alternatim cantans, votaque sua renovans, dicenti R.mo D.no Coccino, Sacr. Rotae

Decano — In *Domum Domini ibimus* — respondit: *Laetantes;* ac paulo post Sacramentis munitus, purissimam animam Deo reddidit die 19 aprilis, anno Salutis nostrae 1630.

Vir discretione Spirituum ac Prophetiae dono insignis, atque heroica humilitate conspicuus. Nam Purpuram Romanam a Paulo V, Gregorio XV, et Urbano VIII. saepe saepius sibi oblatam, fortiter recusavit. Scripsit:

1. *Thesarus pauperum, ad thesaurizandos thesauros in Coelo etc.* Lugduni, antea anno 1630, in 8° (Opus mira pietate refertum. (1)

2. *De praesentia Dei etc.*

3. *Schola Virtutum etc.*

4. *Horologium Animae.* (Italice)

5. *Soliloquia Animae* — (Charentonii composita, et MS. Parisiis asservab. olim in Bibliotheca illius Coenobii).

6. *Epistolae plures tum latinae, tum Italicae, ante et post Religionis ingressum, scriptae.*

7. Ex hispanico in italicum idioma transtulit *Opera S. P. N. Ioan. a Cruce, cum ejusdem Vita et annotationibus Didaci a Iesu.* — Romae 1637, in 4° ap. Franc. Corbelletti.

Haec Opera (except. N.° 7) prodierunt Lugduni, ap. Claudium du Four, anno 1633. — Denuo haec Opera, una cum Ejus Vita, in duobus Tomis collecta, prodierunt Romae, ann. 1670; et 1671, in 4°, Cura R. P. Philippi Mariae Provinc. Rom., Congregat. Indicis Consultoris.

(Vid. P. Martial a S. Io. Bapt. pag. 2. — De Villiers in sua Biblioth. Carmelitana T. 1. pag. 28. Num. 43. — Ludov. Iacob. in Biblioth. Personata MS. pag. 13. — Daniel. a Virgine Tom. 3. *Speculi Carmelitani* pag. 1051, N. 3638, et pag. 1127 N. 3961 etc.)

---

(1) Hoc opus vere aureum una cum *Soliloquiis* iterum ex officina Hyacinthi Marietti Taurini in lucem prodiit anno 1872. Novissime his temporibus, cognito huius opellae pretio, ut ab omnibus, etiam non doctis, posset legi et intelligi, sicque magnum Christifidelibus ex illa lectione emolumentum eveniret, ex latino, in quo scriptum fuerat in italicum idioma translatum apparuit cura et studio cuiusdam sacerdotis Aemilii Chiarini, ex typographia S. Bernardini, Senis 1879.

Adnotatio P. F. Henrici a SS.° Sacramento.

14. Alexander a S. Francisco, II.

Vocatus in saeculo Ludovicus, ex antiqua Mediolanensi familia ortus, Ambrosio Vallotta, atque Caecilia Mercantula parentibus, die 12 decembris, anno 1661.

Sacris initiatus, primisque studiis optime imbutus, Religionem Carmelit. Discalc. amplecti decrevit, et in eadem, nomine assumpto Alexandri a S. Francisco, professus est in patrio S. Caroli Coenobio die 26 martii, anno Domini 1679.

Vir fuit acris ingenii, optimique consilii, nec non in gerendis rebus summe prudens; litteris quoque ac pietati deditus ita ut munera Magistri Novitiorum, Prioris, Definitoris, habuerit, ac Longobardiae Provincialis XXXVIII, electus fuerit in Capitulo Bononiae celebrato die 7 maji anno 1718.

Duorum Cardinalium S. R. E., scilicet *Durazzo* et a *Platea*, Faventiae (unus post alium) Episcop. fuit. a consiliis, atque theologus. — Examinator quoque Synodalis, ac S. Officii Consultor pluribus annis in eadem Faventina Civitate, cunctis plaudentibus, extitit: ex qua in patriam redux, anno 1726, die 13 octobris, *repentine* obiit. — Scripsit:

Litt. pastoral. ad subdit. suae provinciae; et reliquit volumen, in folio (magnae molis) *Consultationum Canonico Moralium*, quod *praelo* paratum habebat; et ante ann. 1805, asservab. in Biblioth. Mediolanensis Conventus; — (sicut refert Vir clariss. Dom. Philippus Argelati in Biblioth. Mediolanensi, Tom. 2., pag. 1561, num. MDCCXLII).

15. Alexander a Jesu Maria, I.

Provinciae Germaniae Alumnus, electus XXIII. Praepositus Generalis, die 18 apr. anno Domini 1671.

Obiit Viennae, in Austria, die 5 septembris, anno 1676, aetat. 78.

« Scripsit *Litt. Pastoral. ad Religiosos suae Italicae Congregationis* ».

16. Alexander a Jesu Maria, II.

Polonus: Vir summae eruditionis et eloquentiae; disputavit acriter contra haereticos, quos publice superavit. — Edidit:

1. *Methaphysicam*; in 4°, anno 1679.

2. *Orationes funebres in sepulturis principum et magnatum.*

3. *Tria volumina Concionum, praelo parata* — (MSS. asservantur in Archivio Provincie nostræ Poloniæ.)

« Ita Martial. a S. Io: Bapt., in sua Biblioth. Pag. 7. »

17. Alexius a Sancto Antonio.

Provinciae Ianuensis, eiusdemque Reipublicae Theologus.

Edidit opus latinum, inscriptum:

Iura Creditorum contra Decoctum, seu Latitantem, omnium bonorum suorum administratione privatum, nedum in externo, et judiciali Foro, sed etiam interno Conscientiae, ante quamque Iudicis declarationem. Massæ, anno 1725, in 4.°

« Monet Censor Operis, illud tenuem umbram esse magni Corporis, quod exuberanti doctrina sua, in Orbe Litterario ad communem utilitatem, editurus speratur ». (Ita Martial. a S. Io: Bapt., Pag. 7.)

18. Alexius a S. Maria.

Natione pedemontanus ex oppido Carruti in Dioecesi Montis Regalis, dictus in saeculo Ioannes Matthaeus Lubattus.

Vir tum a Religiosis, tum a Saecularibus ob eximias dotes ac virtutes in maxima veneratione habitus. Ab emissa professione, usque ad mortem, continuis gravissimisque infirmitatibus, tamquam aurum in fornace, probatus, nonnulla tamen opera ad animos disponendos per varia pietatis exercitia, diebus novem praecipuas festivitates praecedentibus, edidit italico idiomate, seipsum continuo ad mortem disponens, quae ipsi contigit Taurini 1723 die 20 februarii. Edidit:

1. *Pietatis obsequium propositum ad debite celebrandam S. P. Ioseph festivitatem, illiusque patrocinium obtinendum.* — Taurini, 1702, in 8.°

2. *Debita praeparatio pro Solemnitate Assumpt. B. M. V.* — Ibidem 1704, in 8.°

3. *Animae Christianae eruditio, ut Apostolorum exemplo, ad Spiritum Sanctum recipiendum se disponat,* — Ibidem, 1708, in 8.°

4. *Occursus spiritualis Verbo incarnato.* — Ibidem, anno 1709, in 8.°

5. *Devotae reflexiones virtutum S. M. N. Teresiae.* — Ibidem, 1710, in 8.°

6. *Pia confortatio dolentis Matris Dei, in vita et passione Jesu Christi, exercitium pietatis distributum pro singulis feriis sextis quadragesimae.* — Ibidem, 1711, in 8.°

7. *Vita Venerab. sororis nostrae Annae Mariae a S. Ioachimo, Monial. profess. in Monaster. Taurin., sub titulo S. Christinae V. M, in saeculo Comitissa Margarita Forni.* — Ibidem, 1713, in 4.°

8. *Mystica vocatio ad evangelicam coenam, in Eucharistiae Sacramento praeparatam: Exercitium devotionis distributum a vigilia festi usque ad diem octavam.* — Ibidem, 1714, in 8.°

9. *Sublimitas Mariae Virginis in suae Conceptionis Immaculatae privilegiis, piis exhibita, ut motivum praeparationis ad hanc festivitatem celebrandam.* — Ibid., 1716, in 8.°

10. *Sanctitas super alios a Christo magnificata in suo praecursore Ioanne Bapt.* — Ibidem, 1718, in 8.°

11. *Coelestes benedictiones super genus humanum defluentes in felicissimo B. V. Natalitio.* — Ibidem, 1722, in 8.°
(Martial. a S. Io: Bapt., Pag. 7 et 8.)

19. Alexius a Passione.

Tuderti in Umbria, nobilibus ortus parentibus. Dum Romae humanioribus litteris operam daret, duodennis se Deo in Conventu *S. Mariae de Scala* consecravit. Professione emissa, Theologiae vacans, Superiorum mandato, etsi reluctans, sacerdotio initiatus est. Cellae custos assiduus, aut orans, aut scribens, suis laboribus, superiorum licentia, Ecclesiam lampadibus et Reliquiarum thecis argenteis ornavit et ad aliorum aemulationem inscripsit: Labore Calami Religiosi.

Mortis tyrocinium, insanabili morbo ad quinquennium extenso, corde in Deum semper elato, didicit. Demum die 29 Octobris anni 1674, Ecclesiae Sacramentis munitus, animam poenis corporeis purgatam, Creatori reddidit. — Vivens edidit *Vitam S. M. N. Teresiae a Iesu, aere incis.* — Romae, 1655.

Post ejus mortem edita sunt seqq.:

1. *(Vita Ven. nostrae Paulae a Iesu.* (Prioris, et Fratrum S. Mariae de Scala Nomine) — Romae, 1679, in 4.°

2. *Vita Ven. nostri Stephani a Sanctis.* — Ibidem, 1680, in 4.°

Plura edidit opuscula spiritualia, aut suo suppresso, aut alieno Nomine.

(Martial. a S. Io: Bapt., Pag. 8 — De Williers, Tom. 1, Pag. 35, N.° 53.

20. Alexius a Spiritu Sancto.

Neapolitanus; vir excellentissimae memoriae, in scholastica tam doctus, ut alter Scotus, ob subtilitatem existimaretur. Pluries Prior, bis Provincialis. — Obiit Panormi cum bona vitae integerrimae opinione post annum 1664. — Scripsit Apologiam R. P. N. Nicolai a Iesu Maria, hoc titulo donatam:

P. Nicolaus vindicatus: sive *defensio pro Apologia P. F. Nicolai a Iesu Maria contra Bayzam.* — (Autographum asservatur in Archivio Romano; Epigraphum autem asservab, olim in Biblioth. Coenob. Neapolit. teste Nicol. Ioppi, in sua Biblioth. Neapolit. an. 1678, edita Pag. 9.)

21. Aloysius Gonzaga a Conceptione.

Mortali huic vitae natus est, anno 1721, die secunda Novembris in oppidulo Timonis, vulgo Tegnone, in montibus Brianseis Mediolanensis Dioecesis posito; eodemque die in parochiali Ecclesia Briantiae Sacro Fonte renatus, et dictus in saeculo Ioseph Maria Biffius. A teneris annis semper ad virtutem pronus, provinciae Longobardiae nomen dedit die 29 Sept. 1737; Mediolani, in Coenobio S. Caroli, ibidemque seq. anno, eodemque die, solemnia Religionis vota professus est.

Ad graviorum scientiarum cursum conficiendum Placentiam missus est; ibique non semel ostendit quam feraci ingenio, constantique memoria praeditus esset, adeo ut etiam ex tempore de multiplici disciplinarum genere disserere ipsi facillimum esset. Bibliothecae a custodia, illud mirum jucundumque omnibus erat, quod nedum nosset quinam Libri in tam ampla, et selectissima Placentini Conventus Bibliotheca servarentur, verum etiam scite affirmaret, de quo argumento benene an inepte tractarent.

Contraxit Novocomi (dum anno 1754, erat ibi superior) morbum quemdam, quem apoplexiam aliquis, paralysim capitalem alter. aliiq. oculorum ac levis momenti aegritudinem judicarunt: eapropter, anno 1757, Regium Lepidum evocatus est ut secundus a Priore foret. Verum cum in infirma perseveraret valetudine, sequenti anno abrenuntiavit muneri, pauloque post emortuus est phtisi laborans. Obiit autem summa mentis constantia, animique tranquillitate, die 7 maji anno salutis 1758.

Vir paupertatis studiosissimus, et gratissimo in omnes animo fuit pro quovis levissimo beneficio. — Italice, edidit Mediolan.:

1. « *Esercizio pratico delle Religiose ferventi* » — *et alter.*

2. « *Il ritiro di ciascun mese per ogni fedele nella pratica di Orazioni Giacul.* — « Verum cum editionem hujus secundi opusculi curaverit non ipse, sed alter (non ejusdem profecto ingenii), truncum opus existimamus, nec magni ducimus, quod Aloysio nostro non adscribatur. »

Reliquit MSS.

1. *Commentarium in psalmos.* Tom. I. in fol.

2. *Compendium Liturgicum.*

(Sic, ex Necrologio Regiensis Coenob.)

22. Aloysius a S. Joseph.

Ex nobili Florentina familia Magalotti progenitus, anno Redemptionis nostrae 1587, philosophicis ac theologicis disciplinis apprime excultus, utriusque iuris Doctor, cum Romae Rmo Dno Coccio S. Rom. Rotae Decano in conscribendis decisionibus adiutor esset, magnique nominis umbram sequeretur, divina luce perfusus, rerum omnium vanitatem considerans, anno aetatis suae 27, Christi vero 1614, die 7 junii, Religioso habitu in Tirocinio Nostro Romano *S. Mariae de Scala* indutus est, ac sequenti solemnem professionem emisit; sic virtutes omnes excoluit, ut in spirituali militia inter veteranos accenseretur; dicendi gratiam naturalem cum arte coniungens, maximo auditorum fructu per plures annos verbum Dei praedicavit.

Peracta fundatione Tridentini Conventus, dum Coenobii Romani *S. Mariae de Victoria* Priorem ageret, ab Urbano VIII. pontif. Max. Venerabili P. Agathangelo a Iesu Maria Visitatori Apostolico *Magnae Camaldulae* comes additus, in eo eremo celebri regularem observantiam maxime promovit.

Anno 1653 novae provinciae pedemontanae sub titulo Sancti Mauritii Mart. a Capitulo Generali primus provincialis electus, quamvis prae humilitate totis viribus munus hoc refugeret, humeros tamen submittere coactus est, eodemque pari modo in eiusdem provinciae Capitulo iterum electus, frustra se expedire ab illius regimine tentavit. Procurator, ac postea Definitor Generalis, licet his officiis imparem se crederet, in his tamen se dignissime gessit, virtutum exercitiis ad virtutis amorem fortiter omnes excitans.

Ob sanctitatis opinionem, qua in urbe pollebat, auctoritate publica juvandis energumenis praefectus, plurimos a spiritualium nequitiarum tyramnide, jejuniis, maceratione corporis, precibus, insigni humilitate, ac Ecclesiae remediis liberavit.

Mortificationem Crucis Christi usque ad senectam in suo corpore iugiter portavit, sibique minimas Novitiorum leges praescribens, ipsos efficacissimis exemplis ad perfectionem trahebat. Matutinis horis cum interesset, ac effractas corporis vires non attenderet, apoplectico symptomate, ad mortis confinia deductus est; sed morbi vi praesentibus remediis imminuta, sibi redditus, per medium circiter mensem se aeternitatis itineri magno virtutum apparatu praecinxit, donec iterante morbo, die Natali B. V. M. anno 1669, animam Deo reddidit, aetatis suae 82.

« Jussu Ferdinandi III Romanorum Imperatoris, patrio sermone luculenter scripsit:

« *Vitam Venerabilis Servi Dei Dominici a Jesu Maria* » (quae in processibus pro eius beatificatione adhibita est. Eo optante in latinam linguam edi, forte quia praevenit Caramuel, lucem non vidit. Servatur manuscripta in Conventu Romano *S. Mariae de Scala)*

(Eidem adiudicant nonnulli praeclaras secundi Nocturni Lectiones officii S. M. Nostrae Teresiae.

(Martial. a S. Io: Bapt, in sua Biblioth. Pag 8 et 9 N.° 9.)

23. Alphonsus a S. Alberto.

Natione hispanus, patria Ecijensis alias Astigensis, in saeculo dictus Tamaris, Carmelitis Discalceatis Congregationis nostrae hispanicae nomen dedit. Philosophiae ac Theologiae professor, saepe saepius Prior, provinciae Baeticae moderator, atque suae hispanicae Congregationis Definitor Generalis.

Vir sacrarum Scripturarum peritissimus, ac sui aevi inter concionatores celebris qui vocem Evangelicae Tubae undequaque emisit Hispali, Caesaraugustae, Barcinonae ac Matriti plures animas ad meliorem fructum convertens; obiit anno 1632

Scripta eius inscribuntur:

1. *Conciones de Deipara*, Tom. I.
2. *Conciones.* Tom. XII, MSS.
3. *Commentaria in Summam D. Thomae Aquin.* MSS.
4. *In universam philosophiam Commentaria.* MSS.

« Eum celebrant Hyppolitus Maraccius Cleric. Regular. Matris Dei, in append. Biblioth. suae Marianae. — Nicolaus Anton. T. I. Biblioth. *Hispanae*, pag. 6 et alii etc. » (Vid. De Williers in sua Biblioth. Carmelitana. Tom. I. Pag. 42 N.° 61, et Martial. a S. Io: Bapt. verbo *Alphonsus* pag. 210 N.° 7.)

24. Alphonsus ab Angelis.

Hispanus patria Zeclurin in Extremadura, Salmanticae in Collegio Angelorum trabeam induit, in qua ad litteras et virtutes multum profecit. Ad altiora vocatus, Salmanticae Nostris annumerari petens, Pintiam missus, ibi Deo se vovit, et consecravit. Facultates philosophicas ac theologicas maximo sapientissimorum plausu publice explanavit, plures Ordinis praefecturas habuit. Vivens, ipso 1724 anno, extremam manum imposuit: Secundae parti Tom. duodecim. Salmanticensium, excusi Lugduni, anno 1704, in folio. — Insuper ad finem usque perduxit « Tomum Sextum Cursus Theologiae Moralis Salmanticensium. » Matriti, anno 1724.

(Martial. a S. Io: Bapt. Pag. 210 N.° 8.)

25. Alphonsus a S. Augustino.

Mediolanensis, ex Alexandro Litta, atque Anna Arconata, parentibus nobilibus ortus. In adolescenti aetate illustris adeo singulari pietate claruit, ut spes de eo concepta fuerit, nec ipsa ullum fefellerit. Nam annum tantum decimum septimum attingens, scilicet anno 1660, in patrio Coenobio habitum nostrum suscepit, et anno seq. die 11 Novem. solemnem emisit professionem.

Vitae perfectioris exemplis scientias addere instituit, adeo ut cathedras philosophicam et theologicam ascendere meruerit; nec non tam singulari prudentia praeditus fuit, ut ad moderandos suae Longobardiae provinciae conventus nonnullos tam virorum, quam foeminarum a suis deligeretur.

Pluries etiam Definitor provincialis extitit; et quamquam orationis assiduae et Regulae asperitatis assertor studiosissimus foret, attamen calamum tractare numquam destitit, ut facile agnosci potest ex opere infra memorando.

Ad eius gloriam augendam non parum interest hic subiicere, nepotem illius fuisse praesulem doctissimum exemplarissimumque Alexandrum Littam Ecclesiae Cremonensis Episcopum, ab omnibus laudatissimum.

Annorum interim virtutumque plenus ad Superos evolavit Mediolani die 27 januarii, anno redempti orbis 1728, aetatis suae 85. — (ex Necrolog. Prov. Longobard.) Opus quod reliquit, inscribitur:

« *Compendium totius Collegii Salmaticensis Theologiae et Philosophiae.* MSS in folio ingentis molis: quod extabat olim in nostro Mediolan, Coenobio. » (ita refert. Ioann. Sintonus § 3 in suo *Theatro Genealogico MS.*, Philippus Argelati in *Biblioth, Mediolanensi*, pag. 807, N.° 990 et De Williers in sua Biblioth. T. 1, Pag. 46, N.° 70.

26. Alphonsus a Conceptione B. V.

In veteri Castella natus. In evolvendis SS. PP. homiliis, ac concionibus studiosissimus, ex his uberrimis fontibus, praeclaras ad populum saepissime habuit conciones. Post adeptam

immortalem eruditissimi concionatoris famam, obiit Burgis, anno Dni 1675.

Illius Civitatis Coenobium sequentibus voluminibus mss. locupletavit, ibi asservatis:

1. *De locis communibus* — in 4° pag. 373.
2. *De eadem materia* — in 4°, pag. 550.
3. *Animadversiones pro concionibus Adventus et Quadragesimae* — in 4° pag. 332.
4. *Sanctorale et Sermones varii* — in 4° pag. 252.
5. *Alii sermones varii* — in 4° pag. 368.
6. *Mariale* — in 4°, pag. 198.
7. *Festa Christi* — in 4°, pag. 152.
8. *Aliud Mariale* — in 4°, pag. 183.
9. *Animadversiones pro concionibus Deiparae* — in 8°, pag. 302.
10. *Alii loci communes* — in 8° pag. 294.
11. *Multiplex animadversio expositiva* — in 8° pag. 182.

(Martial. a S. lo: Bapt. pag. 210.)

27. Alphonsus a S. Hieronymo.

In Oppido Manzanares, Dioecesis Toletanae, in nova Castella natus. — Solemnia vota dixit in Pastranensi Coenobio: postea in Complutensi Collegio Theologiam docuit, et ibi, magnis dotibus decoratus, obiit anno 1669, summo suae provinciae luctu. — Edidit hispanico idiomate:

« *Vita Ven. Annae a S. Augustino, Monialis Teresianae fundatricis Monaster. Valerae et Sodalis S. M. N. Teresiae, a Iesu in Monas. fundat. Villae novae de la Xara.* » — Matriti, ap. Franc. Nieto, anno 1668 in 4.°

Hanc vitam Alphonsus dicavit Cardinali Montis-Alti; et eam, Gallice, transtulit P. Bernardus a S. Clemente, Carm. Disc. Congregat. Italicae, ac Burdigalae edidit, ann. 1685.

(Martial. a S. Jo: Bapt. Pag. 210 N.° 10, et Nicolaus Antonius T. 2 Biblioth. Hispanae pag. 336 etc.

28. Alphonsus a S. Hilarione.

Patria Carcabucy, in Baetica superiori, anno 1585, piis parentibus in lucem editus, ac suo tempore in Giennensi

Monasterio sub Vexillo B.mae Virg. receptus. Unus fuit ex iis, quos non tantum officiis decoravit Congregatio hispanica, quantum qui ipsam Congregationem virtutibus ac recta officiorum administratione decorarunt. In Collegiis provinciae suae facultates proprias publice docuit; inde ad Rectoratum Biacensem et Hispalensem assumptus, omnia rectissimi moderatoris munia constanter obivit, Prior Granatensis ac Giennensis, inde totius hispanicae Congregationis Definitor Generalis est constitutus, quo in munere, cum prudentissime se gessisset, obiit Antiquariae (in regno Granatensi), anno Dni 1642. — Edidit:

1. *De Mysterio SS. Trinitatis* — T. 1, in 4° — Biatiae, anno 1628.

2. *De Mysterio SS. Incarnat.* — Tom. 1, in 4° — anno 1629.

3. *De peccatis.* — T. 1, in 4° — Ibidem, anno 1630.

4. *Conciones et Discursus morales* — Tom. 3, in 4° MSS. (qui asserv. in Biblioth. illius Coenobii *Antiquariensis.*)

(Ita Martial. a S. Io: Bapt. pag. 211 N. 11.)

29. Alphonsus a Jesu Maria.

Hispanus, nobili ex sanguine natus die 14 julii, anno Redemptionis nostrae 1565. Posthumus in oppido del Villareso de la Pennuela, ad Collegium nostrum Complutense se contulit, ubi die 20 aprilis anno 1585 habitum induit, et Pastranae suo tempore professus est. Pergens de virtute in virtutem, ad supremum hispanicae Congregationis Generalatum, anno 1606, erectus fuit; et *iterum* anno 1619. Arctissimae conversationis observantissimus cultor, sententiam tulit in Iosephum a S. Maria, suum decessorem in Generalatu, qui Comitia Generalia *ad Annum* distulerat.

Denique anno 1638, septuagenario maior, in Collegio *Complutensi* die 8 decembris vitam cum morte commutavit. — Scripsit et edidit:

1. *Ordinis Rituale.* — Matriti, anno 1608.

(Distinguendum est ab altero opere inscripto — *Caeremoniale Carmelitarum Discalc.*, quod Matriti edidit anno 1679. P. Sebastianus a S. Maria.)

2. *Doctrina Religiosorum* — Ibidem, anno 1613, in 4.°

3. *Tres litteras pastorales.* — Compluti, anno 1621 in 4.°

4. *Manuale Praelatorum* — Ibidem, anno eod. in 4.°

5. *Animadversiones pro legibus recte intelligendis, et Capitulis rite celebrandis.* — Ibidem, eod. anno, in 4.°

6. *Compendium diplomatum ac privilegiorum Nobis concessorum.* — Velesii, anno 1523.

7. *Pericula et remedia perfectionis et tranquillitatis Religiosae.* Compluti, ann. 1625, et 1626, ap. Joan. de Orduna, in 4.° Item Barchinone, anno 1636.

8. *Eiusdem Operis partem alteram.* — Barchinone, ann. 1638.

Hoc opus ex hispanico idiomate in italicum sermonem transtulerunt P. Optatus a S. Carolo, Neapolitanae provinciae Alumnus, et P. Bassanus a S. Francisco, Provincialis Longobardiae. — Alumnus vero Provinciae Nostrae Gallo Belgicae, Gallice transtulit, et edidit Montibus (in Hannonia) apud Wodre, in 4. » — (Martial. a S. Io. Bapt. pag. 211, N. 12. — De Wiliers, in sua Biblioth. Carmel. T. 1, pag. 45, n. 69; et plurimi alii, etc.)

30. Alphonsus a Matre Dei I.

In oppido S. Romani principatus Asturiarum propitio Numine, ad maiorem Dei gloriam ac Religionis decorem, natus anno 1568, nostri inclyti Ferdinandi a S. Maria Congregationis Italicae Praepositi Gener. germanus frater, ac in omnibus, quae ad eruditionem et observantiam Regularem attinent, apprime similis. In theologia Compluti excultus, Deo vocanti auditum praebens, in Segobiensi Coenobio, anno 1587 vestem Teresianam induit. S. P. N. Ioan. a Cruce, cuius spiritum alte imbiberat, gratissimus fuit. Plenus bonis operibus ac meritis Segobiae obiit die 28 augusti, anno 1636. Scripsit latine et hispane.

1. *Annalium Ordinis Nostri — latine.* Tom. 3.

2. *Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce,* (quae ad Informationes Illius Canonizationis promota fuit.) Hispane.

3. *Sanctorale Carmelitanum.* Hispane.

4. *De Scapulari B. Virginis, ejusq. Favoribus, Miraculis etc.* Hispane.

5. *Instructionem pro Agonizantibus.* Hispane.

6. *Bibliotheca Carmelitarum, Discalceatorum, et Animadversiones ad Ordinis Martyrologium.* Hispane.

Hanc tamen Bibliothecam vocant Cassanatus, Labbeus, et Teisserius simplicem Indicem Scriptorum Carmelitarum, quem Emmanuel Roman. Antiquioris

Regularis Observantiae Carmelita edidit in fine in Libri « De Viris Illustribus Carmelit. » Matriti, ann. 1627 Latine, et Hispane editi.

(Martial. a S. Io: Bapt. Pag. 212 N.° 13, De Williers Tom. 1 Pag. 47, N.° 72, et alii etc.)

31. Alphonsus a Matre Dei II.

In oppido Sabionetta, Dioecesis Cremonensis in Longobardia, circa ann. 1570 ortus, filius Dni Marci Antonii Ricchini, et Dnae Calidoniae Benedicentis. Humanioribus ac philosophicis disciplinis instructus, medicinae studium egregia cum laude currens, Doctorali Laurea decoratus est, Romaeque sic feliciter in praxim deduxit, ut tamquam Oraculum in desperatissimis morbis consuleretur. Verum arridentis fortunae delicias ac saecularem scientiam Divinus amor extinxit; nam tricenario maior, in Tirocinio *S. Mariae de Scala*, salutarem animae suae medicum Christum quaesivit, seque Teresianae Reformationi devovit die 14 iulii anno 1602. Ab eo tempore circa proprii corporis curam se medicum esse prorsus ignoravit, non ab esu leguminum ventositatem, non a caulibus melancholiam, non coleram a porris, non stomachi gravedinem a vilioribus cibis, non ab aquae potu indigestionem metuit; verum se monachum tam oris professione, quam operis veritate praebendo, si quid ciborum insulsum magis aut inconditum, et Galeni regulis alienum esset, palatum magis delectare videbatur. Poenitentiae, mortificationis, obedientiae, paupertatis, humilitatis, in Deum et proximum Charitatis exercitiis insignis fuit. Amore erga Christum Crucifixum, ac tenerrima devotione erga B. Virginem afficiebatur. Prioris, Definitoris, Provincialis clarus officiis, dum sese ad sacrum Missae Sacrificium celebrandum praepararet, apoplexia correptus, sacro Extremae Unctionis oleo munitus, repentina quidem, sed non improvisa morte sublatus est in Conventu Tusculano *S. Silvestri*, die 15 ianuarii anno reparatae Salutis 1631. — Edidit italico sermone:

1. *Instructio ad adjuvandum Morti proximos* — Romae, anno 1618, ex officina Mascardi.

« Hanc tribus Partibus absolutam, dicavit Emo Card. Mellino, Ordinis Protectoris. »

2. *De Oratione, et contemplatione.* — (Opus egregium,

cum Imaginibus ad vivum exprimentibus operationes Animae in his Exercitiis.)

3. *Manuscripta Philosophica.*

4. *Vitas quorumdam Religiosorum, qui virtute, et Pietate floruerunt.* (Martial. a S. Io: Bapt. pag. 212, N.° 14. — De Williers, T. 1, pag. 47, N.° 73, et alii etc)

Ipse habuit Sororem in Monasterio nostro Cremonensi, Nomine Hieronyma a S. Maria. Ibi Sacrum Velum accepit mens. Iun. anno 16:6. Postea fuit Priorissa, et ibi ad Coelest. Sponsum migravit die 19 Sept. 1660, aetat. 82. (Ita ex Necrolog. Monaster. Parmensis.)

32. Alphonsus a SS. Sacramento.

Mediolanensis. Fuit Praelector, Prior, Definitor, Theologus Emi Card. Iosephi Puteobonelli et Provincialis Longobardiae LII; anno 1757 ac LV; anno 1766. — Obdormivit in Dno, Mediol. anno 1774, aetat. 75.

Vir eximiae doctrinae atque pietatis. — Scripsit:

Litteras Pastorales ad Religiosos suae Longobardiae Provinciae.

Reliquit varia volumina MSS. Theolog., et Consultat. quae olim asservab. in Mediolan. Coenob.

33. Amabilis a S. Joseph.

In saeculo dictus Iosephus Fournier, ex Dioecesi Tullensi, natus die 27 Octobris anno 1657, et Parisiis professus anno 1674. In eadem parisiensi provincia pluries Definitor et Provincialis. Obiit Parisiis die 12 Martii anno 1727.

Ex Italico in Gallicum idioma transtulit:

Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce — Parisiis, ann. 1727, in 12.° (Martial. a S. Io: Bapt pag. 9.)

34. Amantius a S. Rosa.

Provinciae nostrae Neapolitanae alumnus: adhuc infans et adolescens sanctitatem spirabat. Indutus Religionis habitu, egregius humilitatis, paupertatis, mortificationis ac poenitentiae cultor, herbis, oleribus ac fructibus victitans, a vino

prorsus abstinuit. Extraneis incognitus vixit, etiam dum Praelectoris fungeretur officio. Sancte, ut vixerat, obiit mense Aprili anno Domini 1623.

Ad eius funus tota paene Civitas, nullo monente, cucurrit, ita ut insepultus, ut populo satisfieret, per duos dies manserit. Invito populo sepulturae traditus, eo instante, eductus e tumulo ut depingeretur, numquam potuit pictor, donec ad Prioris preces, colore mutato, id praestitit. Uni e nostris post mortem apparens, eum a dirissimo laterum dolore defatigatum sanavit.

Multa ad eius tumulum dicuntur patrata miracula.

Ejus Opera Spiritualia, Italice, Tomis tribus, in 4°, edita sunt — Neapoli, 1615, 1616 et 1619.

35. Ambrosius a S. Angelo.

Avenionensis provinciae alumnus. Electus XXX Praepositus Generalis die 26 aprilis anno 1692.

Obiit Januae die 6 julii anno 1695, aetatis 59.

Edidit anno 1693, Romae:

1. *Ordinarium, seu Caeremoniale Monialium Carmetar. Discalceat. — Italicae Congregationis.*

3. *Instructiones pro Carmel, Discalceatis, ejusd Congregat.*

36. Ambrosius ab Assumptione.

Mediolanensis ex illustri familia Chiappetta ortus anno 1681. —

Fuit Lector Placentiae, non solum apud suos sodales, verum etiam apud Canonicos Regulares Lateranenses in eadem Placentina Civitate; pluries Prior, Definitor, Consultor Mutinae S. Officii, Longobardiae Provincialis XLII, anno 1730, et XLV, anno 1742, ac Vicarius Generalis Ordinis.

Repentine obiit Placentiae, die 4 septembris anno 1745, aetate 64.

Raynaldo I Mutinae, Regii, etc. etc. Duci, Emo S. R. E. Card. Mosca (cuius erat Theologus) aliisque principibus charus fuit, ob insignem suam doctrinam et pietatem. Edidit non vitam (ut asserit Martial. a S. Io: Bapt. in sua Biblioth. pag. 10 N.° 12.) sed Oration. Funebr. in obitu Ven. M. Mariae Franciscae a

Spiritu Sancto. (in saeculo Ser.mae princip. Eleonorae Estensis, sororis Raynaldi I) Monial. Teres. Mutin. Monaster. ibi defunct. cum fama sanctitatis, die 24 feb. 1722. — Mutinae, 1722, in 8.° (Ex Necrolog. Placentini Coenob.)

37. Ambrosius Maria a S. Barbara.

In saeculo Ioannes Dominicus Solarius appellatus. Ortum habuit Mediolani die 8 novemb. anno Dni 1645, et in patrio S. Caroli Coenobio solemnia emisit vota die 15 aprilis anno 1664. —

Ita suos inter sodales vixit, ut de universo coetu benemeritus, ob exemplarem observantiam et morum probitatem omnibus effulserit.

Proximorum salutem egregie promovit, sacras confessiones assidue excipiens, tam Saeculares, quam Religiosos ad perfectionis vitam amplectendam excitans, et in exitu animae laborantibus summa pietate adstans.

Migravit e saeculo in Bononiensi Coenobio, pridie kalendas novembris anno 1720, cum plures per annos gravissimis morbis afflictus, singularis patientiae praebuisset exemplum. Edidit Italice;

1. *Provisione Spirituale per il disastroso viaggio da questa all' altra vita* — Bologna, 1698 in 12° (et iterum ann. 1723 p. il Longhi, post mortem Auctoris.)

Opus est tam morientibus, quam eos consolantibus in agone utile satis, et aptum.

2. *La Monaca ritrata* — Ibidem, ann. 1706 et 1714.

In hoc opere sacris virginibus decem Dierum Exercitia Spiritualia proponit, Meditationibus IV singulis diebus peragenda.

3. *Il mistico ritratto di Santa Teresa,* cioè *Dieci Mercordì in apparecchio alla festa della Santa.* — Ivi p. il Longhi, ed in Milano p. Marc' Antonio Lucca.

(Haec refuruntur in Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium p. virum Clariss. Dnum Philippum Argelati, pag. 1423 Num. 1609 et pag. 2035 in Supplemento.)

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 10 N.° 12 (sed potius 13 error. tipogr.)

38. Ambrosius Marianus a S. Benedicto.

Bitonti in Regno Neapolitano, nobilibus ac piis parentibus Nicolao Azaro et Polissena de Clementi, ortus.

Pueritiam in addiscendis humanioribus litteris, adolescentiam in Rhetorica et Mathematicis, iuventutem in philosophia, theologia ac utroque iure comparandis insumpsit; in singulis, ut in latina poesi emicuit, ac in utroque iure lauream Doctoris obtinuit. In studiis condiscipulum habuit Hugonem Boncompagnum Bononiensem, qui ad Petri cathedram evectus fuit, anno 1572 sub nomine Gregorii XIII, qui memoriam antiqui amici semper retinuit.

Concilio Tridentino praesens, a Patribus in Belgium, Germaniam et alia regna missus pro magni momenti negotiis, iis expeditis, Reginae Poloniae mancipatus obsequio, inter equites Melitenses postea adscriptus, obsidioni adfuit Augustae Veromanduorum, ob animi generositatem magnum nomen assecutus. Ibi in cuiusdam honestae viduae domo duas speciosas eiusdem virgines sic tutatus est, ut evaginato gladio mortem socio minatus sit, nisi a sua impudentia desisteret, puellarum honori ac honestati consulens.

Quia vero acceptus erat Deo, necesse fuit ut eum tentatio probaret; morte namque cuiusdam nobilis, a duobus aemulis et falsis testibus ei imputata, Marianus diro mancipatus est carceri, factum quidem negans, sed contra falsos testes nihil obiiciens. Tranquillitatem animi iudex admiratus, testes separatim interrogans, cum discordes reperisset, ad atrocis calumniae confessionem adegit, Marianum liberavit, qui sontes precibus suis pluribusque expensis pecuniis a debita poena et punitione liberavit.

Veniens deinde in Hispaniam Praefectus iunioris principis Sulmonae constitutus est, sed Aulae pertaesus, nuntium saeculo remittere decrevit, dumque id meditaretur, conspiciens fratrem Thaddaeum, eremitarum Tardanensis solitudinis praesidem, ipsum allocutus illius solitudinis exercitia, uti sibi congrua comprobans, eorum habitum ab anno 1562 usque ad ann. 1570 gestavit, labore manuum necessaria sibi comparans, horis pluribus noctis in oratione permanens, in poenitentiae

rigoribus se exercens, fratris Matthaei exhortationes audiens, humiliterque ipsi obediens.

Hispalim missus ad quaedam eremi suae expedienda negotia, Regias excepit epistolas, quibus ad Curiam vocabatur, ut eius industria educerentur ex Tago derivationes aquarum pro Viridario de Aranivez. Antequam Matritum proficisceretur, ab eremitis suis rogatus fuit, ut Regis ac principum sollicitationibus Instituti sui confirmationem obtineret a Summo Pontifice; at cum Pius V solum permisisset ut alicui approbato Ordini aggregarentur, elegerunt S. Basilii Ordinem, et ita Marianus cum fratre Ioanne Capellam Eremiticam S. Petri prope Pastranam, a Principe Roderico Gomez oblatam acceptavit. At cum S. M. Teresia Matritum venisset, et in Domo D. Eleonorae de Mascarenez hospitaretur, ubi primo Marianum cum socio vidit, eorum praeclaras admirata dotes, eos pro secundo Religiosorum suorum Conventu aptissimos reperiens, primo congressu devicit; a Deo Toleti instructa, primitivam Carmeli Regulam, cum suis constitutionibus detulerat, quas cum Marianus legisset et ponderasset, collato cum fratre Ioanne consilio, uterque hoc Institutum amplecti decrevit.

Habitis Pastranense Coenobium fundandi licentiis, iisque sociatus P. Balthassar Nieto, unus e celebrioribus Hispaniae concionatoribus, confectis a S. M. Teresia et suis Monialibus vestibus religiosis, iis induti sunt; Marianus nomen accepit Ambrosius-Marianus a S. Benedicto; fr. Ioannes cognominatus est *a Miseria;* et P. Balthassar a Iesu.

Anno 1573, mandatum accepit Ambrosius-Marianus ut a statu Conversorum ad Choristarum gradum ascenderet, ordinesque sacros reciperet: obstitit quantum potuit, at obedire coactus, alios Conventus, Hispalensem praecipue, fundavit, in omnibus Regularis observantiae custos rigidissimus.

Orta in Reformationem saevissima persecutione. in illius columnas, in Ambrosium-Marianum consequenter efferbuit, donec facta tranquillitate Provinciae Carmelitar. Discalceat. Erectione, in primo Capitulo Provinciali Compluti habito, orationem latinam elegantissimam ab alio tamen pronuntiandam composuit. In eo electus est fundator futuri Conventus Ulyssiponensis, cum esset Philippo II Hispaniar. Reg. tunc ibi

degenti charissimus, quem facile eiusdem Regis auctoritate perfecit anno 1583, illius Prior electus adfuit Capitulo Provinciali de Almodovar (in Castella nova), ibique electus Secundus Definitor, ac postea Prior Matritensis, ubi congregato Capitulo Generali, electus est Tertius Definitor Generalis. — Demum plenus dierum ac bonorum operum, rebus gestis, doctrina, pietate, ac observantia Regulari clarissimus quievit in pace anno Dni 1594. — Scripsit:

1. *Orationem Latinam habitam, anno 1581, in primo Capitulo Carmelit. Discalceat. Compluti celebrato* (sed ab alio recitatam) *MS.*

2. *Acta, et decisiones Tridentinae Synodi,* (eleganti sermone scripta) *MS.*

(Haec omnia MSS, servantur in Archivio Serritani Coenob.)

Ambrosium Marianum a S Benedicto celebrant S. M. Teresia, Lib. Fundat. Cap. 16, Ludovicus a S. Teresia in Successione Eliae, Cap. 276, pag. 634, ubi notat Eum in primo Capitulo Provinciali, Compluti celebrato, anno 1581, electum fuisse Hispaniae Congregationis Secretarium. Martial. a S. Io: Bapt., in sua Biblioth. pag. 10, et alii etc.

39. Anastasius a S. Mathia.

Vocatus in Saeculo Carolus, natus Faventiae (in Romandiola) die 16 Julii 1620; et ipsius Genitores fuerunt Ill.mus DD. Philippus Mancinelli, et Lucia Amorini.

Romae in conventu S. Mariae de Scala, solemnem emisit professionem, 25 Febr. an. 1641. Emenso in Provincia Romana studiorum cursu, aggregatus fuit Provinciae Longobardicae. Ad Sacr. Theologiam Moralem, ac poesim animum sedulo applicuit.

Piissime obiit Mutinae die 3 Ianuarii, anno Dni 1697.

Vir colloquio jucundus, indole laetus, labore indefessus, Sacro Tribunali ad Animarum regimen, per 43 ann. in Mutinensi convent. assiduus, in oratione fervens, suis Fratribus amabilis, et Deo pius. — Scripsit:

Carmina plurima, in uno volumine in folio collecta, quae olim in Biblioth. Favent. Coenob. asservab.

(Ita ex necrolog. Mutin. Convent.)

40. Anastasius a S. Teresia.

Patria, Malacitanus, in Coenobio Granatensi Professus fuit. Vir felicissimae memoriae, vasti et subtilis ingenii, in omni disciplinarum genere versatissimus: Lectoris Artium ac Theologiae tum scholasticae, tum moralis in collegiis suae Hispanicae Congregationis, Malacitano, nempe, Biatiensi, ac Giennensi, nec non Historiographi Generalis praedictae Congregationis munia praeclare gessit, Sacrosque Libros interpretandi a Superioribus eximio decoratus labore, plura etiam tum versibus, tum soluta oratione, tum Hispano, tum Latino sermone, conscribebat anno 1728.

Edidit autem:

1. *Genethliacon pro Ludovico I, Hispaniarum Principe* — (Versibus Hispanis) — Giennii, anno 1707, in 4.°

2. *Giennensis Ecclesiae Festiva pro Natali ejusdem Principis.* — (Soluta Oratione) — Ibidem, eodem anno, in 4.°

3. *Poema, Hispane, compositum in gratiam Ser. Hispaniarum Reginae Aloysiae Gabrielae, quo Moniales Teresianae illi charissimae. S. P. Joseph gratias rependunt, ob Natale Ludovici I, cujus intercessioni hoc praeclarum beneficium Regina referebat acceptum, et Cui devotissima extitit: id ita suadentibus iisdem Monialibus.* — (Servatur MS.)

4. *Egloga Latina, MS, pro Natali Ferdinandi Hispaniarum Principis, ad instar illius Publii Virgilii, incipientis: Sicelides Musae etc. Egloga Quarta.*

5. *Velezium Festivum, in gratiam Philippi V. Hispan. Regis.* — (Hispane) — Granatae, anno 1710 in 4.°

6. *Topographia Sanctae Eremi nostrae B.mae Virg. Mariae ad Nives, in gratiam Eremitarum, et Exc.mi Marchionis de Estepa* — Cordubae, ann. 1708, in 4° (Hispane).

7. *Oratio Panegirica, pro Immaculata Conceptione B. V. M.* — Giennii, anno 1719 (Hispane).

8. *Vita Infantis Dom. Francisci de Paresa* — Ibidem, an. 1721, in 4.° (Hispane).

9. *Plura Poemata, tum Latino, tum Hispano idiomate, « in gratiam Sanctorum cum Christo in Coelis regnantium ».* Ibidem, ann.

10. *Quaestio Scholastica — De Sacramento Poenitentiae valido, et informi, juxta legitimum div. Thomae Aquin. sensum — (Latine).*

(MS. servatur in Conventu Regio Granatensi PP. Praedicatorum.

11. *Defensorium pro quodam Novitio Carmelit. Discalceat., ante annum 15 Habitu Religionis induto — (Hispane).*

(MS. servatur in pluribus Conventibus Baeticae Superioris).

12. *Propugnaculum pro Religionibus in duas Partes distributum. — (Hispane).*

(MS. servatur in Coenobio Giennensi)

13. *Censura Mystica.* — Tom. 1, in 8.°

14. *Vita Venerab. Sororis Nostrae Matr. Mariae a S. Joseph, fundatricis monasterii de Aquilar. Tom. I in fol.*

15. *Cursus Expositivus Sacrae Scripturae. Tom. 3 (Latine).*

I. Tom. inscribitur — Annotationes in totam Sacram Scripturam.

II. Tom. et III. Commentaria in Genesim, quam secundum sensum litteralem, et spiritualem exponit.

16. *Bibliotheca Carmelitarum Discalceatorum congregationis Hispanicae* (qua usus est P. Martialis a S. Jo: Bapta, Italicae Congregat. Alumnus, in sua Bibliotheca, Burdigalae, edita. an. 1730). (Vid. De Williers, T. I., suae Biblioth. Carmelitanae pag. 67. N. 92).

41. Andreas a S. Anastasio.

Natione Hispanus: Collegium nostrum Abulense locupletavit elaborato volumine in 4° ex multiplici concione costante. — Ibidem asservatur. (Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 14).

42. Andreas a Cruce.

In saeculo dictus Lao, natione Siculus, patria Catanensis, die 13 Februarii, anno Dni 1614 natus. — Antiquiorum Carmelitarum institutum a teneris annis amplexus est. In eo gravioribus scientiis insigniter excultus, adeptam doctrinam virtutum splendoribus illustravit: ideoque ad nonnullos honorum

gradus ascendit, ab incomparabili morum integritate, et egregiae doctrinae excellentia promeritos. Philosophiam ac Theologiam, non sine plausu, Sodales suos docuit, ab ingenii acie demiratus. Studiorum, ut vocant, Regens et Praefectus effulsit in Regio Neapolis Coenobio, et alibi, ac Sacrae Theologiae Laurea ornatus est. In Publica Patavina Academia Sacrarum Litterarum Explanator, eximiam eruditionem detexit. Anno 1640, aetate adhuc florente, Siculam Provinciam S. Alberti, insigni prudentiae laude moderatus est: in eaque Provincia Visitatorem, et (ut dicunt) Reformatorem, et Commissarium Generalem egit.

Inde arctioris vitae desiderio extimulatus, ad Carmelitas Discalceatos Italicae Congregationis transiit, anno 1647, accepto nomine Andreas a Cruce. Sed tanti Viri jacturam aegre ferens Carmelitarum Antiquiorum coetus, hunc discessum irritare tentavit. Hinc per annos quatuor apud Sacram Congregationem ab his Ordinibus disceptatum, et ex utraque parte pugnatum pro hujus doctissimi Viri regressu, ac tuitione; sed tandem, per Decretum ipsius Sacrae Congregationis, die 21 Octobris 1651 latum, adjudicata fuit primaevo Ordini Causa, ut ipse refert Andreas Lao in Limine Tom. II. Theologiae suae; et Lezana in suis Consultationibus, Consultat. 17.

Andreas itaque ex obedientia ad dimissum institutum remeare coactus fuit, ut gravis culpae, et apostasiae notam declinaret.

E vivis abiit, Januae die 23 Decembris, anno Christi 1675, relicta apud mortales clarissimi nominis fama.

Edidit plurima opera: sed veste Teresiana indutus, et nomine Andreas a Cruce.

1. *In primam Partem Div. Thomae Aquinat. Disputationes Theologicas, a Quaest. 3, usque ad Quaestionem 23, inclusive. Tomo primo.* — Ianuae, ap. Joan. Ferronum, an. 1650, in fol.

2. *Tractatum De Auctoritate Summi Pontificis — (Insertus est in Bibliotheca Pontificia Roccaberti.)*

(Martial. a S. Ioan. Bapta. pag. 14 — De Williers, Tom. 1, suae Biblioth. Carmelit. pag. 79, N.° 101.)

43. Andreas ab Epiphania.

Natione Hispanus, Cordubensis, Professus anno 1652. Dignitatum libenter oblatarum apprime contemptor, paupertatis

eximius cultor, in solitudinis laboribus exercitatissimus. — Obiit, in Eremo *S. Mariae ad Nives*, Superioris Vandaliae, anno 1702, aetat. suae 68.

Reliquit in eadem Eremo praeclari ingenii sui monumentum, — *Tractatum de Virtutibus, et Vitiis T. 1, in 4° — (Folia 450 complectentem)*.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 1).

44. Andreas a S. Gabriele,

Belgicae provinciae alumnus, vir pietate ac doctrina clarus. Scripsit, circa ann. 1668, librum cum titulo:

De solitudine Beatae Virginis Mariae.

(Ita Ludovicus Jacob, in sua Bibliotheca Carmelitana MS. pag. 18.)

45. Andreas a S. Gregorio,

Clavari (Stat. *Januen.*) natus, Sacro Fonte nuncupatus Andreas Costagutus. Bononiae, anno 1659, edidit volumen praenotatum:

— *Theatrum Virtutum* —, *quo Alexandri VII. Pontif. Max. Virtutes, et Laudes explicat, ut Michael Iustinianus, in I Parte Scriptorum Ligurum refert;* (Teste Augustino Oldoino, in Athenaeo Ligustico, pag. 23 »).

46. Andreas a Iesu I.,

Primus Carmelita Discalceatus Polonus, in oppido Brizostk Poloniae, aliquot leucis a Cracovia dissito, nobilibus et piis parentibus natus est, et Sacro Baptismate regeneratus a Patruo suo Abbate monasterii Tinecensis, Ordinis S. Benedicti, anno Dni 1584, die 28 Maij, in quam inciderat festum gloriosae Ascensionis Iesu Christi: Pater ejus vocabatur Ioannes Brzechsta, vir insignis prudentiae, ac facundiae.

Andreas humanioribus Litteris instructus, anno aetatis suae 15 ab Emo S. R. E. Cardinal. Radzewillo Romam ductus' Rhetoricae, ac Philosophiae operam dedit. Cum quadam die ad Ecclesiam *S. Mariae de Scala* veniens, concionantem audiisset Venerab. P. Ioannem a Jesu Maria, tanto Divini Amoris accensus est ardore, ut inter Carmelitas Discalceatos aggregari instanter postulaverit. Cujus rei certior factus ejus Pater

Ioannes Brzechsta, missis ad Clementem VIII, ac Cardinalem Protectorem epistolis, enixe petiit, ne dilectissimus Filius Religionis habitu indui permitteretur. Iubente ergo Pontifice, facto per quinque menses rigido ejus vocationis examine ab Emo Cardinali Baronio, suaeque post illud libertati redditus, indutus est die 15 Octobris anno Dni 1602. Non solum non potuere missi a Patre Romam Consiliarii eum a Religionis proposito divertere; sed etiam, ut fortius tentationi resisteret, post tertium Novitiatus mensem, se in ea perseveraturum vovit.

Induendo vestem Teresianam, nomen Andreae mutaverat, vocatusque fuerat novitius Bruno; sed vota Religiosa emittens, impositum in Baptismate nomen Andreae resumpsit, Patrum determinato consilio. Emissa igitur Solemni Professione inter manus Venerab. Petri a Matre Dei, anno 1603, die 15 Novembris, Januam studiorum causa missus, ibique anno 1609, die 14 Maij, Sacerdotio initiatus, peracto Theologiae curriculo, in Poloniam Superiorum jussu, rediit; ibique eximia Sanctitate, ac Praedicationis efficacia, velut alter Apostolus ubique exceptus, Lublini, anno 1613, Leopoli, Praemisliae, ac Cracoviae Conventus erexit.

Universalis applausus aemulos ipsi paravit; a quibus multa passus, persecutioni cedens, in Germaniam, et Belgium recessit. Coloniae, Latinis et Italicis Concionibus, multos ad meliorem frugem reduxit. Ob singularem prudentiam, egregiam doctrinam, ac vitae sanctimoniam, ab Antonio Vigiliarum (in Dalmatia) Episcopo, Sanctae Sedis Nuncio Apostolico, Visitator Regalis Monasterii S. Cornelii Lindensis, sive Linciensis, Ordinis S. Benedicti, Locorumque dependentium constitutus est, anno 1615.

Inde missus Antuerpiam, fuit a Sacris Confessionibus ven. M. Annae a S. Bartholomeo. Anno 1617 venit Bruxellas, ubi et Ven. M. Annam a Jesu, aliam S. M. N. Teresiae sociam vidit, et ex utriusque conversatione multum profecit.

Anno 1618, a Ven. P. Dominico a Jesu Maria, Praeposito Generali in Poloniam remissus, toti Provinciae ac Populo Concionibus suis illuxit.

Anno 1628 Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Decreto ac Urbani VIII, Pontif. Max. auctoritate, ad instantiam

Rmi Dni Joseph de Velamin Kiovensis Metropolitae, electus fuerat Monachorum Ruthenorum S. Basilii Magni Reformator, sed ab executione, ob supervenientes gravissimas infirmitates, praepeditus est.

Extremis vitae diebus, doloribus ac internis laboribus purgatus, cum mortem instare cognosceret, Ecclesiae Sacramentis insigni pietate receptis, vix pelli et ossibus haerens, obdormivit in Domino die 29 Aprilis, anno 1640 — Scripsit

1. *Vitam Fratr. Alexii a S. Bernardo Carmelit. Discalc. Poloni.*

2. *De Excellentia, et Praerogativa B. V. Mariae — Lib. XII.*, « *quos in Conventu posnaniensi degens, ex publicis Bibliothecis materia collecta, partim absolvit; sed, « ob varias infirmitates, integros perficere non potuit. In « scriptum erat hoc opus — Hamus Aureus* — , cujus Libro « IV ultimam manum imposuit ».

3. *Viscera Misericordiae, Sanctorumque Revelationes patefactas. — Lib. I.*

4. *Opera mystica S. P. N. Ioannis a Cruce, ex Hipanico idiomate in Latinum translata, unacum elucidatione phrasium mysticarum eorumdem Operum a R. P. Nicolao a Jesu Maria, Collegii Salmanticensis Lectore, data.* — Coloniae Agrippinae, ap. Iodoc. Kalkoven, ann. 1639, in 4.° Altera editio ibidem anno 1710.

5. *Officium devotum, et eruditum a SS. PP. Sententiis mira varietate contextum.*

« *Andreae a Jesu vitam scripsere Ignatius a S. Joan- « ne Carmel. Discalc, Polonus; et Philippus a SS. Tri- « nitate in Decore Carmeli, part. 3, pag. 125.*

« *Illum commendat Nicolaus a Jesu, ejusd. Ord., et Nationis, in censura, seu approbatione ejus Operum, sed prae- « sertim — De excellentia, et prerogativa B. V. M. — de « quo quidem Hamo aureo ait:* quoad omnia placent gravitas ma- « teriae, styli elegantia, rerum varietas etc. »

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 14 et 15, De Williers T. 1, pag. 83, N.° 110 etc., et alii etc.

47. Andreas a Jesu II.,

Granatae, Nobilibus Parentibus ortus; ibique Sodalitio nostro mancipatus, sic insigni modestia emicuit, ut intuentes ad cordis

compunctionem excitaret. In Oratione, ac Sacrorum Librorum lectione defixus, sui contemptor humillimus, virtutis famam declinare non potuit, vix Eum a se divelli patiebatur Illmus DD. Pimentel Episcopus Cordubensis.

Antiqueram Civitatem pestilentia afflictam Sacramento Poenitentiae, ac concionibus maxime adjuvit: et quos eripere non potuit a corporis morte, quantum in ipso fuit, a peccatorum contagio liberavit. — Piissime obiit die 25 Aprilis, anno Dni 1653.

« *Praelo dedit, ab Excmo Dno Centurione, Marchione de Etepa, rogatus »:*

1. *Explicationem Castelli Animae, a S. M. Teresia, compositi. — Hispane.*

2. *Teresiorologiam, seu praeclara gesta S. M. Teresiae, ex Psalm. 44. — Latine in fol.*

3. *Codicem Eucharisticum. T. 1. in 4.°* (MS. servatur in Antiquarensi Coenobio).

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 16).

48. Andreas a Jesu Maria,

Hispanus: Vir tum virtutibus, tum Litteris Clarissimus, quem in intimis semper habuit Illmus Archiepiscopus Hispalensis Jacobus de Palafox, Episcopi Oxomensis Nepos. — Auctor est Notarum in Opera S. P. N. Joannis a Cruce, ultimae editionis Hispalensis. (Teste P. Martial. a S. Jo: Bapt., pag. 16.)

49. Andreas a S. Jo: Baptista,

Vertit Hispanice ex Belgico idiomate Librum Adriani Van Lyere, Antuerpiensis Jesuitae, inscriptum:

— *De Religione et Cultu Sanctissimi Nominis Mariae* —, seu Hispanice — *De la Religion y Culto del Sancto Nombre de Maria* —, *anno 1640.* — (uti refert Philippus Alegambe de Scriptoribus Societatis, Appendice in Adriano Van Lyere, pag. 548.).

« *Alegambeum exscripsit Nicolaus Antonius in Biblio-*
« *theca Hispanus Tom. 1 pag. 59; ubi addit se non facile*
« *dicturum, an Hispanus fuerit Andreas a S. Jo: Bapta,*
« *quamvis Hispane scripserit. — Eadem verba P. Martialis*
« *a S. Jo: Bapt. retulit sua in Bibliotheca. pag. 16. —*

« *dubitationem hanc non exhibet Ludovicus Jacob sua in* « *Biblioth. Carmelit. MS. pag. 18, ubi tantummodo notat* « *Andreae a S. Jo: Bapta meminisse Philippum Alegambe,* « *et Hyppolitum Maraccium, natione Italum, patria Lucen-* « *sem Cleric, Regular. Congregat. Matr. Dei, in Biblio-* « *theca Mariana* ». — (Vid. De Wiliers T. 1, pag. 85 N.° 113.)

50. Andreas a Matre Dei I.,

Hispanus, anno 1614 defunctus: Vir summa probitate, Religione, et vitae innocentia praeclarus : Deo et Angelis dignus, ac Apparitionibus illustris, qui Prioris Officium diversis in Locis laudabiliter gessit.

Scripsit :

1. *Relationem Virtutum R. P. Thomae de Aquino Carmel. Discalc., Hispalensis, qui obiit Matriti cum magna Sanctitats opinione.*

2. *Relationem de aliis Carmelit. Discalc., qui in eodem Matritensi Caenobio in Domino quieverunt.*
(Ludov. Jacob. in sua Biblioth. MS. pag. 19).

51. Andreas a Matre Dei II.,

Palenciae in Castella veteri ortus, Vallisoleti Religioni nomen dedit, Prudentia ac Pietate conspicuus, Provincialis ac Definitoris Generalis Praefecturis summa cum laude functus est. Thelogia docte dictata in Collegio Salmanticensi, una cum aliis egregiis Theologis Magistris, Theologici Cursus Auctoribus Fabricae huic sedulam navavit operam. E vivis cessit, anno Christi 1674, posterior.

Scripsit autem continuaturus Moralem Partem, « cui Fran« ciscus a Jesu Maria initium dederat. de quibusdam Sacramentis, evulgato volumine uno ».

1. *De Sacramento Ordinis, Sacramento Matrimonii, de Censuris. — Tom. 3 in fol.* — Salmanticae, ann 1668.

2. *Cursus Theologiae Moralis, tractatus quatuor, scilicet :*

— *De Legibus.* — *De Justitia* — *De Dominio.* — *De Restitutione, et Contractibus.* — *Tom. 3 in fol.* — Lugduni, ap. Laurent. Arnaud, et Petr. Borde, ann. 1670.

3. *De Statu Religioso,* — *De Horis Canonicis,* —

De Voto, et Sacramento — De Privilegiis, et Simonia — Tom. 4, in folio. — Ibidem, apud eosd.

« *Ast editio Matritensis, anno 1709, accuratior est,* « *in qua, juxta Decreta Alexandri VIII, et Innocentii XI,* « *quædam opiniones mutatæ sunt* ».

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 16, et 350. — De Wiliers, T. 1, pag. 91, N.° 118, et alii etc.)

52. Andreas a S. Michaele,

Frater Laicus, Metymnae Sidoniae, in publicae utilitatis commodum, anno 1577, communen lucem aspexit. Post varios vitae suae eventus, in Historia Ordinis Nri, *Tom. 6, Lib. 23, cap. 39,* relatos, in Conventu nostro Angelopolitano, apud Indos Occidentales Nostris adscriptus, anno 1598. Difficile autem effatu est, quantum suae Hispanicae Congregationi, tum ob singularem virtutum copiam, tum ob ingenii excellentiam, Mathematicarumque profundissimam cognitionem, decoris ac splendoris contulerit.

Exuit mortalitatem Salvaterrae, dum Nostri illius oppidi fabricando Conventui incumbebat, anno 1644, apud Indos semper illustris.

Scripsit plura Cedro digna, quae nostrum Angelopolitanum Coenobium in suis scriniis conservat; videlicet;

1. *De Architectura, (in folio magno).*
2. *De modo exhauriendi subterraneos Latices.*
3. *De Motu Cœlorum.*
4. *De vera Arcæ Noe dimensione contra Goropium.*
5. *De Merito Bmæ Virginis Mariæ, mathematice comprobato.* — (Martial. pag. 17).

53. Andreas a Regibus,

Ulyssiponensis Conventus professus, scientia et pietate in tota Lusitania venerationem sibi conciliavit. Plura Monasteria, ac Provinciam suam gubernavit. Doctrinae ac eloquentiae suae monumenta sunt valde utilia, et praelo parata:

1. *Commentaria in Genesim.*
2. *Sermones varii.*

(Hæc, et nihil ultra, leguntur in Biblioth. P. Martialis a S. Jo: Bapt. pag. 17).

54. Andreas a S. Teresia I.,

Natione Germanus, Provinciae SS. Sacramenti Theologus. — Edidit germanico idiomate praenotatum opus:

— *Teresias Monachienses.* — *Tubingae, anno 1667 in* 4.°

(Ita ex catalogo Franco-Furtensi; teste Ludov. Jacob, in sua Biblioth. MS. pag. 9.)

55. Andreas a S. Teresia II.,

Natione Lusitanus, Ulyssiponae, nobilibus parentibus ortus, Cordubae Professus, pius, doctus, mansuetus, aevo suo gubernandi dono, non tam singularis, quam unicus videbatur. A Carolo II., Hispaniarum Rege, cui, sicut et Reginis, fuit charissimus, in Episcopum designatus fuerat, sed, divina providentia, in Religione Monastica permanens, Gubernium illius avertere non potuit. Pluries Prior, semel et iterum Definitor Generalis, quater Provincialis, verbo ot opere suis praeluxit inferioribus, clarior doctrina, sed clarior virtutibus, efflavit animam Malacae, anno 1715; aetatis suae 81. — Edidit Hispano idiomate:

1. *Sermones varios.* — *Malacae.*
2. *Epistolas Pastorales ad suos Religiosos.* — *Ibidem.*
3. *Epistolam in aliqua verba psalm. XXVIII.* — *Ibidem.*

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 17),

56. Andreas Fesulanus a S. Teresia.,

Polonus natione, Carmelita primum Antiquioris Observantiae Regularis Alumnus. Qui postquam in Polonia Vicarii Provincialis, et in Bohemia Commissarii Generalis officium aliquot annis magna cum laude et prudentia administrasset, a Calceatis ad Excalceatos Carmelitas, anno Christi 1629 transiit. Multos haereticos ad Fidem Catholicam, peccatores ad Poenitentiam Pragae convertit: plurimumque pro Animarum salute, ac Gloria Dei promovenda laboravit.

Vir pietate, et eruditionis fama praeclarus; divinae gloriae zelo valde fervidus et cupidus: omnium vitiorum osor, omniumque virtutum cultor et amator celeberrimus.

Obiit Camenecii in Polonia, circa ann. 1651, postquam edidisset :

— *De Jubilaeo, et Indulgentiis, Tractatum.* — *T. I. in 4.°* — Pragae, anno 1625.

(Ita Ludov. Jacob. in sua Biblioth. MS pag. 18).

57, Angelus ab Annuntiatione,

Belga, patria Namurcensis. Edidit. Gallice:

Histoire de l' Origine des Miracles de la Croix de Carenci, divisèe en trois Parties. — A Anvers, chez François Chien; an. 1652 in 8.°

Ejusdem Nominis Angelus ab Annuntiatione, Gallus, primus Definitor Provinciae Avenionensis, anno 1664, Electus. qui eodem anno obiit, magnus Virtutum, et Scientiarum Cultor.

(Teste Ludov. Jacob, in sua Biblioth. MS. pag. 20.)

58. Angelus a Jesu Maria,

In saeculo Georgius, Mediolani ortus, circa ann. Redemptionis nostrae 1574.

Ipsius Genitores fuerunt Maximilianus, ex Marchionibus Stampa-Soncini: Mater vero ex Principibus Asculanis. Pater, saeculi vanitates fastidiens, sub humili Capuccinorum habitu, Pater Ambrosius de Mediolano, dictus est. Mater quoque Monialis effecta est: tam Ille, quam Ista sancto fine quieverunt. Sororem pariter habuit P. Angelus, quae inter Moniales nostras Interamnensis Monasterii (in Statu Ecclesiast.) cum fama Sanctitatis obiit, et fuit una ex Fundatr. praedicti Monasterii.

Angelus noster vix pubertatem excesserat, cum Reformationi Teresianae nomen dedit, die 25 Decembris, anno 1594, Romae, sub Prioratu Ferdinandi a S. Maria, et Magisterio Joannis a Jesu Maria. Transactis, miro spiritus fervore, primis Religiosae vitae annis, Conventus Cremonensis, et Neapolitani *Matris Dei* Prior electus, hinc Monasteriorum Galliae, et Lotharingiae Visitator Generalis; postea Januensem Conventum regens, de fundanda prima Congregationis Eremo, obtinuit a Superioribus veniam, et Locum elegit in Monte Ligustico ,s Januam inter et Savonam: quam quidem Eremum copiosi

Nobilium Januensium elargitionibus construi curavit, cum sufficientibus redditibus ad vitam sancte, religiose, ac tranquille ducendam, ab humano Consortio separatam. — Anno 1614, 22 Januar. in Patria sua fundavit nostrum Coenobium *(suppress. postea a Napoleone, anno 1805)* sub titulo S. Caroli Borromaei Archiep., et Cardinal., et haec Ecclesia fuit prima, eid. Sanct, dicata, post Ejus Canonizationem.

Anno 1617 electo in Praeposit. General. Venerab. P. Dominico a Jesu Maria, ac in varias divisa Congregatione Italica Provincias, Primus Provincialis Longobardiae sub Titulo S. Angeli Martyris, renuntiatus est. Triennio sequenti Definitor Generalis, et inde Procurator Generalis. In omnibus Praefecturis praebens se ipsum exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in sanctitate, et Charitate non ficta.

Anno tandem 1625, die 17 Aprilis, aetatis 51. (ita ex Necrolog. Longobard. Provinc. edito, ann. 1751) animam Deo, reddidit, Romae, cum magna Sanctitatis opinione, ac post mortem Sorori suae Teresiae a Jesu, Interamnae in Choro existenti, gloriosus apparuit.. — Scripsit:

1. *Septem Epistolas Pastorales ad suos Longobardiae Provinciae Religiosos directas, et in Collectione Mediolanensi editas, anno 1671, et 1673, Italico Sermone.*

In 1.° *Promptum se offertad Eos consolandos, eorum Orationes pro bono Provinciae Gubernio postulans.*

In 2.° *Varios contra Obedientiam abusus recenset, ad eos vitandos hortatur.*

In 3.° *Tractat de Laudabilibus Religionis Consuetudinibus servandis, ac de Bono usu Temporis.*

In 4.° *Hortatur Superiores, ut digne Officio suo fungantur.*

In 5.° *Suadet, in Sanctorum Solemnitatibus Eorum virtutes et perpendere et imitari.*

In 6.° *Elogium est virtutum R. P. Hippolyti ab omnibus Sanctis, Nobilis Romani, Prioris Convent. Mediolanensis; et ibi defuncti 16 Maij; 1616, aetat. 70.*

In 7.° *Ostendit virtuti non osse oppositum, Religiosum bene operantem, suo superiori velle satisfacere.*

2. *De Remediis ad Religiosam Pacem conducentibus — MS.*

3. *Medulla Spiritus.* — *MS.*

4. *Concionum plura Volumina.* — *MS.*

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 17, et 18 — De Wiliers, T. 1. pag. 113 N.° 154, et plur. alii Auctor. etc.)

59. Angelus a S. Joseph I.

In Saeculo Pantaleon Musi, natus ann. 1600 in oppido Vultri (Stat. Januens.) Solemnem Professionem emisit die 27 September 1617. Fuit Magister Novitiorum, Prior Tridentinus. et Definitor Provincialis. Pietate simul ac eruditione clarus. Obiit anno .... Edidit latine:

— *Sententiae Spirituales ex Operibus SS. Teresiae a Jesu, et Joannis a Cruce pro singulis Anni diebus distributae.*

Monachii, in Bavaria, ann. 1642 et denuo 1647 ap. Melchior. Segen. in 12° Item Valentiae, ann. 1651. Typ. Ioann. Sonzoni, in 12.°

« *Hoc Opusculum prodiit postmodum, Gallice, Montis* « *Hannoniae, ap. Stievenart. 1644 opera R. P. Gasparis* « *a Matre Dei.* — *Italice translatum est a R. P. Leone a* « *Regibus, Graecii editum ann. 1650. Flandrice, per R. P.* « *Paulinum a S. Ioseph, Coloniae 1668.* — *Germanice* « *traslatum apparuit Viennae anno 1709* ».

NB. *Ludovicus Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 22 vocat hunc P. Angelum Patria Ianuensem, qui a Superioribus missus fuit in Germaniam.*

Alii vero Scriptores, scilicet Daniel a Virgine, et Martialis a S. Io: Bapt. (pag. 19) dicunt eum esse Germanum.— (Vid. De Wiliers, Tom. I. pag. 114, N. 154, et pag. 117 N.° 157).

« *Alius ejusd. Nominis floruit, Lingonensis patria Parisiensis Provincialis, ann. 1652, electus, qui obiit Parisiis, ann. 1661.* — *Vir tum Doctrina, tum Sanctitate conspicuus.*

60. Angelus a S. Joseph II.,

Vocatus in saeculo Joseph Labrosse, Tolosae, divitibus, ac honestissimis Parentibus ortus, anno Dni 1636. In eiusdem Civitatis Coenobio veste Teresiana indutus, ac solemniter Professus, in Philosophicis ac Theologicis disciplinis non mediocriter

instructus, zelo animarum flagrans, in Missionariorum numerum adscribi petiit, et a Superioribus obtinuit.

Tolosa itaque cum R. P. Cherubino a S. Joseph profectus, in Gymnasio Romano Missionum, sub R. P. Coelestino a S. Lidwina, Batavo Lugdunensi, celeberrimi Jacobi Gollii Germano Fratre, in Arabica Lingua ad stuporem erudito hujus Elementa Linguae praelibavit.

Ad Orientales Missiones destinatus, itineri se accingens, ann. 1664, Smyrnam appulit, ubi Linguarum Persicae, Turcicae, et Armenicae, passim fragore captato, Promptuarium quoddam vocabulorum pugillaribus inferens, quod quattuor Mensium itineri usui fuisset, die 4 Novembris, Aspahamum pervenit, ubi sub magisterio P. Balthassaris nostri Lusitani, in Lingua Persica exercitatus, paucos post menses coepit e Musaeo absque interprete ad forum prodire, et e foro ad Suggestum. Hinc residentias nostras Persidis, et Arabiae peragrans, modo Mathematicos, modo Medicos, modo Controversistas sustinebat Persas, cum quibus conatus mirificos exercebat.

In his exercitiis, et fidelium Conversioni strenue adlaborans per decem et octo annos, quibus in Perside, aut in Arabia permansit, Prior Aspahensis, et inde Bassorensis. Ast Bassora Civitate Hasteno Principi, Turcarum armis sublata et capta, suasit novae Ditionis jugum formidabile, ut quidam ex Nostris Constantinopolim deputaretur ad Portam, quo Excellentissimi Galliae Legati Marchionis de Nointel ope, Diplomata quaedam ad firmam hujus Missionis, et Ecclesiae tutelam, atque possessionem corroborandam obtineret. Quocirca speciali horum Missionariorum impulsu, ac R. P. Visitatoris Generalis jussu, Angelus noster discedens die 13 Aprilis 1678; Bassora, Constantinopolim applicuit die 4 Novembris ejusdem anni, ubi a praefato Excellentissimo Legato perquam benigne exceptus, dignos tantis auspiciis, atque adeo majores optatis obtinuit favores, tum a Porta, tum ab ipso Legato, qui Patentes Litteras ultro concessit, quibus Bassorensis Missionis Superiorem, in Gallicae Nationis Consulem erigebat; concesso etiam ad hunc effectum, Capitulationum Galliae cum Porta magnifico Autographo, quo vel unico titulo patuit aditus obtinendi Diplomatis Imperatoriae Portae. Quod cum feliciter

admodum emanasset, acceptis paulo post plurimis ab Emo Cardinal. Cybo, ad motum proprium Innocentii XI Pontif. Max. adhortatoriis Epistolis, ut Romam quantocius advolaret Angelus, eo ann. 1679, die 18 Novembris pervenit, ubi non semel a Summo Pontifice accersitus, magnificis muneribus donatus est. Parisios perrexit anno 1680, advenitque die 10 Augusti.

Tunc a R. P. Carolo-Felice a S. Teresia, Praeposito Generali, Bruxellis agente, in Belgium vocatus, ab eodem visitator Generalis Missionum Hollandiae est constitutus.

Quibus absolutis, in Angliam missus, idem Missionarii Officium adimpleturus, tempore Iacobi II, Reg.; sed inde fugere coactus; in Hibernia aliquot annis permansit.

Tandem Provinciae suae Aquitaniae restitutus, primum Coenobii Perpinianensis electus Prior, deinde Definitor Provincialis, et denique, anno 1697, Provincialis. Quo quidem munere fungens, dum eumdem Perpinianensem Conventum Visitaret, ibidem anno 1697, die 29 Decembris, extremum diem clausit.

Vir, de Religione Catholica, ac Eruditis omnibus benemeritus.

Opera Ejus edita inscribuntur,

1. *Pharmacopea Persica, ex Idiomate Persico, in Latinum conversa; Opus Missionariis, Mercatoribus, caeterisque Regionum Orientalium Lustratoribus necessarium. Accedit in finem specimen Notarum in Pharmacopeam Persicam* etc. — **Parisiis, ann. 1681 in 8°, Typ. Stephani Michalet, cum amplis indicibus.**

Huic praemisit Operi Angelus eruditissimam Praefationem criticam circa naevos et errores Versionis Persicae Evangeliorum, qua usus est Briandus Waltonius in Bibliis Polyglottis Angliae, observatos quidem ab aliquibus Auctoribus, sed minus officiose excusatos; ut referunt Acta Eruditorum Lipsiae, anni 1682, pag. 181. Haec autem Censura in ipsum Angelum alteram Animadversionem produxit ex parte Thomae Hyde: qui ad calcem Cosmographiae Perit — insinuat Angelum nostrum minime Auctorem esse Pharmacopeae Persicae; asserendo esse potius Matthaeum a S. Josepho alterum Carmelitam Discalceatum:

Quod tamen ullo absque fundamento profertur. Auctorem porro, qui Persico Idiomate, Pharmacopeam composuit, vocatum fuisse, Elen, Mouraster, Monchamedel, notant etiam Acta Lipsica jam citata.

De illa videri possunt Diarium Eruditorum Galliae, anno 1682. — Claudius Frastenius in Disquisitionibus suis Biblicis, pag. 836. — Cherubinus noster a S. Joseph. in Bibliotheca Criticae Sacrae, Tom. 4, pag. 680. — Jacobus Lelong. in Bibliotheca Sacra, pag. 653 Colon. 1. A. etc.

2. *Gazophylacium Linguae Persarum, triplici Linguarum Clavi, Italicae, Latinae, Gallicae, nec non specialibus praeceptis ejusdem Linguae reseratum. Opus Missionariis Orientalibus, Linguarum Professoribus, Sacrorum Bibliorum Scrutatoribus, caeterisque Regionum Orientalium Lustratoribus, perutile ac necessarium etc.* — Amstelodami, 1684, ex officina Iansenii Waesbergiana, in folio.

Elegans ac politum Opus istud laudant Dom. Marchio De Nointel, pro Rege Christianissimo Costantinopoli Legatus. — Dom. Joannes Franciscus Paitis de la Croix Regis Galliae Interpres: — Dom. Joannes Chardin. Horum trium testimonia leguntur in Limine Gazophylacii: Quibus accensendi sunt Adrianus Baillet in Collectione Iudiciorum Eruditorum de Grammaticis, Tom. 2, Artic. 743, pag. 646; Edit. in 4° — Iacobus Lelong, in Bibliotheca Sacra, pag. 652, 653 et 1197.

3. *Summa Divi Thomae in Persicum Idioma conversa, quoad res, quae de Dogmatibus et Moribus tractant,* inquit P. Martialis a S. Jo: Bapta, Auctor Biblioth. nostrorum Scriptor., pag. 22. *Imo et hanc versionem MS. asserit P. Martialis, ex testimonio Carmelitarum Sodalium Provinciae Aquitaniae, qui cum Angelo nostro diu conversati sunt: Cuius quidem celebrem fecerunt mentionem non tantum illustres et eruditi Viri jam citati, sed etiam Innocentius XI. in Epistolis Emi Cardinalis Cybo ad ipsum Angelum scribentis; — Ioannes Chardinus Eques in Itinere Persiae, Tom. 4, pag. 204, Edit. in 12.° — Ioannes Petrus Niceron in suis Memoriis, Tom. 29, pag. 26 et seqq.*

Praeter haec Opera, Opus scripserat amplum et insigne —

Historiae Persicae etc. — Praelo paratum, quod dum esset Londini habebat in Palatio Hispaniarum Regis Legati, quod casu igne consumptum est, cum Eruditorum, qui Auctoris ingenium, et doctrinam noverant, dolore.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 19, et seqq. — De-Wiliers, T. I. pag. 115, N.° 156 — et alii etc.)

61. Angelus (*aliis* Archangelus) a S. Joseph, Ill.

Provinciae nostrae Januensis Alumnus, antea dictus Angelus *Rocca*, Nobilis Savonensis, Simeonis, ex uxore Violante *Ferrera*, Filius, natus anno Salutis 1589.

Scripsit, *Italice*, et edidit

1. *Practicam Spiritualem pro Novena celebranda, ad honorem B. V. Mariae.* — Savonae, ann. 1652, in 12.°

2. *Revelationem Historicam Apparitionis B. V. Mariae Savonensis.* — Januae, ann. 1653, in 12.°

3. *Prognosticum Cometae, die 18 Martii, 1636 visae.* « *Ita scribunt collectores Ligurum Scriptorum, quos exscripsit Augustinus Oldoinus, in Athenaeo Ligustico, pag. 59* ».

62. Angelus a S. Paulo,

Hispanus — Scripsit circa ann. 1592:

Relationem de Virtutibus, et Sanctitate S. P. N. Ioannis a Cruce.

(Ita Ludov. Jacob, in sua Biblioth. Carmel. MS. pag. 23).

63. Angelus a Praesentatione B. V.

Patria Granatensis, ex Patre Ianuensi ortus, Professus in Conventu S. Joann. de Portu, Vicarius Penuelae, ann. 1580, et Rector Biacensis, anno 1591. — Scripsit:

Historicam Relationem de fundatione Coenobii Hispalensis, anno 1674; facta — « *in qua de primis illius* « *Incolis miranda recenset apostolicae paupertatis, austeritatis, patientiae, humilitatis, aliarumque heroicarum* « *virtutum exempla* ».

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 22. — De-Wiliers, T. I., pag. 123 N.° 169 etc.)

64. Angelus a Purificatione B. V.,

Hispanus, natus in Oppido Somosierra duobus Castellis confini, Pastranae Professus, virtute, scientia, concionibus clarus, Historiographus a Superioribus destinatus. Plura scripsit, quae in Bibliotheca Matritensi servantur. — Edidit:

Sermonem Panegyricum de Immaculata Conceptione B. V.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 22).

65. Angelus a S. Teresia,

Polonus. Edidit:

Orationes funebres — Tom. I, in 4.°

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 22).

66. Angelus-Benedictus a S. Vincentio,

Panormitanus, in ea Civitate ortus, anno 1654, Litteris humanioribus, nec non artibus excultus in saeculo, Consodales suos facile superavit, Religioni mancipatus, ac Professus, Baydae, die 25 Octobris anni 1671. Transacto Tirocinio, emensis Philosophicis, ac Theologicis disciplinis, has Nostros mira claritate docuit, in omnibus scientiis, ingenii facilitate absolutissimus evasit; Oratoriam, Poeticam, Astronomiam, Algebram, Musicam, ac Mathematicam, docere potuit. In utroque Jure a peritissimis etiam Viris consulebatur: Latinam et Italicam, Gallicam etiam, Hispanam, ac Hebraeam Linguam apprime callebat.

Novus tunc Siciliae Rex Victor Amaedeus, ad Academiae Taurinensis Praefecturam invitans, honorem, senectutis praetextu, vidit Eum repellentem. Inquisitionis Consultor, et Qualificator diu fuit. Theologiae Mysticae abdita, feliciter rimatus est, et divina patientes, ab Illusis et Illusoribus secrevit. Post Officia Prioris Panormitani, ac Definitoris Provincialis, totius Provinciae Praefecturam egit. Tandem, post senectutem bonam, ad Patres suos appositus est die 17 Decembris 1725.

Edidit, Italice, sub Nomine Fabii Cavalcanti:

1. *Discursum Philosophicum, et Astronomicum — in 12.°*

2. *Anfitheatrum gloriae Seraphicae S. M. N. Teresiae a Iesu — 1725. in 4.° — (suppresso Auctoris nomine).*

3. *De Auctoritate Visitatoris Gener. FF. Carmelitarum Excalc. Panormi 1707 Opus in folio.* V. P. Alexium Narbone in Bibliotheca Sicula Tom. 2, pag. 314.

Quae vero Typis digna reliquit, sunt:

1. *Commentaria in totam Divi Thomae Aquin. Summam.*

2. *Medicina Hippocratica, contraria Sophisticae, in 4.°*

3. *Historia Siciliae, in 4.°*

4. *Paradoxa Musicalia.*

5. *Tractatus Astronomiae, in folio.*

6. *Commentaria in quinque Libros Decretalium.*

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 23, et De-Wiliers, Tom. 1, pag. 128, N.° 180).

67. Angelus-Hieronymus a S. Teresia,

Mediolanensis, ex Illustri Familia Cozzi, Longobardiae Provinciae Alumnus, Concionator facundus, et in omni Litterarum genere versatissimus.

Praematura morte e vivis ablatus est die 15 Maji, anno *1685*, in Coenobio Placentino — Scripsit, Italico Sermone, et edidit Placentiae, eod. ann. 1685. (paucis mensibus ante ejus mortem) Librum, Titulo inscriptum

Il Pellegrino Ravveduto etc. in 12.°

Postea edit. fuit. — Mediolani, ann. 1693, et Parmae, ann. 1702.

(Ita, ex Necrologiis Provinc. Longobardiae, et Placentini Convent.)

68. Angelus-Joannes, a S. Antonio,

ex Familia Giaclinotti, natus Mediolani die 6 Decembris anno *1700*. Solemnem Professionem emisit in Patrio Coenobio, 15 Maij, ann. Dni 1718. Fuit Praelector, et celebris Concionator. — Nonagenario major, obiit in Conventu Laudae Pompejae (Ducat. Mediolanens.)

Italice, edidit Ferrariae:

Orazione Funebre, recitata nello Solenni Esequie del fu signor Ab. Emiliano Travaglini.

69. Angelus-Maria a S. Bernardino,

Placentinus, in Saeculo Petrus-Ioannes, Filius Dni Angeli Bernardini Ferragallo, et Dnae Angelae-Mariae Grilli.

Aetatis suae decimonono, in Mediolanensi Coenobio Solemnia vota dixit die 25 Junii, anno Domini 1678.

Pluries Prioris munere, ac Definitoris Provincialis summa laude functus. Hospes (erat Placentiae Conventualis) obiit Mutinae, acutissimis calculi doloribus correptus, Confessarius Extraordinarius Monialium Nostrarum, die 10 Julii, 1677.

Scripsit, italice:

Raccolta delle Virtù, e Grazie ricevute da S. D. M. dalla Venerabile M.re Anna dell' Ascensione Carmelitana Scalza, Confondatrice dei Monasteri del suo Ordine di Parma, e Modena, e nel 1673, Fondatrice di quello di Piacenza.— « MS. asservab. olim, Bononiae, in Archiv. Longobard. Provinc. ».

(Ita, ex Necrologio Mutinensis Convent.)

70. Angelus-Maria a Resurrectione,

Vocatus in Saeculo Balthassar Cavinignanus, Panormi natus, anno Dni 1599. — Cum ad decimumseptimum annum aetatis suae pervenisset, humanis Litteris eruditus, in Panormitano Novitiatu Religioni nomen dedit die 13 Aprilis, anni 1616, emensoque Probationis anno, communi omnium plausu, Solemnem Professionem emisit die 16 Aprilis, 1617. — Religiosus fuit Regularis Observantiae rigidissimus custos, integerrimis moribus, in Sacrarum Litterarum lectione assiduus, divinarum rerum contemplationi addictissimus, Mundique contemptor eximius; Conventus Panormitani, postea Motucensis Prior. Tandem meritis plenus, die 31 Decembris, anno 1672, Panormi diem extremum clausit.

Italice, edidit:

Christus Amator Animae. — Tom. 2, in 4.° Panormi 1664 et 1670. — Opus non minus eruditum, quam Spiritualibus proficuum Personis).

Ex hujus Autographo, quod servatur in Conventu Panormitano S. Mariae de Remediis, colligitur, Tomum secundum non fuisse integre *Typis editum, ob infirmitates*

forte, quas biennio ante mortem religiosa ac invicta fortitudine Auctor pertulit.
(Martial. a S. Io: Bapta pag. 23).

71. Anna ab Angelis,

Parisina, Filia Claudii Girault, in Suprema Curia Parisiensi Senatoris, et Carolae Leclerc. — Religionis habitum induit, anno 1622, aetatis autem decimo-quinto, cum novem mensibus. Virtutibus heroicis, orationis sublimitate, ac rebus praeclare gestis insignis. Obiit, Parisiis, die 26 Aprilis 1664, postquam edidisset Gallice:

Tractatum de Excellentia Orationis, et Psalmodiae, « ex verbis et exemplis Sanctorum collectum ». — Parisiis, ann, 1694, in 8,° apud N. Remy, cum Vita Ipsius ab erudito, clarissimoq. Dno Cordier Francisco, edita.

Hujus Annae ab Angelis meminit Jacobus Lelong, in Bibliotheca Historica Franciae, pag. 291, Num. 6316.
(V. Martial. a S. Io: Bapta, pag. 24).

72. Anna ab Ascensione,

Vocata, in Saeculo, Hippolyta, Cremonensis, Filia Ludovici de Marchionibus Chiozzi, et Marthae ex Comitibus Persichelli, orta die 11 Aprilis, anno Dni 1609.

In Patrio Monasterio Teresianam induit Vestem die 13 Maij, anni 1617, et anno sequenti die 14 ejusdem mensis, solemnia dixit vota.

Fuit Confundatrix Monasteriorum sui Ordinis Parmens. anno 1635, et Mutinens. anno 1652. Anno autem 1673 erexit Placentinum Monasterium, ubi obdormivit in Domino, cum fama Sanctitatis, die 28 Julii, ann. 1681. — In his Monasteriis fuit pluries Priorissa. — Scripsit, Italice:

1. *Documenti Spirituali per le Religiose.*
2. *Istruzioni per le Novizie Carmelitane Scalze.*

Reliquit quamplurima MSS. Ascetica, quae, olim, asservab. in Archivio Mutinens. Monasterii.

Vitam hujus Venerab. Matris fuse scripsit P. Fulgentius a S. Ioseph, Definitor Provincialis Longobardiae.
(Vid. suo loc.)

73. Anna a S. Augustino,

Natione Hispana, Vallisoleti, ann. 1547 Nobilibus orta Parentibus; Patrem habuit Ioannem Peruxa Revogliedo, Gaditanae Civitatis Gubernatorem, Matrem vero Magdalenam Perez de Argueglio. Aetatis suae anno 29 Religionis induta fuit habitu a S. M. N. Teresia a Jesu in Monasterio Malagonensi; transactoque Tirocinii anno, Solemnem Professionem ibidem emisit. Ad Fundationem postea Monasterii Villaenovae de la Xara assumpta, ibi Sacristae, ac Janitricis, atque Priorissae muneribus successive functa fuit. Tunc Valentiam ad novam Fundationem missa est, et inde ann. 1616; Superiorum jussu, Villamnovam rediens, donis semper coelestibus cumulata, ad finem vitae pervenit, et animam sanctam suam exhalavit, die XI Decembris ann. 1624.

Ex formali Superiorum Praecepto Vitam suam scripsit, usque ad ultimam infirmitatem. Relationes aliae de hac ultima infirmitate, de morte, de virtutibus, miraculis, et aliis successibus scriptae sunt a Monialibus oculatis testibus, aut ex juridicis informationibus desumptae. — Toleti, decenter servatur Vita ab ipsa scripta:

Vitam Ejus scripsit Alphonsus a S. Hieronymo, Hispane editam Matriti, anno 1668; ut supra diximus, Artic. proprio etc.

(Martial. a S. Io: Bapt: 24 et seqq. — De-Wiliers, Tom. I pag. 129, N.° 182. etc.)

74. Anna a S. Bartholomaeo,

Apud Hispanos Kalendis Octobris 1549, piis Parentibus Ferdinando Garcia, et Catharina Mancanas, nata est in Oppido Almendral non procul ab Abula Civitate Episcopali, in Regno Castellae Veteris. A teneris annis, relicto saeculo, S. M. N. Teresiam zelo ac pietate imitata, inter primas Monasterii Abulensis Moniales a Matre Maria a S. Hieronymo, quae (absente Teresia) illud regebat, suscipitur, non ut Choro, sed Rei Domesticae serviat: et Ipsa prima fuit Soror Laica. Recurrente anno 1569 Solemnia vota summa devotione dixit.

Comes S. M. Teresiae per quatuordecim annos individua, quae obedientiae merito ab Ea facultatem scribendi characteresque

calamo efformandi miraculose recepit; ita ut haud ulteriori adhibita diligentia, epistolas imposterum exaraverit, ut et alia quaecumque scribenda, quae sibi occurrerunt. Albam cum ipsa perveniens, felici Ejus morti adfuit, anno 1582 die 4 Octobris. Abulam postea Superiorum jussu reversa, et inde Occanam ad novam Fundationem missa, suam futuram in Gallias Transmigrationem, aliaque multa praedixit. Iter cum aliis aggressa, superatis constanti animo frequentibus itineris laboribus ac periculis, pervenit tandem Parisios, mensis Octobris Idibus, ann. 1603. Eam autem Superiores, quantumvis renitentem, ad statum Choristarum sublimarunt, novaeque Fundationis Pontisarae Priorissam elegerunt; et inde Parisiis primo Novitiarum Magistram, ac postea Priorissam instituerunt.

Finito Officii Triennio Parisiis, ad novam Fundationem Turonensem destinata est: ubi completo triennii Officio, audiens Nostros advenisse Parisios, illuc accessit, cum illis actura, Saecularibus et Externis libere ac sincere dicens Superioribus — *Velle Se ad Ordinis Obedientiam redire.* — Suum Nostris manifestavit desiderium in Belgium recedendi: Brevi receptae sunt Litterae Patentes, nullisque Saecularium Superiorum, aut Monialium suasionibus, nullis mortificationibus, aut humiliationibus retineri potuit, Teresiani Spiritus, quem optime noverat, Zelatrix eximia. Non completis itaque in Gallia totaliter septem annis, in Belgium venit, (ut Ipsi Dominus in Hispania ostenderat) a serenissimis, atque piissimis Principibus Alberto, et Isabella evocata. Montis Hannoniae per annum commorata, inde inchoavit, anno 1611, Antuerpiae novam Fundationem; ubi et vivens virtutum excellentia, mortua vero Miraculorum gloria claruit. Ibi autem obiit, die 7 Junii, SS. Trinitati Sacra, anno Salutis 1626. — Profess. Relig. 57.

Scripsit, suo vulgari Sermone,

1. *Vitam suam, (jubentibus Superioribus, et Confessariis).*
2. *Instructionem pro Novitiis.*
3. *Cantica Spiritualia.*
4. *Exercitia pro qualibet hebdomadae die.*
5. *De Passione D. N. J. C.* - *Lib. I.*
6. *De Christi Nativitate* — *Lib. I.*

Quae omnia, in Gallicum Idioma, per Cyprianum a Nativit. Carmelit. Discalc. Congregationis Italicae, prodierunt Parisiis, ap. Sebast. Hure, an. 1646, cum Tractatu Historico Thomae Aquinatis, de Ejus virtutibus. Testatur idem Thomas Aquinas, cap. 16, pag. 136 ex Relatione Clarae a Cruce, juramento firmata, Ipsam plura alia, valde utilia, et spiritualia exarasse Opuscula, ac ad unius Superioris jussum, tanta promptitudine combussisse, ut Superior, qui Ejus Obedientiam probare volebat, tempus ad revocandum imperium non habuerit. — Ejus vita et Scripta prodierunt in lingua Germanica Coloniae 1669.

Vitam Ven. Annae scripserunt utriusque Congregat. Carmelit. Discalc. Historici, Franciscus a S. Maria, et Petrus a S. Andrea etc. Chrysostomus Henriquez, Hispane quae edita est Bruxellis, anno 1632, in 4°, quam Gallico Sermone transtulit Dnus Renatus Gaultier, typis data Parisiis, ann. 1633 etc. etc,

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 26, N. 34. — De Wiliers, Tom. I, Pag. 130, N.° 183 etc.)

75. Anna a Jesu I.

Dicta in saeculo Anna Methymnae Campi in Castella Veteri, Nobilibus et piis Parentibus, die 25 Novembris, anno 1545, nata est. Pater ejus vocabatur Didacus de Lobera ortus Palentiae. Mater vero Francisca de Torres, oriunda ex Cantabria. Unicum habuit fratrem natu majorem, nomine Christophorum de Lobera, qui mortuus est in Societate Jesu. Ab ipsis incunabulis usque ad septimum aetatis annum, quo Sacramentum Confirmationis recepit, surda et muta permansit. Abulae die 1 Augusti, anno 1570 a S. M. Teresia inter suas Moniales admittitur. Sicque statim idonea vitae Religiosae visa est, ut vix tertium Novitiatus mensem compleverat, cum Salmanticam ad novam fundationem cum aliis quinque missa, quam S. M. Teresia tanta prudentia ac Sanctitate praeditam judicavit, ut novi Monasterii injunxerit Praepositae, nihil, sine ejusdem Annae consensu, gerere.

Anno 1571 die 21 Octobris Solemnem Professionem ibi emisit, postquam spatio quinque mensium, mortificatione multiplici, ac coelestibus instructionibus proficere non destitit.

Novae Fundationis Veas praeficitur, et completo Officii sui tempore Priorissae, a S. M. Teresia Granatam ad novum Monasterium erectum mittitur. Electa deinde Veacensis Monasterii iterum Priorissa, ad novam Fundationem Malacensem destinatur; sed cum S. P. Joanne a Cruce profecta ad Fundationem Monasterii Matritensis perrexit, 1588. A Summo Pontifice Breve quoddam obtinuit, quo unicum habere e Carmelitis Discalceatis Commissarium S. Joannem a Cruce, Monialibus Teresianis permittebatur. Displicuit istud Breve Nicolao a Jesu Maria, Vicario Generali, aliisque Superioribus, qui nova statuta, post mortem S. M. Teresiae, condiderant, eoque res devenit, ut pluribus habitis Consultationibus, Earum gubernationi protinus renuntiare decreverint. Terruit, et ultra modum afflixit Annam, ejusque Socias tale Decretum; quae tandem obtinuere, instante Philippo II Rege Catholico, ut Superiores Decreto Vicarii Generalis cederent: sed ad illorum satisfactionem, et aliarum Monialium exemplum, aliquae Officiis destitutae fuerunt, et Anna etiam per aliquod tempus sacra Communione fuit privata.

Matrito remota, Salmanticam missa est, ubi anno 1596 electa est Priorissa, miris multis clara, et ab Academiae Magistris, velut ipsa Magistra, fuit consulta et audita.

Superata Superiorum resistentia, Anna a Jesu, cum Anna a S. Bartholomaeo, et aliis quatuor Monialibus, die 20 Augusti, anno 1603, de Salmanticensi Monasterio discedit versus Galliam proficiscens, et a Praeposito Generali nominata Priorissa Monasterii Parisiensis, ad quem pervenit die 15 Octobris ejusdem anni 1603. Novas Fundationes erexit Divione, ac Pontisarae: et pro aliis construendis a Serenissima Belgii Gubernatrice Isabella invitata, ac sollicitata, illuc pervenit ineunte anno 1607. maxima venerationis significatione Bruxellis excepta, illic Monasterium aedificavit; aliud deinde Lovanii, cui Elisabetham a S. Paulo praefecit; deinde Montibus-Hanoniae, cui Priorissam dedit Eleonoram a S. Bernardo.

Patres Nostros Hispanos in Belgium adducere tentavit sed ab his passa repulsam, scripsit ad Patres Congregationis Italicae, imo et ad Paulum V. Summum Pontificem, qui votis Ejus acquiescens, nonnullos tum in Belgium, tum in Galliam,

cum Litteris commendatitiis ad Regem misit, ann. 1610. Adventantes sex Patres Bruxellas, quorum primus erat Thomas a Jesu, insigni charitate suscepit. Aliud Monasterium Antuerpiae erexit, anno 1612. Cumque lethali morbo correpta fuisset, Sororum suarum precibus convalescens, sexagenario major, ad asperas rediit poenitentias pluraque nova Miracula patravit.

Septem annorum spatio, ante mortem, variis Infirmitatibus, ac doloribus cruciata, Paralysi, Podagra, Hydropisi, dolore Pectoris, ardore intolerabili; ac duobus ante mortem, annis duabus plagis in genibus, ac utraque manu, et paulo ante mortem, in ore, et gutture, receptis mira pietate Sacramentis, potens opere et sermone, clara Miraculis, Prophetiae dono, ac Rebus gestis, obdormivit in Domino die quarta Martii, anno Redemptionis nostrae 1621, aetatis suae 75, cum tribus mensibus, Religione in Hispania, Gallia, ac Belgio propagata.

(S. M. Teresia a Iesu ad nostram Annam direxit Epistolam 65, et de Illa saepe loquitur in suar. Fundat. Historia).

Scripsit, Hispanico Idiomate, jubente Hieronymo Gratiano a Matre Dei :

1. *Historiam Fundationis Granatensis Monasterii, Monial. Carm. Discalc.*

2. *Compendiosum Relationem — De vita, virtutibus, et miraculis S. M. N. Teresiae* — (quam varii Auctores citant.)

3. *Epistolas varias, pietate ac divina prudentia refertas*, (quarum nonnullae sunt editae Hispanico Sermone).

Multum insudavit haec pia Virgo variis editionibus Operum S. M. N. Teresiae, versionibusque praelo cudendis. Ea in Linguam Belgicam verti curavit, et Typis edi.

Incitavit insuper R. P. Basilium Legionensem, ut Versioni Latinae Operum S. M. Teresiae incumberet; quod virum illum celebrem fecisse saltem ex parte, colligitur ex una ejusd. Annae Epistola, ann. 1608.

Ipsi etiam debetur S. M. N. Teresiae vita cum Imaginibus aere incisis, Ejusdem gesta, Miracula, nec non Revelationes repraesentantibus; de quibus ipsamet in eadem Epistola 1608. — Brevi, inquit, transmittam illam cum Imaginibus Revelationum, et Miraculorum, ex quibus

Librum confecimus — Quod sane idem videtur cum Compendiosa relatione, de qua locuti fuimus N.° 2.

Vitam Annae a Jesu Angelus Manriquez, Vicarius Generalis Ordinis Cisterciensis in Hispania, sub hoc Titulo Hispano :

La Venerab. Mad. Ana de Jesus, discipula, y Companera de la S. Madre Teresa de Jesus, fundadora en las Provincias de Francia, y Flandres. Ad Elisabetham Hispaniae Infantem Belgarum Gubernatricem. — Bruxellis, anno 1632, in 4.°

Ita Nicolaus Antonius, Tom. I, Biblioth. Hispanae pag. 72.

Vitam hanc Gallico Idiomate donatam Renatus Gautier edidit Parisiis, in 8° ann. 1636, apud Taupinart; sicut animadvertit Jacobus Lelong, in Bibliotheca Historica Franciae, pag. 291, num. 6303. — Cum novis additionibus prodiit eadem, Gallico Sermone, Bruxellis. ann. 1639, in 8° etc.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 30 et seqq. — De-Wiliers, Tom. I, pag. 132, N. 185 etc.

76. Anna a Jesu II.

Cognomento de Herrera Menesez, Hispana, Professa, anno 1568, die 15 Augusti, Priorissa Monasterii Veacensis: Virgo jejuniis, vigiliis, mortificatione, poenitentia, oratione, ac cunctis misericordiae et charitatis operibus praeclara — Scripsit:

Relationem de Virtutibus S. P. Joannis a Cruce — « qua usus est P. Hieronymus a S. Joseph, id referente « Ludov. Jacob, in Biblioth. Carmelit. MS. pag. 25, et in « Biblioth. Personata MS. pag. 27. Qui et animadvertit « quod plures Sanctimoniales ejusdem Instituti et Nominis, « cum Virtutis opinione magna floruerunt, nempe »:

Anna a Jesu, Divionensis, Congregationis Italicae Alumna: Virgo charitate patientia, humilitate, et oratione celebris. — Obiit Divione circa ann. 1609, aetat. 20, Religionis 4, cujus Corpus asservatur incorruptum.

Anna a Jesu, Ximenez nuncupata, Hispana, Mariae ab Incarnatione de Bracamonte Mater et Monialis Teresiana, Matrona magnae pietatis, parisque fervoris fama insignis. Obiit Albae circa ann. 1604.

Anna a Jesu, Parisiensis, miraculose sanata, intercessione Ven. M. Magdalenae a S. Joseph, ut testatur Jo: Bapt. Senault, Congregat. Orationae Praeposit. Generalis, in vita ejusdem Magdalenae a S. Joseph. etc.

77. Anna a SS. Sacramento,

Natione Burgunda, Divionensis patria, honestis nata Parentibus, ab ineunte aetate, Teresianam Vestem induit in Monasterio Divionensi: in quo tam uberes fructus collegit, ut omnibus praeluxerit pietatis exemplo; et ut eligentibus Monialibus tum Divionensibus, cum Cabilonensibus semel et iterum praefuerit auctoritate, et Officio. Obdormivit in Domino, Divione, anno 1638 die 14 Jul. -- Edidit, Gallice:

1. *Exercice intérieur de l'Ame dévote et réligieuse pour tous les jours de l'Année, divisé en quatre parties. — A Dijon, chez Claude Guyot, 1628 in 8.°*

2. *La Vie de Soeur Térèse de S. Joseph, de Tournus, Novice Carmélite au Convent de Châlons sur Sâone, morte l'an. 1621, le 7 May.*

3. *La Vie de Soeur Génèvière de S. Denis, Carmélite de Châlons.*

Haec habet Ludovicus Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 26, ubi animadvertit quod alia Anna a SS. Sacramento, Monialis Teresiana Conventus Ambianensis, Fundatrix fuit Monasterii Cabilonensis, genere et pietate clara, anno 1669.

78. Anna-Maria a S. Teresia,

Januensis, Illustrissimorum Parentum Joannis-Augustini Centurioni, et Corneliae Centurioni Pallavicinae Filia, nata anno Christi 1585, die 25 Martii.

In Patrio Jesu Mariae Monasterio solemnem emisit Professionem die 4 Octabr. 1601. Summa cum laude rexit Monasteria Januae, et Savonae. In hoc, migravit in Coelum, die 29 Martii, anno salutis 1654.

Virgo Sanctitate, Apparitionibus et Signis praeclara, atque omnibus numeris Christianae, et Angelicae Perfectionis

vere illustris. — Scripsit Opusculum eximium, sub hoc Titulo: *Clavis Coeli* — *in 12.°*

(Ita Ludov. Iacob, in sua Biblioth. MS., pag. 26).

79. Anonyma Hispana,

Monialis Teresiana, circa ann. 1610, edidit, Hispanico Idiomate: *Cantilenam in S. M. N. Teresiae a Jesu Beatificationem* — (idem Ludov. Jacob, in sua Biblioth. pag. 26).

80. Anonyma Lusitana,

In Ulysiponensi S. Alberti Monasterio Professa, scripsit Lusitano Idiomate:

Relationem Compendiosam de Vita et Virtutibus Venerab. Archangelae a S. Michaele, Hispanae, ejusdem Monasterii Monialis, quae obiit anno 1630.

Ejus meminit Georgius Cardosus in Hagiologio Lusitano: in Notis ad diem 25 Januarii, § 11, pag. 254, Columm. 2.

81. Anonymus Carmelita Discalceatus,

De Quo Petrus a S. Andrea (Historiae suae Generalis, Tom. 2, lib ,2 Cap. 3; pag. 254; et 255), quem hic praetermittere nolumus, ut noverimus omnes non altum sapere, sed timere. Erat is e praecipua quadam Italiae ortus Prosapia. Anno 1604 sub Prioratu V. P. Petri a Matre Dei, et Magisterio V. P. Joannis a Jesu Maria habitu Religionis indutus, anno sequenti Professionem emisit. Perspicacis adeo ingenii, ut brevi Philosophus subtilissimus, Theologus profundissimus, ac Verbi Dei Concionator praestantissimus evaserit. At a Nobis, ad laxioris observantiae institutum convolans, in antevigilia Festi S. M. N. Teresiae sanus, et incolumis, postero diluculo in lecto mortuus repertus est. — Edidit:

1. *In Aristotelis Logicam Quaestionum; T. I. in 4.°*

2. *In Philosophiam Naturalem ejusdem, T. II, etiam in 4.°*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 36).

82. Anselmus a S. Maria, I.,

Anglus, Missionis Anglicanae vicarius. Edidit, Anglicano Sermone, Brevem Relationem de Sacro Scapulari, cui Titulus est:

Hortus Confraternitatis B. V. Mariae de Monte Carmelo. — Delphis, anno 1652, in 12.°
(Ita refert. Ludovicus Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 28).

83. Anselmus a S. Maria II,

Imolensis, in saeculo Nicolaus. Patrem habuit Hieronymum ex Comitibus Poggiolini, Matrem vero Lauram Bontempi.

Circa ann. 1629 Solemnem emisit Professionem Romae in Conventu S. Mariae de Scala. Emenso, Bononiae, Studiorum Cursu, electus fuit Supprior Placentiae, deinde Vicarius Mutinae, postea Prior, et Definitor Provincialis.

Obiit Vir Dei, aeterna memoria dignus, actualis Mutinensis Prior, anno post Christum natum 1654, die 6 Februar. aetat. 55 — (Ejus Corpus est adhuc incorruptum). Scripsit:

1. *Historiam Fundationis Mutinensis Coenobii, sub Titulo S. Silvestri Pp., et Ejusdem Translat. ad S. Mariam de Paradiso, ann. 1647 (antea Dom. Cleric. Regular. Theatin).*

2. *Historiam Fundat. in ead. Civit., Monasterii, Monial. Carmelit. Discalceat. — sub Titulo SS. Josephi, et Teresiae, ann. 1552.*

(Convent. suppress. fuit a Napoleone, 12 Maij 1810, — Monaster. suppress. 19 Jun. 1798 a Repub. Cisalpina).
(Ita ex Memor. Coenob. Mutin.)

84. Antonius ab Annuntiatione,

Hispanus, in Oppido de Escalona, Regni Castellae, natus, Pastranae professus, quem R. P. Marcellinus Fernandez de Quivos, virum probum, Religiosum, verum Carmeli filium nominat; Theologiae Professor, semel et iterum Definitor Generalis, in utraque Theologia Scholastica et Mystica versatissimus. De ista Librum scripsit, in quo ita luculenter loquitur, ut quilibet Spiritualis Magister brevi, ac securo regimine, inoffensoque pede decurrere possit. Excusa sunt, Latine:

1. *Disceptatio Mystica, scholastico stilo. — Tom. I. Compluti. ann. 1683.*

2. *Quodlibeta Theologica, Mystica, et Moralia. — Tom, I. in 4.° Matriti, ann. 1712.*

(Opus magnae Eruditionis, et Doctrinae).

Hispanice vero:

1. *Manuale Spirituale. — Matriti, ann. 1705 (Ibidemque auctum, et recusum).*

2. *Tractatus de Sancta Paupertate. — MS.*

3. *Diversi alii Tractatus Spirituales — MS.*

4. *Vita F. Laurentii a S. Teresia MS. (quae MSS. asserv. in Convent. Nro. Guadalaxarae). Obiit Auctor, anno 1714.*

(Ita Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 36).

85. Antonius ab Ascensione, I.

Hispanus. In eo Idiomate scripsit relationem, anni 1602 Sebastiani Viscaino, quam servari MS. in Bibliotheca viri Clarissimi D. Laurentii de Prado, testatur Nicolaus Antonius, Tom. S. Biblioth. Hispan. pag. 76).—(Ita Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 37)

86. Antonius ab Ascensione, II.

Hispalensis. Ab infantia, in Collegio Nautarum Hispalensi, Mathematicis Observationibus optime instructus, Sapientissimus Magister evasit. Apud Occiduos Indos profectus, multis longae Peregrinationis laboribus appetitus, in nostro Mexicano Coenobio, inter Nostros adscitus et Professus est, anno 1602. — In detectione Regni Californiarum, plurima adversa, Martyrii cupidus, perpessus; postremo in Angelopolitano, aetatis suae 63, meritis plenus obdormivit in Domino. — Scripsit:

Variae Eruditionis volumina duodecim, inter quae eminent quae de Cosmographia agunt. — (In praefato Conventu Angelopolitano servantur).

(Ita Martial. a S. Jo: Bapta pag. 37).

87. Antonius M.a ab Ascensione, III.

Mediolanensis, Electus XVI. Longobardiae Provincialis in Capitulo Bononiae celebrato die 11 Maij anno 1658, postea in Capitulo Generali Romae habito die 8 Maij ann. 1677 constitutus Primus Provincialis Provinciae Venetae. Fuit etiam Visitator Generalis, et Definitor Generalis. — Obiit ann.... Vir eximiae Sanctitatis, et Doctrinae. Scripsit:

Epistol. Pastoral. ad Religiosos tam Provinc. Longobard., quam Venetae,

(Ita ex Catalog. Longobard. Provincial.)

88. Antonius a Conceptione B. V.

Granatensis patria, Pastranae Professus: Cathedra, et Praesulatu, multa talenta superlucratus est, quibus superaddidit,

Concionem habitam in Capitulo Ecclesiae Toletanae.

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 37).

89. Antonius a Cruce,

Bardinanae natus, Prior Coenob. de Bolarque, magnum Patientiae Speculum,

Scripsit, circa ann. 1595:

1. *Relationem Fundationis Convent. Barcinonensis.*
2. *Testamentum Christi Tom. I. in fol. Hispane.*
3. *De Sancta Contemplatione. Tom. I.*

(Martial. pag. 37).

90. Antonius a S. Dorothaea,

Baeticus. In coarcervandis Sanctorum dictis indefessus. — Scripsit:

Expositionem ex variis Auctorum Sententiis coagmentatam, adunatis in unam Connexionem non solum sensibus, sed ipsis quoque Scriptorum vocibus. — (asservatur MS. in Biblioth. Coenob, Malacitani).

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 37).

91. Antonius ab Expectatione,

Lusitaniae Provinciae, natus in Oppido de Mantegas, Ulyssiponae Professus, et in Conimbricensi Collegio S. Theologiae Moderator. — Obiit Adollaldi, ann. 1725.

Scripsit patrio Sermone:

1. *Orationes Panegyricas S. Teresiae (unanimi Omnium consensu laudatas). Conimbricae, ann. 1710 et 1716. — Tom. 2°, in fol.*
2. *Solitudo de Bassaco, et Meditationes pro Hebdomada Sancta. Tom. I, in 4.° — Ulyssiponae, ann. 1719.*

Alia duo ejusdem Auctoris Monumenta asservantur in Conventu nostro de Adollaldo, in Lusitania, videlicet

1. *Sermones de S. Joseph.*
2. *Divina Chronologia, et Sacra Historia.*

(Martial. a S. Jo: Bapta pag. 37 et 38).

92. Antonius a Jesu, I. *(seu ab Heredia)*

Natione Hispanus, ex Regno Castellae, patria Requenensis, anno Domini 1510 natus. Ejus Mater erat de Familia Ferreri, Consanguinea Taumaturgi S. Vincentii Ferreri, Ordinis Praedicatorum. (Vid. P. Frideric. a S. Antonio Carmelit. Discalc. Provinc. Longobard. in Vit. S. Teresiae, Lib. 2, Cap. 10, pag. 149, Edit. Venet. 1768, per Guliel. Zerletti.) In patrio Coenobio inter Carmelitas decennis Puer ascitus, quadraginta annis et Subditus et Superior variis occupatus Officiis, laudabiliter vixit in Antiquiori Regulari Observantia.

S. M. Teresiam a Jesu, anno 1567, mense Augusto adjuvit in Fundatione Monasterii Metymnensis Monialium Nostrarum, quem Prior ipse rexit. Deinde ejusdem Virginis hortatione Regulam Primitivam in pagulo Durvelo Professionem, genibus flexis coram SS. Sacramento solemnem emisit die 28 Novembris, anno Domini 1568, cum S. P. Joanne a Cruce, cui additus est Frater Joseph a Christo, quos non multo post conveniens Alphonsus Gonzales Provincialis, Antonium creavit Priorem, Joannem a Cruce Subpriorem, et Josephum a Christo pusillae Familiae Officiis praefecit.

Angelicam ibi vitam ducebat Antonius, cum a S. M. Teresia missis Epistolis, vocatur Pastranam, ut ibi novam Fundationem oblatam velut primus et unicus Renovati Carmeli Superior acceptaret. Illuc accedens, reperit indutos Reformationis habitu Ambrosium-Marianum a S. Benedicto (vid. N.° 37), Joannem a Miseria, atque Balthassarem Nieto. (vid. suo artic.). Ipsam Fundationem complevit die 13 Junii, ann. 1569. Conventui praefecit Superiorem P. Balthassarem Nieto, (qui assumpserat *cognomen* a *Jesu*), sed antea sua virtute et Doctrina fuerat in Antiquo Carmelo Venerabilis. His ita dispositis, rediit *Durvelum* Antonius a Jesu, qui anno 1570, die 10 Junii, Manzeram transtulit Conventus Durvelani Fundationem, postulante Nobilissimo Dno Ludovico de Toledo, qui illic construxerat Ecclesiam, in qua reposuerat Imaginem B. V. Mariae, ex Flandria asportatam.

Electus postea fuit Antonius a Jesu a Commissariis Apostolicis, ad instantiam Philippi II Regis Catholici, Prior Conventus Toletani Carmelitarum Calceatorum, ad Reformationem illuc introducendam, anno 1573. Deinde, ann. 1575. Conventum in Almadovar fundavit, die 7 Martii, anno 1585. Antonius erat Prior Hispalensis, et sub hoc Titulo astitit Capitulo Provinciali Ulyssipone, in quo eligitur Primus Definitor; sed obtestans suas infirmitates, huic officio renuntiavit. — Anno 1587, die 18 Aprilis, in Capitulo Provinciali Vallisoletano eligitur Secundus Definitor, et Vicarius Provincialis Lusitaniae. — Anno 1588 Titulo Definitoris provincialis Primo Generali Capitulo, die 19 Junii, interest in quo eligitur Tertius Definitor pro expeditione Capituli, et post Electionem Vicarii Generalis, creatur Secundus Consultor, sive Definitor Generalis, ex Sex tunc Electis, juxta Numerum Provinciarum. Anno Dni 1590. Titulo Definitoris Tertii, et Secundi Consultoris adfuit Capitulo Generali Matriti congregato, et fuit confirmatus in iisdem Officiis. — Anno 1591 interfuit Tertio Generali Capitulo Matritensi, in quo eligitur Provincialis Provinciae S. Angeli Custodis in Superiori Baetica: qua occasione praetiosae adstitit morti S. P. N. Joannis a Cruce, die 14 Decembris.

Anno 1593, non potuit ad Capitulum Totius Ordinis Carmelitani Generale, Cremonae celebrandum interesse, prae senectute, et infirmitatibus. In quo quidem Capitulo Congregatio Nostra Hispanica, consentiente recens Electo Rmo Joanne Stephano Chizzola, Priore Generali, separata est ab Antiquo Ordine.

Obiit piissimus Antonius a Jesu, in Coenobio Velemalacitano X. Kalend. Maij, anno salutis 1601, nonagenario major. — Scripsit:

Epistolas plurimas, quae MSS. sparsim asservantur in Hispania, apud NN. PP. « Antonium de Heredia a Jesu « celebrant S. M. N. Teresia a Jesu Lib. Fundationum Cap. 3, « 12 et 13. — Franciscus a S. Maria Tom. I. Histor. Car- « melit. Discalc. Lib. 3, cap. 14, N. 5. — Daniel a Virgine, « in vinea Carmeli pag. 590, num. 1056, etc. etc. » — (vid. De Wiliers, Tom. I. suae Biblioth. Carmelit. pag. 173, N.° 229).

93. Antonius a Jesu, II.

Hispanus, patria Valentinus, Provinciae Aragoniae S. Josephi Alumnus. Circa annum 1600. Scripsit:

Relationem de Carmelitarum Discalceatorum Conventus Valentini (S. Philippi) Poenitentia, et Austeritate.

Qua quidem Relatione usus est Franciscus a S. Maria, Lib. 8 Historiae Reformationis S. M. Teresiae a Jesu, Cap. 28, num. 4.

94. Antonius a Jesu, III.

Novitius Segobiensis, Pampilonensis incola, 1587. Prior in diversis locis, Definitor Generalis, et Provincialis Provinciae Castellae Veteris. Vir Sanctitate et Doctrina admirabilis. (de quo idem Franciscus a S. Maria, Lib. 7 cap. 35, et 36) (ita De Wiliers, Tom. I, pag. 172, N.° 230).

95. Antonius a Jesu, IV.

Natione Belga. Praeter quaedam Opuscula Flandrico idiomate scripta, in illud idem idioma transtulit:

1. *Tractatus aliquot Spirituales S. P. N. Joannis a Cruce. — Antuerpiae, ann. 1637, in 12.°*

2. *Instructionem Novitiorum, (quam composuit Joannes a Jesu Maria, Praepositus Generalis Italicae Congregationis). — Ibidem, scilicet Antuerpiae, ann. 1649, in 12.°*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 38).

96. Antonius a Jesu, V.

Lusitanus, Theologus, et Concionator illustris, qui obiit Malacae, in Conventu S. Andreae, anno Domini 1648 die 27 Martii. — Scripsit:

Epistolas Spirituales, et Opera quaedam Mystica. —

(Ita Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 29).

97. Antonius a Jesu Maria, I.

Hispanus. Circa annum 1644. Hispanice scripsit:

Legatio Dei ad Animam, et Animae ad Deum. — Tom. V. in 12.° (MSS. asservantur in Coenobio Nostro Guadalaxarano).

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 38).

98. Antonius a Jesu Maria, II.

Baeticos. Institutum Nostrum, Cordubae, amplexus est. Vir ingenii viribus valens, ac Disciplinarum opibus ditissimus. Cum esset Collegii Nostri Hispalensis Rector, e vita cessit omnium planctu et maximo moerore.

Reliquit — *Tomos tres in folio multiplici Eruditione, Consultis ac Dogmatibus constantes* — *(in eod. Collegio servantur MSS).*

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 38.)

99. Antonius a Jesu Maria, III.

Provinciae Castellae Novae, scripsit:

Vitam S. Angeli Mart. Carmelitae — (servatur MS. in Nostro Complutensi Collegio).

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 38).

100. Antonius a Jesu Maria, IV.

Matritensis, sed Coenobii Mexicani Professus, et Alumnus. Vir sagacissimi ingenii, qui primus omnium. Molinosii Opera veneno et haeresibus infecta proclamavit. Mira eruditione scripsit:

1. *Contra Quietistarum errores: (sed aliorum diligentiorum contra eosdem, opera prius prodiere).*
2. *In Boetium, duos Libros: (qui MSS. manserunt).*
3. *Vitam Emi Cardinal. Balthassaris Moscoso, et Sandoval. Tom. I. in fol. — Matriti, ann. 1680.*
4. *De Persecutionibus, quas in Anglia patiuntur Catholici. (Hispanica Lingua).*

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 38).

101. Antonius a Jesu Maria, V.

Prior Hispalensis B. Mariae de Remedio, 1652, Prior Eccigensis, an. 1665 constitutus.

Scripsit ad R. P. Thomam Hurtadum Toletanum, Clericum Regularem Minorum, Theologum celeberrimum:

Epistolam Latinam, quae praefigitur Resolutionibus Ortodoxo-Moralibus De Martyrio. — Coloniae Agrippinae, anno 1665, editis, in folio.

« *Quasque scripsit dictus Thomas Hurtadus; teste Lu-* « *dov. Iacob. in sua Bibliotheca Carmelitana MS. pag. 30* ».

102. Antonius ab Incarnatione,

Hispanus. — Scripsit:

Annotationes pro Sermonibus, qui dicuntur in Capitulis Nostris Conventualibus, Tom. I., in 4.° — (MS. asservatur in Conventu Antiquarensi).

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 38).

103. Antonius a S. Jo: Baptista

Hispanus, in Tractu Burgensi natus. Vallisoleti nostrum Institutum amplexus est. Vir fuit a Pueritia omnibus optimis artibus instructus, et per omnem vitam in assidua Doctorum lectione versatus.

Obiit Salmanticae, ann. 1699, maximo Scholae Thomisticae damno; postquam scripsisset: *Tomum Duodecimum Cursus Salmanticensis, qui postumus editus. — Lugduni, anno 1704, in folio.*

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 39).

104. Antonius a S. Joseph,

Hispanus, in Romana Curia, anno 1785, pro sua Hispanica Congregatione Procurator Generalis. — Edidit:

Compendium Salmanticense — Tom. 6, in 8° gr. — Bassani (in Statu Veneto), anno 1789, apud Remondini. — Item prodiit *Pampelonae 1791. — Item Barcinone 1817 in 3 volum., in 4.°*

105. Antonius a S. Maria, I.

Hispanus, qui ex Hieronymiano, quod prius fuerat, Monacho, pluribus domi Teresianae muneribus, plurima de Verbo Dei ad Concionem dicendi laude clarus, tam ardenti, propagandae Religionis flagrabat amore, ut in Guineam ad Animas Deo lucrandas profectus sit: sed proh dolor! Cum transfretaret, mersus obiit in mare, anno 1582. — Scripsit:

Sacrarum Concionum in Festis Beatae Virginis Mariae, et in diebus Dominicis — insigne Volumen. MS.

(Ita Ludovicus Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 30).

106. Antonius a S. Maria, II.

Quem alii Valeriae, alii Concae seu Conciae, Castellana Civitate ortum dicunt. Vocabatur Miles, eo quod per aliquot annos Miles, ac Bellator fuisset strenuissimus; sed pro galea humilitatem, pro lorica cinerem, pro thorace cilicium, vere humilis in cinere et cilicio, variata militia, optimam partem elegit, quae non est ab Eo ablata. Pastranae Professus, sic Orationi vacavit, ut quod legendo didicerat, scriptis eructaverit.

Post Ejus mortem in Oppido Guadalaxara reperta sunt, conscripta ab Eo volumina vigintisex, quorum solum pubblica luce fruuntur, idiomate hispano:

1. *Patrocinium Beatissimae Virginis Mariae in Hispania. — Matriti, anno 1608, — et 1666.*

2. *Hispania triumphans, ac Ecclesia Laureata per totum Globum mundi.*

3. *Vita Sancti Juliani, Episcopi Conchae.*

4. *Vita Henriquez. Pimentel, ejusd. Civitat. Episcopi.* « *Servantur, Guadalaxarae, sequentia Opera MSS.* ».

1. *Transumptum S. Angeli Martyris. Tom. 2, in 4.°*

2. *Directorium Religiosorum cum Principibus agentium, juxta praeclarissimam S. M. N. Teresiae a Jesu, et SS. Patrum sententiam. Tom. I. in 4.°*

3. *Miseriae humanae, et Misericordiae Divinae. — Tom. I,, in 4.°*

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 39).

107. Antonius a Matre Dei, I.

Gallus Avenoniensis, dictus in saeculo Claudius Bertet. Avenione Professionem emisit die 10 Maji, ann. 1615, annos natus 24 — Prudentia ac pietate clarus, Prioris Aquisextiis, Definitoris ac Provincialis muneribus laudabiliter functus.

Piissime obiit, die 14 Junii, anno Dni 1662. — Edidit Gallice,

1. *Thesaurum inaestimabilem Meritorum S. Joseph.*

2. *De Oratione Mentali.*

3. *Modus omnia opera exercendi in honorem Jesu, Mariae, et Joseph. — Avenione, an. 1646.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 39).

108. Antonius a Matre Dei, II.

Tum Ortu, tum Religiosa Professione Vallisoletanus, Professor Theologiae Collegii nostri Salmanticensis, inde illius Rector, ac Indiarum Occidentalium visitator generalis, praeclara, ac eximia reliquit Eruditionis suae monumenta, quorum inscriptiones sunt:

1. *Praeludia Isagogica ad Sacrorum Librorum intelligentiam, (a Doctis laudata). Lugduni, et Moguntiae, 1670, in folio.*

2. *Apis Libani, seu Commentaria in Proverbia Salomonis Tom. 3 in folio. — Lugduni 1685, et iterum, ann. 1700.*

3. *Tractatus de usu Eruditionis prophanae pro Concionibus.*

4. *Praeludia Synagogica, omnimoda Eruditione referta. — « Alia Ipsius praeclara Monumenta, in Scriniis Collegii nostri servata ».*

1. *Consulta varia, et Quaestiones Morales, in 4.°*
2. *Alia Consulta, in 4.°*
3. *Conciones, et Declamationes, in 4.°*
4. *Alia item, in 4.°*
5. *Sermones, Exempla, et Funeralia, cum Tractatu: De Artibus Mechanicis, in 4.°*
6. *Alii 29 Sermones varii, in 4.°*
7. *Disputationes quinque De Charitate.*

« Obiit Auctor Abulae, ann. 1679, Omnium moerore ». (Martial. a S. Io: Bapt. pag. 39).

109. Antonius a Matre Dei, III.

Hispanus Legionensis, dictus in saeculo Antonius de Olivera ex Nobili istius Nominis prosapia. Professionem emisit in Conventu Vallissoletano, die 19 Januar; ann. 1603 aetatis suae anno 16. Testatur Franciscus a S. Maria (Histor. suae General. T. 2, lib. 5, cap. 17, n. 5, versionis Gallicae), quod quando ad assumendum Religionis habitum, ab Eo et aliis examinatus fuit, prudentissimis Responsionibus, magnam illius omnes ad omnium Scientiarum genera dispositionem persensisse, ut et optimam ac

felicissimam indolem, in omnium virtutum exercitiis, humilitatis praecipue, aliis praeluxisse. Dum Theologiam in nostro Collegio Salmanticensi docuit, Ejus Scripta dictata, omnibus aliis Eruditiorum illius Academiae fuisse praelata, ac magno praetio a Magistris etiam fuisse coempta; in publicis Disputationum Actibus, cum omnium stupore, ut Doctrinae Prodigium habitum. Auctor fuit Cursus Philosophici, dicti Complutensium, si Logicam excipiamus, quae partus est Michaelis a SS. Trinitate. Edidit quoque Cursus Salmanticensis Theologiae Tom. 3, in fol.:

1. *De Deo uno.*
2. *De Mysterio SS. Trinitatis.*
3. *De Angelis.*

Salmanticae obiit plenus meritis, aetatis 54, tam pietate, quam Doctrina praeclarus, relinquens aliquos Tractatus Theologicos subsequentes, completos quidem, sed incomptos. Item *Archetypon Cursus Complutensis. — (Editione dignissimus), in 8 Libros Phys. — De Ortu et interitu; — De Anima. (Servatur in Abulensi Coenobio).*

« *Praeclari viri illius Elogium lege apud Caramuel, in suo Dominico, lib. 7, cap. 6, n. 1126* »,

(Martial. a S. Io: Bapt: pag. 40).

110. Antonius a Matre Dei, IV.

Catalanus, ingenio subtilis, et Eruditione singularis, ut Ejus scripta indicant. *Extat. unum, in 4° in Vicensi Coenobio De Divina unione tractans, quod, Hispane inscripsit — Divino Norte.* — hoc est *Polus Divinus. Aliud — de Humilitate. (Cedro dignum).*

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 41).

111. Antonius a S. Mathia,

Hispanus, in nostra Catalauniae Provincia, quam utilissimis Tractatibus locupletavit, Doctrina et Sanctitate floruit; continua divinarum Litterarum exercitatione eruditus, scripsit vernaculo, sed nitido, et aperto Sermone:

1. *Tractat. — De perpetua Mortificatione in 8.°*

2. *Tractat. — De Sancta exinanitione, et plenitudine, — in 8.°*

Opera hujus eruditi Patris in unum Volumen, in 4°, redegit, ac ex Celtibero Idiomate, in Hispanum transtulit Sapientissimus Joseph a Jesu M.a ejusdem Provinciae Alumnus, qui obiit Conchae, anno Dni 1628.

Haec autem Opera MSS. asservantur in Archivio nostro Barchinonensi .

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 41).

112. Antonius a S. Nicolao,

Provinciae Neapolitanae Alumnus, verus Israelita, in quo nec dolus, nec fraus, die ac nocte in Cella sua, e qua raro exibat, in lege Dni meditans. Obiit Neapoli, ann. 1719 — Scripsit:

1. *Carmina ad Sanctos Eliani Ordinis, qui ante Teresianam Reformationem vixere. — (Accessit ejusdem — — Manipulus varius Florum Poeticorum). Neapoli 1694, in 4.°*

2. *Ejusdem alia Carmina ad Indigetes Eliani Ordinis, qui post Reformationem vixere. — Ibidem 1701 in 4.°*

3. *Carmina ad illustriores Empyrei Proceres. — Ibidem, 1712, in 4.°*

(Martial. a S. Jo: Bapta pag. 41).

113. Antonius a Purificatione B. V.,

Hispanus. Reliquit in Conventu Metymnae Campi:

Tria volumina Concionum, et aliud De Virtutibus,

(Martial. a S. Jo: Bapta pag. 41).

114. Antonius a Spiritu Sancto,

Lusitanus, natus in Oppido Montis Majoris Ulyssiponensis Professus, Theologus, et Concionator illustris. Vir in omni genere Disciplinarum peritissimus, sed humilitate clarior, Episcopatum Angolensem a Rege oblatum, quantum potuit, recusavit; sed onus subire coactus, consecratus est; et accepta Possessione, ibidem mortuus est, circa ann. Dni 1677.

« *Ejus Opera sunt quinque Tom. in fol. contenta. — Lugduni, ann. 1661 et seq. edita* ».

1. *Directorium Morale, sive Tractatus De Sacramentis in communi, et in particulari, atque De Censuris.*

2. *De decem Decalogi Praeceptis.*

3. *De Privilegiis, Obligationibus Religiosorum, ac de Regimine Praelatorum Regular.*

4. *Consulta varia.*

5. *Directorium Theologiae Mysticae.*

(Martial. a Jo: Bapt. pag. 41).

115. Antonius a S. Vincentio,

Patria Mutinensis, Provinciae Longobardiae Alumnus, Pluries Prioris officium laudabiliter gessit. Vir fuit summae mortificationis, et poenitentiae.

In osculo pacis obiit in Coenobio nostro Rosani (Dit. Pedemont.) die 5 Maji, anno 1700; aetatis suae 71. Edidit Italico Sermone:

1. *Meditationes pro Festis Ordinis Carmelitarum. — Ferrariae 1688, in 12.°*

2. *Prototypon Anachoretae, seu Vita S. Onuphrii. — Parmae 1689, in 16.°*

(Martial. a S. Io: Bapt. et Necrolog. Provinc. Longobard.)

116. Antonius - Clemens a S....

Ejus collectanea — De Viris Illustribus Congregationis Nostrae, — citat Petrus a S. Andrea, Tom. 2, Historiae Generalis Congregat. Italicae, Lib. 2, cap. 38, pag. 489.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 42).

117. Antonius Franciscus a S. Jacobo,

Papiensis, ex Illustri Familia Corti. Vir spectabilis, ac multae doctrinae, ac eruditionis. Praelector fuit Bononiae, Cremonae, Tridenti, ac in Seminario Missionum in Urbe. Obiit Papiae (ut constat ex Necrologio Provinc. Longobardiae) die 20 Novembr. 1695, aetat. 61.

Edidit Bononiae 1692 *Opus cui titulus Thomas de Aquino Coronatus seu Gesta Selecta.*

Reliquit insuper Tomos quinque, in 4.° — De Sacramentis — Praelo dignos, quos prae humilitate occultaverat.

Asservabantur olim MSS., in Biblioth. Coenobii Rosani.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 42).

118. Antuerpiense Coenobium Teresianum.

Edidit Idiomate Hispanico:

Vitam S. P. N. Joannis a Cruce — desumptam ex informationibus factis pro Ejusdem Canonizatione. — Antuerpiae, typis Bellerianis, ann. 1625, in 4.°

Deinde prodiit, versa Germanice, Coloniae, apud Bernardum Gualterum, prout refert Ludov. Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 34.

119. Apollinaris a S. Cajetano,

Provinciae Neapolitanae Alumnus. Multa Doctrinae, ac ingenii argumenta praebuit, qualia sunt:

1. *Fastus Sanctitatis S. M. N. a Teresiae a Jesu — Venetiis 1701, Tom. I, in 4.° Italice.*

2. *Eques Eremita, seu Historia Ven. P. Ambrosii. — Mariani a S. Benedicto — Neapoli, 1703, in 4.° Italice.* (Martial. a S. Io: Bapta, pag. 42).

120. Apollinaris a S. Thoma,

Ejusdem Provinciae, edidit:

1. *Enchiridion Polemicum. — Tom. I., in 4.°*

2. *Enchiridion Polemicum. in Univers. Theolog. Dogmat. Tom. I, in 4.° — Neapoli, ann, 1736, per Severinum.*

121. Apollonius a S. NN.,

Provinciae Venetae Alumnus, sed patria Bononiensis. — Edidit Italice:

Dialoghi sopra le tre Virtù Teologali, divisi in tre Tomi.

(Opus ab Asceticis multum existimat.) Obiit, Patavii, ann...

122. Archangelus a S. Joseph,

Provinciae Januensis, Scripsit Italice Librum, cui Titulus

Sapiens Moralis Christianus, et Politicus, in duas Partes divisus.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 42).

123. Archangelus a S. Michaele.

Patria Cremonensis, Provinciae Longobardiae S. Angeli Alumnus.

Hic Vir, cum esset magnis decoratus virtutibus, et summa praeditus prudentia, in Regnum Sarmatarum a Superioribus missus, pluries Prioris, Definitoris, semel Provincialis Poloniae, anno 1655, munus, magna cum laude, et Religiosorum fructu, sapientissime gessit.

Obiit, Cracoviae, die 24 Aprilis, ann. 1672. (ut, ex Necrolog. Provinc. Longobardiae). Polonice scripsit:

1. *De Dei-parae Virginis de Monte Carmelo Scapulari Gratiis, Beneficiis. ac Privilegiis. Tom. I. — Cracoviae. ann. 1653.*

2. *Grammaticam Polonicam. — (a multis laudatam). — Ibidem.*

(Ita De-Wiliers, T I, suae Biblioth. Carmelit., pag. 195 N.° 271).

124. Arnoldus a Jesu Maria,

Provinciae Poloniae Alumnus. — Edidit, Idiomate Latino,

1. *Manuale Devotionis erga S. Joseph, ann. 1682, in 8.°*

Septenam Sacram pro recolendis Doloribus. et Gaudiis S. Joseph. — (Latine, et Polonice), ann. 1687.

(Martial. a S. Io: Bapta; pag. 42).

125. Arnoldus a SS. Petro et Paulo,

Natus Ruremundae in Flandria. Habitum Teresianum sumpsit in Coenobio nostro Mediolanensi, Provinciae Longobardiae.

Obiit Parmae, die 5 Februarii, ann. 1731, aetatis 70 (ex Necrol. ejusd. Provinc.) Edidit Latine

Collationum Spiritualium Eremitarum nostrorum Marlanensium — Tom. 2, in 4.°

Quorum Primus editus est Leodii, ann. 1698. — Secundus, Mutinae, ann. 1722. Primus, dum ejusdem Eremi erat Prior: Secundus, in Provinc. suam Longobard. redux. »

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 43, et Necrolog. Provinc. Longobard.)

Hoc opus translatum fuit in linguam italicam a Domin. Ecchero ab Eccho cum titulo *Solitaria parlante ovvero Conferenze Spirituali de' PP. Carmelitani Scalzi Eremiti.* Editum Tridenti 1726.

126. Arsenius a S. Antonio,

In Sabinis ortus. Professionem emisit Romae in Convent. S. Mariae de Scala, ann. 1678. Pluribus annis Socius, et Secretarius R. P. Caroli Felicis, Praepositi Gener. Congregat. Italicae. Obiit actual. Prior Convent. S. Silvestri in Tusculano, ann. 1703, postquam edidisset, Sermone Italico:

Stimulus Devotionis erga Beatissimam Virginem de Monte Carmelo.

« *In quo de Confraternitatis Antiquitate, Gratiis et Privilegiis, a Summis Pontificibus Ei concessis tractat.* » — *Romae, semel, et iterum, in 8.°*

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 43).

127. Arsenius ab Annuntiatione,

Mediolanensis, Longobardiae Provincialis XLIV, ann. 1736, et XLVIII; ann. 1745; ac pluries visitator Generalis. Sanctissime obiit in Coenobio nostro Concesiae (in Mediolan. Dioeces. ab Emo Card. Caesar. Monti Archiepisc. fundato die 27 Mart. 1647; et a Napoleone suppress. ann. 1805) die 30 Martii, anno Domini 1762; aetatis suae 78. — Vir, continua vitae serie Religiosae apud omnes commendabilis.

« *Scripsit, pro suo usu, Libellum per modum Scrinioli Spiritualis, in quo recondidit selectissima sublimis* « *Perfectionis Exercitia, quae Ipse sedulo gerebat* ».

« *Scripsit etiam plurimas Epistolas Pastorales ad Religiosos suae Provinciae* ».

(Ex Necrolog. Provin. Longobard.).

128. Arsenius a Praesentatione B. V.,

Calaber Laureanus Provinciae Neapolitanae, Prior Cosentinus, anno 1661, Concionator magni nominis, ac Theologus. Scripsit:

Epistolam Apologeticam — qua probat Vaticinium Joachimi Abbatis Florensis, non competere Augustinianis Eremitis, sed Carmelitis Discalceatis, in quo quidem Vaticinio dicitur: « *Quod surget Ordo, qui videtur Novus, et* « *non est indutus vestibus nigris, et desuper accinctus* « *Zona Pellicea* ».

« De isto Arsenio loquitur Gregorius de Lauro, Abbas « Sagittariensis, Ordinis Cisterciensis in Beati Joachimi Ab- « batis Florensis mirabilium veritate defensa, Cap. 51, pag. 186, « et 187, ut notat. Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carmel. MS. pag. 36 ».

129. Aspahensis Coenobii Anonymus

Carmelita Discalceatus, Missionarius Apostolicus in Persarum Monarchia. Scripsit:

Breviarium novi Martyrii quinque Persarum — Italice, « quod postea Latine versum, prodiit Coloniae, ann. 1624 ». (De-Wiliers, Tom. 1, suae Biblioth. pag. 202, Num. 28?).

130. Augustinus a Jesu Maria,

Hispanus patria Vallisoletanus, Pastranae Professus, semel et iterum Provincialis, et Definitor Generalis. Obiit Cordubae, anno 1675. Cum potuisset e thesauro mentis Bibliothecas ampliare, et quae studio ebiberat edere, noluit Vir humilis, Libros alios Praelo dare, praeter sequentes patrio Idiomate conscriptos, et inscriptos:

1. *Ars Concionandi Evangelice. — Tom. I, in 4.° — Conchae. ann. 1648.*

2. *Vita V. M. Ludovicae Magdalenae a Jesu, Comitissae de Paredes. — Matriti, ann. 1705, in 4,° (Opus Posthum).*

3. *Sermo Translationis SS. Sacramenti.* (Martial. a S. Io: Bapt. pag. 43).

131. Augustinus a S. Joseph,

Baeticus, in Provincia Superiori natus et Professus, ac praestantissimum Religionis ornamentum. Vir siquidem inter omnes sui temporis in Theologia Scholastica, Positiva, Mystica, in Historia sive Sacra sive humana eruditissimus; in assiduis vigiliis, et gravissimis, legendi, docendi, scribendique, laboribus indefessus, apud Ecclesiae praesules ut oraculum habitus, omnibus gratissimus. Tot tantosque omnigenae Eruditionis cumulos coacervavit, ut nullum fuerit suae Provinciae Coenobium, quod aliquo praeclari ingenii monumento non decoraverit. Plurima temporis injuria absumpsit, vel ut melius dicam, nostra profusa erga Exteros Liberalitas. — Supersunt adhuc:

1. *Animadversiones in Historiam Propheticam (in 4.°) (extabant Malacae, anno 1712, sed furto sublatae sunt).*

2. *Directorium pro frequenti Communione Monialium. (extat Giennii in 4°).*

3. *Discretio Spirituum, in 4° (extabat Malacae, Baeticae; nunc solum reperitur Giennii).*

4. *De Sphaera. in 4.° (Hispali servatur).*

5. *De Theoria Planetarum; in 4.° (Ibidem).*

6. *De Geographicis Elementis, in 4.° (Ibidem).*

7. *Apologia pro Religiosis, qui student Mathematicam, in 4° (Ibidem).*

8. *Epitome omnium Operum S. Augustini, Hypponensis Episcopi:*

« *Cui extremam feliciter adhibuit manum, anno 1640,* « *paulo post mortuus Hispali in nostro Collegio S. Angeli* « *Custodis* ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 43, et 44).

132. Augustinus ab Omnibus Sanctis, I.,

Provinciae Neapolitanae alumnus; natus ex Familia Feoli, in Murano (quod Oppidum est Brutiorum, in Calabria citeriori, in monte situm in confinia Basilicatae.)

Vir ingenio profundissimo perspicacique praeditus, Concionator eximius, et per multos annos Romae, nec non Melitae Lector Philosophiae ac Theologiae, plurimis et diversis in Conventibus Prior, Consultor S. Officii, Definitor ac Vicarius Provincialis, et a Sacris Confessionibus Alexandri VII. Pontif. Max.

Peste mortuus est, anno 1656. Scripsit, Italice:

1. *De Trinitate. — Tractat.*

2. *De Angelis. — Tractat.*

3. *Sermones supra Regul. Primitiv. Carmelit.*

(De Wiliers, Tom. I. pag. 207, N.° 299).

133. Angustinus ab omnibus Sanctis, II.,

Ejusdem Provinciae Neapolitanae. — Obiit Vicarius Coenobii Monopolitani, postquam Italice edidisset Librum, cui Titulus est:

Chori Novem Angelorum. — Neapoli ann. 1698 in 4.°

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 44).

134. Augustinus a Regibus,

Hispanus, in saeculo dictus Carvasio, Astigiens (in Baetica) patria, Pastranae Professus, primo Laicus, postea Sacerdos, S. M. N. Teresiae charus et familiaris, Sacrae Theologiae Professor Granatensis, Prior Cordubensis, anno 1586 Provinciae Baeticae Provincialis, postea Definitor Generalis, magnus virtutum cultor, migravit prope Solanum in Baetica, anno salutis 1596, et Ejus Corpus integrum asservatur in Conventu Aquilarensi, miraculis coruscans. — Scripsit:

Dissertationum Theologicarum, Opus insigne: asservatur MS.

(De Wiliers Tom. I, pag. 206, N.° 298).

135. Augustinus, a S. Teresia,

Italice dictus — Lo Schiavo, — patria Cremonensis, et Goani Carmeli Prior. — Scripsit:

Relationem Itineris, et Martyrii, quod subierunt in Insula Summatra Achiensi Ven. P. Dionysius a Nativitate Natione Gallus, et Fr. Redemptus a Cruce Lusitanus, quae, Italice prodiit Romae, apud Manelfium Dominicum; et Gallice Parisiis, in 8.°

Obiit P. Augustinus in Coenobio Concesiae (Dioeces. Mediolan.) 4 Octobr. 1667, aetat. 63.

(Ita ex Necrologio Provinciae Longobardiae, et De Wiliers. Tom. I, pag. 207, N.° 302).

1. Balthassar a S. Catharina Senensi,

Claro genere Macchiavello Bononiae ortus est anno Reparatae Salutis 1597.

Dum ibi festiva pompa recolebatur Beatificatio S. M. N. Teresiae a Jesu, in Ejus istitutum exarsit, ac Sacram Vestem suscepit anno 1614; et anno sequenti Solemnem emisit Professionem. Ibidem Doctrina, Pietate, ac singulari Castimonia celebris, internis derelictionibus a Deo, tamquam aurum in fornace probatus, aeternam adiit haereditatem, Bononiae, X. Kalend. Septembris, ann. 1673, aetat. suae 76. (ejus corpus est incorruptum).

Philosophiae ac Theologiae Professor, Prior in diversis Locis, Definitor, Longobardiae Provincialis X, ann. 1643, et XIII, ann. 1649, et Ordinis Procurator Generalis. Eximium et eruditum opus edidit, inscriptum:

1. *Splendores reflexi Sapientiae Coelestis, emissi a gloriosis hierarchis Thoma Aquinate, et Teresia a Jesu, supra Arcem interiorem, — Cremonae, anno 1671, in folio.*

2 *Epistola Pastoralis ad Religiosos suae Longobardiae Provinciae, scripta die 15 Decembris, ann. 1644 in qua (occasione vicinae Festivitatis Dni Natalis) Superiores hortatur ad Inferiores amandos.*

« *Extat haec Epistola in Collectione Mediolanensi, edita, ann. 1673* ».

3. *Ascensus Animae ad Deum, quae ad Divinam Unionem aspirat.* « *quem in Italicum Idioma vertit, et* « *edidit Romae anno 1664, ex hispanico Sermone per* « *R. P. Josephum a Jesu Maria edito Matriti, Typ. Didaci Riaz. de la Carrera, anno 1656* ».

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 44, De Wiliers, in sua Biblioth. Carmelit. T. I, pag. 210, N.° 2, et Necrolog. Provinc. Longobard., ac Bononien. Coenob.

2. Balthassar a Jesu (Nieto).

In saeculo vocatus Nieto, patria Zafranus in Estremadura, Professionem Antiquioris Observantiae Carmelitanam emisit Hispali;

sed exinde tertius, post S. P. Joannem a Cruce, atque Antonium a Jesu, Carmelita Discalceatus Pastranae, Nostri Instituti secundi Coenobii, et Novitius anno Dni 1570, et Vicarius; ac paulo post primus Prior, anno scilicet 1571, quo Reformationem Teresianam Professus est; cujus exemplo plures Antiquioris Observantiae Religiosi ad novellam transierunt. Vir potens opere et sermone, poenitentiae cupidus, et in Concionibus dicendis fervidus, atque Catholico Hispaniarum Regi Philippo II percharus.

Scripsit plura Sermonum Volumina, quae MSS. credunt asservari in Nostris Bibliothecis Hispaniae.

« De isto Religioso agunt S. M. Teresia Cap. 6 Funda-
« tionum, Didacus Yepez in vita S. M. Teresiae, et plurimi
« alii etc. ».

(De Wiliers, Tom. I, pag. 211, N.° 3).

3. Barnabas a S. Maria,

Edidit Italice Libros duos, quorum primus est:

1. *Nova Stella in Oriente visa, in morte Ven. P. nostri David. — Venetiis, ann. 1695, in 8.°*
2. *Oratio Panegyrica in laudem SS. Faustini, et Jovitae Mm. — Brixiae, ann. 1705, in 4.°*

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 44).

4. Bartholomaeus ab Ascensione,

Provinciae Castellae veteris alumnus, Concionator facundus; omnibus, quae Virum Religiosum decent, Virtutibus imbutus.

Scripsit sequentia volumina, quae Burgis asservantur, et inscribuntur:

1. *Materiae Morales in 4.°*
2. *Sermones varii, Tom. 3, in 4.°*
3. *Exhortationes Spirituales. Tom. I, in 4.°*

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 44 et 45).

5. Bartholomaeus a S. Basilio,

In saeculo dictus Sanchez, patria de Arazena, vel Caracena, Professus Pastranae anno 1578. — Fuit Magister Novitiorum Granatensium, Prior Malacitanus, et Matritensis; deinde

Definitor Generalis, Theologus Complutensis, et Concionator eloquentissimus. Vir vitae Eremiticae amantissimus, omnibus decoratus virtutibus, ingenio, et eruditione clarus.

Obdormivit in Domino in Eremo de Bolarque, ann. 1618, aetatis suae 70; Religionis autem 40. — Scripsit:

De Exercitiis Spiritualibus Novitiorum — Tract. Ascet. MS.

(Ludovic. Iacob. in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 43).

6. Bartholomaeus a Matre Dei,

Parisiis natus est, exeunte anno 1590; in saeculo dictus Dnus De-la-Haye. Institutum nostrum ibidem Professus est, anno 1618 die 9 Septembris; et die 15 Octobris, 1621, ante Sacerdotium adeptum, Defunctus.

Scripsit Gallice, et post mortem Auctoris, editum

1. *Compendium vitae S. M. Teresiae a Jesu T. I, in 16° — Parisiis, apud Sebastianum Hurè, ann. 1622.*

(Legitur etiam in Flore Sanctorum Gallice, in Fol. edito ap. Eumdem).

2. *Exclamationes Animae erga Deum a S. M. Teresia scriptae.*

« *Ibidem, Gallice translatae, hoc scilicet anno 1622,*
« *die 12 Martii, quo S. M. Teresia a Gregorio XV in Ca-*
« *thalog. SS. admissa fuit* ».

(Martial. pag. 45, N.° 5, et De Wiliers, T. I, pag. 244, N.° 22).

7. Bartholomaeus ab Omnibus Sanctis,

Ortum habuit Mutinae die 10 Octobris, anno Dni 1687, et Ejus Progenitores fuerunt Dnus Angelus M.ª Medici, et Dna Juliana Magnani.

In Patrio Coenobio Solemnia dixit vota die 14 Novembris, ann. 1706. Apoplexiae morbo correptus Animam Deo reddidit Mutinae, die 22 Novembris, ann. 1766. — Scripsit:

Eruditissimam Dissertationem Liturgic. — An Regulares teneantur ad Officia Dioecesana, in 4° — (Praelo dignam).

« Hic piissimus Religiosus Sacellum S. M. N. Teresiae
« dicatum exornavit, nec non pluribus sacris Thecis, Calic.
« argenteis, ac praetiosis supellectilibus locupletavit.

« Inerat Ei erga S. M. N. Teresiam filialis devotionis af-
« fectus; quapropter singulis totius anni quartis Feriis ad Al-
« tare ejusdem S. Matris, SS. Eucharistiae expositionem, cum
« Missa, instituit. ».

(Ita ex Necrolog. Convent. Mutinensis).

8. Bartholomaeus a S. Philippo Nerio,

Mediolanensis, in saeculo Jacobus-Antonius ex Ascanio Orrigoni, et Ursula Bizzozeri Nobilissimis, ac piissimis Parentibus ortus, anno salutis Nrae 1591. Solemnem emisit Professionem Romae in Conventu S. Mariae de Scala die 27 Aprilis anno 1614. Lectoris munus laudabiliter gessit, sicuti et Prioris Mediolan. anno 1623, Cremonae, ann. 1625, ac Bononiae, ann. 1628. In Comitiis autem Mediolan. habitis die 6 Maij 1634. Electus fuit VII Longobardiae Provincialis; et anno 1638, mense Augusto, institutus primus Mutinensis Convent. Superior; et ibi eod. anno, die 26 Decembr. piissime obiit. Scripsit quatuor Litteras Pastorales ad Religiosos suae Provinciae directas:

1.° *Anno 1634 scripta: Disserit — De Bono Observantiae Regularis, ac de unione fovenda inter Superiores, et Inferiores.*

2.° *Eodem anno scripta — De interna et externa solitudine — De intentionis puritate requisita ad exercendum Praedicationis Officium — De Pace, et Charitate.*

3.° *Anno 1635, scripta: — De oratione, et interna cum Deo Conversatione.*

4.° *Anno 1636, scripta: — De Damnis a Diabolo intentis, occasione Capitulorum Provincialium.*

« Extant istae 4 Litterae in Collect. Mediolan.. edit. ann. 1671, et 1673. »

(Martial. a S. Jo: Bapt., pag. 45, et Necrolog. Mutinensis Coenob).

9. Bartholomaeus a S. Teresia,

In oppido dicto Montealegre natus. Publicus artium in Indiarum Provincia Professor. Post plures in sua Provincia Praelaturas, Magister Novitiorum obiit Vallisoleti, circa annum 1702.

Extant in Abulensi nostro Convent. plures Ejus Conciones MSS. ad Populum; et in Pintiano Coenob. Ejus Collationes MSS

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 46).

10. Bartholomaeus-Maria a S. Carolo,

Mediolani natus die 2 Junii, anno 1650, et in saeculo Joannes- Baptista, ex nobili Familia Bassi. Teresianis nomen dedit inter quos, etiam in juventute, singulari pietate effulsit. Studiis enim sedulo deditus, in operibus SS. Patrum perlegendis praecipue insudavit: ideo Theologus, Canonista, atque Examinator Synodalis in Dioecesi Placentina, atque Ticinensi per multos annos extitit.

Emus Cardin. Cusanus pluries a Consiliis Ipsum voluit, non solum in rebus ad suam Ticinensem Ecclesiam spectantibus, sed etiam in aliis, dum Bononiensi Legatione fungeretur. Pie obiit. Mediolan, die 31 Octobr., ann. 1719.

Opera Ejus, quae ex plurimis aliis deperditis supersunt, duo tantummodo numerantur:

1. *Panegirici vari. — T. I, in 4,° Italice. — Piacenza, nella Stamperia Ducale del Bazacchi, 1686.*

2. *Scuola di verità aperta alle Sacre Vergini. T. I, in 4,° Italice. — Pavia, presso li Fratelli Gardignani 1714.*

(Martial. pag. 35. — De Wiliers, T. I, pag. 244 N.° 21 — Necrolog - Longobard. Provinc. etc.).

11. Bassianus (*) a S. Francisco,

In Saeculo Leo Vincentius, natus Laudae Pompejae (in Ducat. Mediolan.) anno 1633, ex Nobili Familia (nunc extincta) Tressa.

Fuit Praelector, Magister Novitiorum, pluries Prior, Consultor S. Officii, Examinator Synodalis, Mutinae (dum erat ibi Prior, ann. 1671, et iterum ann. 1673), Definitor, et XXX Longobardiae Provincialis, electus in Comitiis, Bononiae, habitis die prima Maij, ann. 1694.

Piissime obiit Bononiae, die 14 Martii, ann. 1710. (Ita ex Necrolog. Provinc. Longobard.) Vir Regularis Observantiae (etiam in minimis) rigidissimus, et inexorabilis Zelator.

Apud Principes Mant. Parmen. Mutin., et Episcop. in magna existimatione fuit.

(*) *Bassianus*, non Bassitanus, neque Bussianus, ut vocant Martial. a S. Io: Bapt., in sua Biblioth. pag. 47, N.° X, et pag. 63 N.° XXXI, et De Wiliers, Tom. I, pag. 259, N.° XLV, et pag. 305, N.° CX, suae Biblioth. Carmelit.

« Transtulit in Italicum Idioma Tractat. — *De Periculis* « *Religiosae Perfectionis, etc.* — composit. a P. Alphonso a « Jesu Maria, Congregat. Hispan., ac edi curavit Cremonae, « ann. 1683. — Quam Traductionem Monach, Carthusianis DD. ».

12. Basilius a S. Francisco,

Lusitanus, Professionem emisit in Conventu Tusculano S. Silvestri ut refert Martialis a S. Jo: Baptista (Pag. 45, Num. 8), vel in Conventu *S. Mariae de Scala* Romano, ut placet Ludovico a S. Teresia (in Nostris Annalib. Gallicis Cap. 118, pag. 619 et 620), die 24 Julii, anno 1618. Paulo post, anno, scilicet, 1620 a R. Praeposito Generali Mathia a S. Francisco, in Persidem cum P. Prospero a Spiritu S., missus a Syria Aspahamum, in Persarum Mercatorum Comitatu eorum et Arabum Linguam ex parte didicit. Bassoranae Provinciae Praefectum, prudentia, gravitate ac modestia adeo devicit, ut ab eo Domum ad habitandum cum suis Sodalibus Religiosis, et cum omni libertate Fidem suam profitendi acceperit.

Anno igitur 1623 Bassoranam Missionem in Arabia fundare coepit, eamque per annos tredecim prudentissime, ac tanto salutis Animarum zelo rexit, Catholicamque Religionem propagavit, ut septingentas Familias Christianorum S. Joannis ad Fidem brevi reduxerit; et in Lusitanorum Indias, quantum potuit, transmigrare procuraverit.

Romam rediens, anno 1644, ad Capitulum Generale interfuit, S. Sedem consuluit, sed amplam Ei potestatem a Religionis Superioribus independentem, a Sacra Congregatione de Propaganda oblatam, recusavit. Obtenta in Monte Carmelo manendi facultate a R. P. Eugenio a S. Benedicto, Praeposito Generali, illuc, anno 1645, perveniens post duos annos cum dimidio, Anachoreticam et Angelicam vitam, Vicario Ven. P. Prospero jam memorato duxit, sed ob graves Infirmitates a Superioribus revocatus, navim conscendit mense Majo 1648, et in Provincia Neapolitana commoratus est, usque ad mortem dicti P. Prosperi die 20 Novembris 1653 defuncti qui Ei proficiscenti in Europam, praedixerat in eumdem S. Montem reditum. Nam semestri peracto, Michael-Angelus a Jesu,

Vicarium hujus S. Montis pergere recusans, a Superioribus abdicationem obtinnit; ideoque a R. P. Praeposito Generali Joachimo a Jesu-Maria Basilius accepta Epistola, qua ibi Vicarius constituebatur, hanc deosculans, in Syriam navigavit. Vix autem in Monte Carmelo quatuor Menses manserat, cum mortem oppetiit die 29 Decembris, anno 1654. Sepultus in Sacello B. Virginis Mariae prope Speluncam Eliae. — Scripsit:

1. *Historiam Missionis Bassoranae, et Conversionum per annos 13 in Ea factarum.*

2. *Relationem de Moribus, ac Erroribus Christianorum S. Joannis.*

« *Ast an haec Opera Typis edita sint, non constat.* ».
(De Wiliers, Tom. I, pag. 256, N.° XLI suae Biblioth. Carmelit.)

13. Basilius a S. Ludovico,

In saeculo Henricus Lefevre, natus est Parisiis die 16 Aprilis anno 1585, ex Parentibus Joanne Doctore Medico, et Elisabetha Devilliers, et in Ecclesia S. Gervasii eodem die, Sacris undis tinctus. Jurisprudentiae opera data, Patronus in Senatu Parisiensi evasit: qua relicta, ad Theologiae studium se convertit; quo in studio gradum Baccalaureatus adeptus, Doctoris Sorbonici Lauream recepturus Philosophiam in Collegio Bellovacensi Academiae Parisiensis docuit. Ad Sacerdotium promotus, fastidiens ac despiciens Mundum, inter Nostros admitti, enixe ac instanter postulavit, suum Philosophiae cursum consummandum, cathedramque reliquit gerendam Lamberto Bourbone Baccalaureo, qui postea inter Teresianos vocatus est Gregorius Nazianzenus a S. Basilio. *(Vid. suo articulo).* Nostris igitur aggregatus est Basilius a S. Ludovico, mense Januar, anno 1614, et anno sequenti 1615, die 25 Januarii solemnem emisit Professionem. Silentii ac Solitudinis sectator eximius, profunda humilitate praeditus, Disciplinae Regularis custos fidelissimus, poenitentiae ac mortificationi addictissimus, ordinarie ab hora quinta usque ad nonam, sic in rerum coelestium meditatione, ac contemplatione defixus permanebat, ut vix ad temporalia posset attendere. Tanto salutis Animarum zelo flagrans, ut adhuc Novitius, Censum annuum ducentarum Librarum dederit, ut Vici, qui pabulo verbi Dei

magis destituerentur, eo saltem per Quadragesimas reficerentur. Ipse vero, ut aliis praeluceret exemplo, in Pictaviensi primum Provincia, in Montibus deinde Gebennensibus, quinquies more Apostolico Populos instruens, plurimos ad Catholicam Fidem, ac sinceram morum emendationem reduxit, quos inter non est omittendus Vir Nobilis N. Devaize.

In diversis Muneribus ac Officiis Religionis, ardentissimae charitatis exempla ac argumenta praebuit; primus in sua Provincia Philosophiae, ac Theologiae annis fere 27 Professor extitit. Anno 1619 Charentonensis Prior nominatus sese abdicavit. Anno 1625 Prior Rothomagensis. Anno 1628 Definitor, et ann. 1637. Provincialis. Tandem, anno 1640 Prior Charentonensis institutus est. Quae munia non obstiterunt, quin suis Missionibus Apostolicis vacaret Pictaviensi, scilicet, anno 1623; Gebennicis autem ann. 1633, 1634, 1639, et 1640.

Verum meritis ac bonis operibus cumulatus, receptis summa devotione Ecclesiae Sacramentis, Animam Deo reddidit Parisiis, die 31 Decembris, anno Dni 1644, dum in Choro legerentur haec Martyrologii Verba: *Depositio Sancti Basilii etc.*

Post Mortem uni Religioso non satis conformiter ad sui status perfectionem ambulanti, visus est, manu ei, coelum ostendens, eique minitans nisi ad meliorem frugem rediret, ut ex ipsomet Religioso acceptum est. Invidit Nobis, ut ita dicam, Vir non minus doctrina, ac eruditione, quam pietate praestans, subtilissimus Philosophus, profundissimus Theologus, Concionator eloquentissimus, Latine, Graece, ac Hebraice peritissimius praestantissimi ac faecundissimi ingenii, parsus.

Scripsit Latine,

1. *In universam Philosophiam Commentaria MSS.*
2. *De SS. Trinitate MS.* } *Tractat.*
3. *De Eucharistiae Sacramento MS.* } *Tractat.*
4. *De Conceptione B. V. M. MS.* } *Tractat.*
5. *Epistolas duas, Graece scriptas, quas ad Constantinopolitanum Patriarcham Episcopos Graecos, Archimandritas, Monachosque, Schismaticos Ordinis S. Basilii direxit, misitque anno 1620; ut Erroribus manifestatis, atque convictis, ad Apostolicam Sedem reducerentur.*
6. *Epistolas, Sermones, et Opuscula, quae fere omnia*

ipse Basilius, paulo ante sui exitum ab hac vita, in ignem dejecit.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 46, et 47. — De Wiliers, Tom. 1, suae Biblioth. pag. 258, et 259, Num. XLIV.) etc.

« *De Basilii a S. Ludovico Visionibus et Apparitioni-*
« *bus claro — celebrem habent mentionem Ludovicus a*
« *S. Teresia,* Lib. 2 Annal. Galliae, cap 52 et seqq. — *Philippus a*
« *SS. Trinitate Part. 3.* Decoris Carmeli etc., pag. 160, *Ludov.*
« *Jacob, in Biblioth. Carmelit. MS.,* pag. 46 et plurimi, alii etc. ».

14. Beatrix a Conceptione B. V.,

Nata est in Oppido vulgo Arevalo, die 5 Novembris, anno Dni 1569, ex Parentibus Petro de Uniga, et Antonia Palomeca, ambobus oriundis ex Illustrissima Domo Ducum *Bejar*. Anno 1591 Salmanticae inter Nostras Moniales Solemnia Vota dixit.

Anno 1603 electa est in Sociam ab Anna a Jesu Moniali ejusd. Monasterii, quae cum Elisabetha ab Angelis (tunc Suppriorissa), simul in Galliam et Belgium Monasteria fundaturae pergebant.

Die 20 Augusti ejusdem Anni, discesserunt Salmantica versus Abulam, ubi duas itineris Socias assumere debebant. Et exanthlatis multis laboribus, Lutetiam Parisiorum die 18 Octobris pervenerunt, ubi primam perfecerunt Fundationem. Deinde die 15 Januarii, anno 1605 facta fuit secunda Pontisarae, quo missa est Beatrix: Novitiarum ibi curam gessit, et biennio mansit.

Vocata in Belgium ab Archiducibus Anna a Jesu, nostram Beatricem in Sociam elegit. Bruxellas pervenerunt die 12 Januarij, anno 1607, et in Palatio Principum receptae, ita Fundationem sollicitarunt, ut die 25 ejusdem Mensis conclusa fuerit, ubi Beatrix facta Suppriorissa, in illo Officio perseveravit usq. ad ann. 1621, quo, mortua Anna a Jesu, die 4 Maij. eligitur Priorissa. Ter ad idem Munus consecutive assumitur ad instantiam Sermi Principis (Indulto Apostolico), qui consolationis spiritualis gratia frequenter Eam conveniebat. Excelluit in Regimine cum spirituali, tum temporali Beatrix, quae animum in Hispanias redeundi servabat. Bruxellis

igitur Parisios discessit, et Salmanticam Alba pervenit, anno 1630, die 27 Junii, ubi mira amoris significatione, praesertim a quatuor Monialibus, quas ex antiquis Sibi notis ibi reperiit, recepta est.

Vix quatuor fluxerant menses, cum eligitur in Priorissam: verum febri quartana in excusationem adducta, soror ipsius, Nomine Joanna a Spiritu Sancto, in Ejus locum sufficitur, qua ante triennium defuncta, rursum Beatrix eligitur, quamvis renitens. Eo in munere prima semper in Actibus Communitatis erat, etsi valde debilis ac infirma. Absoluto Prioratus Triennio, absconditum sollicitudine maxima recessum custodivit, plurimis S. M. N. Teresiae apparitionibus recreata. Iterum in Priorissam assumpta fuit infirma et senex, quae paulo post in hydropisim incidit. Tandem virtutibus singulis clara, et meritis plena, die 12 Maij 1644, aetat. 75, feliciter obiit Salmanticae, cum universali Sanctitatis opinione. — Scripsit, ut testis oculata:

Res gestas Ven. Matr. Annae a Jesu, Hispanae Teresianae.

«*Extabat olim MS. apud Nostras Moniales Monasterii « Cabillonensis. in Gallia, quarum beneficio quondam perlegit Ludovicus Jacob.*

(De Wiliers, Tom. I. suae Biblioth. Carmelit. pag. 263, N.° 46).

15. Beda a S. Simone Stok,

Natione Anglus, dictus in saeculo Gualterius Josephus Travers patria Devonius, Dieocesis Exoniensis, natus mense Augusto ann. 1619.

Vera Fide orbatus fuerat usque ad vigesimum circiter annum, Divina tamen Misericordia, abjuravit errores; et iteratis postulationibus, in conventu nostro Romano S. Mariae de Scala solemnem emisit professionem die 15 Novembr. 1648.

Ob ejus singularem mansuetudinem, modestiam, humilitatem, charitatem, aliasque Viro religioso dignas virtutes, in Magistrum Novitiorum in Provincia Siciliae S. Alberti electus, cum magno observantiae Regularis, et Religionis augmento id muneris per sex annos egit. — In Angliam Missionarius missus pluries virorum illorum Evangelizantium Pacem,

Superior constitutus, copiosam Messem ferventer collegit, ipsis etiam a Fide deviis venerationem Sui, atque admirationem fecit, ideoque ab ipso Rege Sanctus Missionarius vocatus. Ibi per plures annos commoratus, Parisios veniens, plenus meritis, obdormivit in Dno, die 17 Januar. ann. 1696. — Edidit, suppresso tamen Nomine,

1. *Introductionem brevem et facilem, per modum Dialogi, inter Catholicum et Protestantem. « Quae Anglice, Gallice, italice prodiit Duaci, et anno 1693.*

(Haec Martial. a S. Io: Bapt., suae Biblioth. pag. 47 et 48).

2. *Opera omnia S. M. N. Teresiae a Jesu Anglico Idiomate translata. Londini, ann. 1688.*

(Ita Ludov. Iacob, in sua Biblioth. MS., pag. 46).

16. Benedictus a Jesu Christo,

Mediolanensis, in saeculo Benedictus ex Nobili Familia Castelli. In ipsis paternis aedibus poenitentissimo Teresiano Instituto praeludere jejuniis, atque inculpatae prorsus vitae integritate visus fuit. Ab omni solatiorum genere, ubi vel minimum innocentia periclitari posset, piissimus Adolescens constantissime abstinebat. Quam Infans Virginitatem Deo voverat, quemadmodum ab aliquibus asseritur, ut securius servare posset, ad Nostra Claustra convolavit. Inter Tyrones tantam praeferebat modestiam, ut Magister Novitiorum Angelicam in Eo conspicatus indolem, summis ipsum laudibus extolleret. Cum morum candore magnum conjunxit ingenium, ex quo dum fructus uberrimos praestolarentur omnes, acerba morte raptus est terris, Cremonae, die 1 Februarii, anno 1637 aetatis suae 19. (Ita ex Necrolog. Provinc. Longobardiae).

Plures, si diuturniorem in terris traxisset moram, tanti Viri labores haberemus. Quod satis ostendit, anno aetatis suae decimoquinto, conscriptus Liber,

De Juvenum Directione: (Qui utrum fuerit editus, nunc affirmaverit Nemo).

(De-Wiliers, T. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 263, N.° 54).

17. Benedictus a S. Ludovico,

Cognomento Gravelle, Natione Gallus patria Crespiacensis in Agro Valesio, qui obiit in Coenobio nostro Parisiensi, die 9

Junii, anno Domini 1662, postquam nonnulla Opera pia Gallico Idiomate, reiiquisset, scilicet:

1. *Martyrologe de Saints de France.*

2. *Examen de l' Homme de ce temps; dans le quel est traitė des moeurs des Sėculiers.*

3. *Mėditations pour la Semaine Sainte.*

4. *Tableaux des Religieux.*

(Ludovicus Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 47).

18. Benedictus-Maria a Jesu Christo,

Papiensis Longobardiae Provinciae Alumnus, qui (Hospes) vivere desiit Florentiae die 7 Septembr., ann. 1666, aetat. 50. — (Ita ex Necrolog. ejusd. Provinciae). Scripsit:

1. *De Immaculata Conceptione B. V. Mariae Tom. I. in folio. (Opus insigne: Revisum, et Approbatum, sed non Typ. editum,)*

2. *Aliud, cui Titulum apposuit:*

Novae veteres vindiciae postulatae a P. F. Benedicto a Jesu Christo Carmel. Discalc. Ticinensi, Insubriae Provinciae, dum quaedam Asserta Legalia, Moralia ad Sanctum Officium, Philosophiam, Theologiam Scholasticam, Haereticorum impugnativam, Regularem Mysticam, et Expositivam spectantia, ab Impugnatoribus defendit. Quarum Partis primae, hic Tomus primus continet vindicias dignitatis, et Auctoritatis Juris Civilis, praefulgentis vindiciis Justinianismi, ab eodem Patre in Italia editis, ab omnibus Primariis utriusque Iuris Civilis Interpretibus, Regiae universitatis Papiensis approbatis, post hoc Opusculum, in Galliis edendis. — Lugduni, sumptibus Claudii Prosth, anno 1694, in 4.°

(P. Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 48).

19. Benignus a Jesu,

Provinciae Flandro-Belgicae Alumnus, XLVII Praepositus Generalis Electus in Capitulo Generali die 4 Maij, ann. 1743. (Fuit primus Praepositus Generalis Italicae Congregationis electus ad *Sexennium*, ex Bulla Benedicti XIV).

Obiit, Neapoli die 22 Novembris, anno Dni, 1757, aetatis suae 61.

20. Bernardina a Jesu,

Ferdinandi Martinez, et Helenae de Robbes Filia, patria Veacensis, ibique Monialis Teresiana, S. P. Joanni a Cruce nota, Virgo consummatae Virtutis, et magnae Sanctitatis fama illustris, poenitentia, oratione, et Signis praeclara.

Obiit, anno salutis 1626, die 12 Octobris, postquam scripsisset,

Relationem de Sanctitate, et Virtutibus S. P. N. Joannis a Cruce. — « qua usus est P. Hieronymus a S. Joseph in « Vita ejusdem Sancti, Lib. 4, cap. 14, sicut animadvertit Ludov. Jacob « in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 48 ».

21. Bernardinus a S. Angelo,

Provinciae Neapolitanae, Vir spectatae virtutis, rigidissimus Regularis Observantiae Custos pluries Magister Novitiorum.

Edidit:

Arbor Scientiae Boni, et Mali: « *Opus Theologicum,* « *Morale, Mysticum, Dogmaticum, Cathechisticum, juxta* « *mentem Angelici Doctoris: in quo agitur de Virtutibus* « *ac Vitiis, et de Praxi ad illarum consecutionem, et isto-* « *rum fugam, Tomi tres in 4.° — Neapoli I. Tom. edit..* « *ann. 1718. II, ann. 1720, III, ann. 1722* ».

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 48.)

22. Bernardinus ab Omnibus Sanctis,

In saeculo dictus Joannes Rogerius, Provinciae Aquitaniae Alumnus, natus Nobiliaci, anno 1624 Conceptum Novitiatus fervorem, ad extremum usque halitum retinuit. Vir simplex, rectus ac timens Deum toto fere, quo a Sacerdotio vixit, tempore, tum verbo, tum exemplo, in concionando per Adventus, et Quadragesimas insumpto: Boni ac optimi Pastoris munere in regendis Lemovicensi, Riomensi, et Engolismensi Conventibus functus.

Ad Provinciale Capitulum dum pergeret, morbo in itinere contracto, Medicis incognito, multis invictae patientiae productis ad graves sustinendos dolores actibus, pie obiit die 25 Maij, anno Dni 1688, aetatisque 64.

Edidit, Idiomate Gallico:

Vitam admirandam S. Leonardi, — sex Libris distinctam. — Lemovicis anno 1681 in 12.°

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 49).

23. Bernardus a S. Catharina

Provinciae Neapolitanae, Vir acutissimi ingenii, per viginti annos Lectoris Officio functus, in disputando terror omnium, omnium disciplina fuit, sine Magistro in Geometriae ac Mathematicarum disciplinis adeo profecit, ut coetaneos scientiarum istarum peritissimos superaverit. Non minori humilitate, quam doctrina clarus, extremum diem clausit Neapoli anno salutis 1713, postquam Philosophicum edidisset Librum, cui titulus:

Crisis Carthesiana, — (sub Nomine Marci Aurelii). — Beneventi, anno 1712.

(Martial. a S. Jo: Bapt. pag. 49).

24. Bernardus a S. Clemente,

Natione Gallus, Provincia Picardus, Patria Lugdunensis, anno 1619, natus, et in Conventu Burdigalensi Professus. Perpinianense Engolismense, ac pluries Burdigalense S. Ludovici Coenobium Prior rexit, et in eodem Burdigalensi Animam exhalavit die 29 Novembris 1694 ab omnibus dilectus, in senectute bona. — Ex Hispanico Idiomate in Gallicum transtulit:

Vitam Venerab. Matr. Annae a S. Augustino, — ac edi curavit. — Burdigalae, anno 1685, in 8.°

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 49).

25. Bernardus a Jesu Maria,

Hispanus, Barchinonensis Prior, eruditione pariter et virtute spectabilis. — Edidit:

Acta authentica Canonizationis S. M. N. Teresiae a Jesu, — « in quibus Seraphicae Virginis Sanctitas Ro- « mani judicii rigidissima discussione auri instar probata « lucidissime splendet, et splendidissime lucet. » — Barchinone, ann. 1622. — Parisiis, ann. 1625, et Viennae-Austriae, ann. 1629.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 49).

Haec autem Acta Authentica MSS. reperiuntur in Bibliotheca Coisliniana, de qua vide Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecarum MSS. Tom. 2, pag. 116, column. 2 A.

26. Bernardus a S. Joseph,

In saeculo dictus Ludovicus De Gourdon De Genovillac, ex Nobilissima Stirpe Comitum De Vaillac, in Arce Burdigalensi, Castello Buccinae, Gallice Chateau — Trompette, cujus Pater erat Gubernator, natus est die Natalis Christi, anno 1582, eodem anno quo Sancta Virgo Teresia ad Coelos migravit. Matrem habuit Annam de Monberon, ex Nobilissima etiam Familia d' Estetouville, Sororem Venerabilem Matrem Galiotam a S. Anna, Praepositam Monasterii Belli-Loci apud Cadurcos, ordinis S. Joannis de Jerusalem, quod mira pietate ad finem vitae rexit, reformavit, et Cujus vitam scripsit noster Thomas Aquinas a S. Joseph. Filiorum Comitis De Vaillac Patris sui fuit Secundogenitus noster Bernardus, sed postea jure Primogenitus, Fratre Primogenito facto Episcopo Tutelensi.

Post humaniorum Litterarum Studia, Romam a Patre missus, non tam Nobilitatis, quam Pietatis studiis, ac Exercitiis Se totum sic applicuit, ut post iteratas plures instantias, inter Tyrones Conventus Romani Sanctae Mariae de Scala, a Ven. P. Joanne a Jesu Maria, illorum Magistro, admissus sit, die S. Benedicti, anno 1603; in quo variis tentationibus, ac infirmitatibus, tamquam aurum in fornace probatus, anno sequenti, die 25 Martii, inter manus Ven. P. Petri a Matre Dei Commissarii Generalis Apostolici, coram omnibus Gallis Nobilibus, qui tunc Romae aderant, non inter Conversos, ut instanter petierat, sed inter Choristas, maxima sui Cordis exultatione, Solemnem Professionem emisit.

Januam primum, ac postea Lodanum (in Liguria) studiorum causa missus, dignus inde a Superioribus visus est, qui Galliae Conventuum Congregationis Nrae Italicae Primus existeret Fundator. Anno itaque, 1609, in illud florentissimum Regnum pergens, mira animi magnitudine, non solum Parisiense, anno 1611, quod rexit anno 1614, sed Charentonense, Lugdunense, Gerbevillense, Mussipontanum, Tolosanum, Rothomagense, Lemovicense, Nivernense, Venetense, Barroducense, Massiliense Tutelense, et alia fundavit Coenobia. 7

Moniales Nostras e Belgio Nanceaum aduxit: alios Monialium Ordinis S. Dominici, Parisiis, Burdigalae, Massiliae, Dinantii, in Brittania Minori, aedificari, et ejusdem Ordinis in Castro-Saraceno, Tolosam inter et Agennum, reformari Conventus procuravit. Ven. Matr. Margaritam d' Arbouze, dictam a S. Gertrude, Consiliis ac Directione sua, ad maximam Sanctitatem promovit. Celebris Abbatiae Cellensis Ordinis S. Benedicti, ab Illma Dna Borbonia, Visitator postulatus, ab Archiepiscopo Parisiensi electus est. Primus Gallicanae Provinciae, ac postea Aquitanicae (Conventuum, Separatione facta) Provincialis pariter Electus, Definitor Generalis, ac Visitator Parisiensis sic egit, ut Missionum Angliae, et Ipse inter vivos Vir Apostolicus, Regi admirationi esset Carolo I.

Laboribus tandem pro Religionis incremento, consumptus, zelo salutis animarum, quarum plures, Concionibus, hortationibus, consiliis, exemplis ad solidam pietatem perduxit clarus, virtutum omnium, ac imprimis observantiae Regularis Sectator insignis, Sancte ut vixerat, obiit, die 25 Augusti, anno Domini, 1649 in Conventu nostro Tolosano.

Scripsit obedientissimus Vir, licet omnium Nostrum Pater, jussu R. P. Ludovici a S. Teresia, qui tunc Ei a Confessionibus erat:

1. *De propria Vita Relationem.*

2. *Brevem Relationem de Virtutibus Ven. Matr. Magdalenae a Jesu Maria, Monialis Teresianae.*

3. *Epistolam Latinam ad Petrum Seguerium. Franciae Pro-Cancellarium. — Prodiit Lugduni, anno 1633.*

4. *Epistolas varias, quarum una se potiri gaudebat Augustiss. Dna Anna Austriae, Regina Gallice.*

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 49 — De Williers, T. I, suae Biblioth. Carmelit., pag. 273, N.° 73, et plurimi alii etc. etc.)

27. Bernardus a Matre Dei,

Hispanus, Collegii nostri Complutensis Rector. — Scripsit:

Elogium insignis Doctoris Ludovici Montesini — « quod excusum est Compluti, anno 1622; ap. Viduam « Jo: Gratiani Dantisco, cum duobus Tomis (ejusdem Mon- « tesini) commentariorum in primam secundae Partis

« *S. Thomae Aquin., in Folio; quae edi curavit Bernar-*
« *dus noster.* ».

(Ita Ludovic. Iacob. in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 50).

28. Bernardus a S. Onuphrio,

Vocatus in saeculo Joannes-Hieronymus, Nobilissimis Parentibus Gregorio Costaguta, et Camilla Correggia, Januae, ann. 1601, die 11 Junii, natus. Ad Instituti Nostri Tyrocinium, cum Fratre suo, die pariter undecima Junii, anno 1619, admissus: Ille sub Nomine Petri a S. Bernardo, Iste sub Nomine Bernardi a S. Onuphrio, in Januensi Conventu S. Mariae de Sanitate, cujus Prior erat Petrus-Franciscus a S. Maria, et Magister Novitiorum P. Agapitus a S. Maria.

Emissa Solemni Professione, Studiorum causa ad Lodanensem Conventum mittitur, ubi Philosophicis vacavit disciplinis. Romae deinde, anno 1623, Theologiae Scolasticae operam dedit in nostro Missionum Seminario; sed majori sollicitudine Misticae vacavit Theologiae sub disciplina P. Thomae a Jesu, tunc Definitor Generalis. Ibi votum Missionum pro Conversione Infidelium, juxta consuetudinem emiserat: unde completo studiorum cursu, in Poloniam missus, Philosophiae, ac Theologiae Professor; deinde Magister Novitiorum electus est. — Anno 1632, in Capitulo, Romae, celebrato, ad instantiam PP. Januensis Provinciae, Primus instituitur Conventus Savonensis Prior; deinde ad Regimen S. Eremi assumitur, ubi angustiis vitae Purgativae vexatur, praeter gravem, quam Frater Ejus Petrus a S. Bernardo passus tempestatem. — Anno 1640 Confessarius nostrarum Monialium, semel in Januensi Novitiatu, bis in Collegio S. Annae, ejusd. Civitatis Prior., pluries Definitor Provincialis, et Socius Capituli Generalis. — Anno 1651 Visitator Generalis Longobardiae S. Angeli Provinciae, Munus ex obedientia injunctum in rigore Hyemis acceptavit. Gravibus tandem Infirmitatibus, acutissimisque doloribus oppressus, opinione Sanctitatis clarus, obdormivit in Domino, die 21 Julii, anno 1652, Divinae Contemplationis dono illustratus, aliquando repertus in Extasim raptus, ac e Terra elevatus. Maxima facilitate de rebus Mysticis disserebat, et apte et eleganter, currenti Calamo, de hac materia scribebat, et

quae pubblicam lucem mererentur. Duo tamen edidit opera, Januae, scilicet:

1. *Increata Columba, super Hymn. Veni Creator* etc.

2. *Suspiria intima Animae contemplativae, in Psalmis 41 et 42. (Italice) Genuae 1649.*

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 51, et De-Wiliers, Tom I, in Biblioth. suae Carmelit. pag., 282, N.° 79).

29. Bernardus a Regibus,

In saeculo Benedictus de Lape, Panorminatus, anno 1615. A teneris annis Habitum nostrum sumpsit in Patrio Coenobio, die 4 Januarij, 1633, et anno Probationis absoluto, solemnia emisit vota, die 6 Januar. 1634. Regularem Observantiam, quam in Novitiatu ebiberat, ad ultimum usque halitum retinuit, Cellae amantissimus, in ea Sacrorum Librorum, ac SS. Patrum studiis, tenacissime incumbens, maximam Coelestis doctrinae copiam, ad morum suorum normam, Proximorumque salutem acquisivit. Concionatoris munere functus in praecipuis Siciliae Civitatibus, ut etiam Albae in Subalpinis, Tridenti, et in aliis Italiae urbibus, magno Audientium Concursu, ac fructu auditus est. Moralem Theologiam suos sodales pluries docuit. Conventus Panormitanum, et Messanensem gubernavit; ac in primo vitam, quam semper religiose transegerat cum Morte commutavit die 7 Junii, anno Domini 1690. — Scripsit, Italice, et edidit,

1. *Apologiam pro Epistola a B. Virgine Maria ad Messanenses data. Messanae apud Petrum Brea, anno 1652, in 4° — « cum variis Poëmatibus tam Latinis, quam Ita- « licis in Aucthoris laudem ».*

2. *Umbram lucidam in Confirmationem Veritatis* etc. — *Ibidem, anno 1657.*

« *Edenda reliquit haec alia, numeris omnibus absolu- « ta, nempe: — Quadragesimale, Adventus Panegiric. Orat.* »

(Martial. a S. Io: Bapta; pag. 52. — De Wiliers, T. I, pag. 283 N.° 81).

30. Bernardus a S. Teresia,

Provinciae Burgundiae, in saeculo dictus Du-Val, patria Clamariensis, Dioecesis Bethlemitanae in Comitatu et Episcopatu

Antissiodorensi, nascitur honestis Parentibus anno Christi 1597, die 22 Aprilis. Parisios missus ad Artes liberales, et scientias Philosophicas ediscendas, vestem Teresianam in Conventu Nostro S. Joseph Parisiensi, anno 1614, Mense Martio sub R. P. Bernardo primo in Gallia Novitiorum Magistro. Anno Probationis elapso, vota Solemnia, die 15 Martii 1615 pubblice dixit. Studiorum cursu egregie peracto, munus Concionatoris plausu peregit, ut primarios Parochiarum Parisiensium Suggestus magno audientium fructu conscenderit ab anno 1630 temporibus Adventus Quadragesimae; et inde Summam pecuniae impenderit devota Mulier ad Episcopatum in Regione Infidelium fundandum, quo ipse Bernardus fungeretur, et potiretur.

Anno quidem 1631 Definitor Provinciae Galliarum, et anno 1634. Meldensis Prior fuit institutus. Ast anno 1638 ab Urbano Octavo Pontif. Max. Episcopus Babylonensis constitutus, et Romae die 26 Augusti Consecratus, in Ecclesia S. Silvestri in Capite Monialium S. Clarae, Urbanistae dictae, ab Emi Cardinal. Pallotta, Assistentibus Antonio Severolo Epidauri Archiepiscopo, et Thoma Caraffa Episcopo Vulturensi: simulque Nuncius Apostolicus in Regnum Persarum, et Vicarius Aspahanensis ordinatus.

Post acceptam Apostolicam Benedictionem, in Gallias reversus, ubi Christianissimo Rege Ludovico XIII, et Armando Richelio, Regni Administro, benigne receptus se parat novam suam Ecclesiam, et Partes Orientales summis cum laboribus visitare.

Quapropter Negotiis apud Parisios peractis, Librisque et Ecclesiasticis Ornamentis munitus, die 19 Aprilis 1639. Massiliam contendit, ubi die 22 Julii Navim ascendit. Graeciam, Chaldaeam, et Persidem appulit: multa pro Romanae Ecclesiae exaltatione in Civitate Aspahanensi Persarum Metropoli agit, Domumque pro ejus Seminario construendo emit, propriis Sumptibus, cum Regis licentia. — Anno 1640, die 13 Februarii Visitator Apostolicus Ecclesiae Ethesiphontis constitutus. Solidiori autem fundamento, ut suum Persidis Seminarium firmaret, Congressum cum Emo, jam, memorato, Card. Richelio necessarium cogitavit; ideoque in Gallias, an. 1642; rediit, et rebus compositis Seminarium alterum in Suburbio S. Germani, Parisiis, aedificat in quo viri Ecclesiastici, admittuntur pro Missione Persica.

Interea Comes consistorialis a Rege Christianissimo Ludovico XIV factus est die 26 Februar. ann. 1647, et Administrator Episcopatuum Principatus Catalauniae, in quo Episcopalia Munia ut gereret, Sacra permisit Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, die 9 Novembris, ejusdem anni. Illic omnia sapienter, sagaciterque cum gessisset ad plenam cunctorum Ordinum satisfactionem, in Galliam, sic ordinante Rege Christianissimo, rediit anno 1648.

Tandem Sanctis operibus onustus e vivis migravit, Parisiis die 11 Aprilis anno 1669, et apud Nostros Sepultus.

Vir spectatae Virtutis, excellentis Ingenii, et Linguarum Orientalium peritissimus, qui scripsit,

1. *Historiam sui Itineris. — Parisiis, ann. 1664.*

« Qua usus est Ludovicus a S. Teresia, lib. 2 Annal. Cap. 15, pag. 338. ».

2. *Dictionarium Turcum-Persicum.*

« Quod citat idem Ludovicus ibid. Cap. 16, lin. 12 ».

3. *Sermonum Tomos quam plurimos MSS.*

« *Asservab. olim in Biblioth. Coenob. nostri Parisiensis* ».

« Vitam Ejus usque ad annum 1648. Scripsit mox memoratus Ludovicus a S. Teresia etc. ».

(Ita De Wiliers, Tom. I, suae Biblioth. Carmelit. pag. 285, N.° 85).

31. Bernardus-Maria a Jesu,

Ex Oppido Palazioli, Dioeces. Syracusanae, in saeculo dictus Carolus Bernal, ex Hispanis Parentibus ortus est anno 1624. Annum agens 18. Habitum Nostrum accepit Panormi, die 23 Februarii, 1642, ac sequenti anno die 24 ejusdem Mensis Solemnem emisit Professionem. Studiis addictus, Humanis Sacras univit Litteras. In gravioribus disciplinis, et disputationibus usque ad admirationem egregius enituit. Philosophiam ac Scholasticam Theologiam magna cum ingenii laude ac doctrinae profunditate Panormi, ac Messanae docuit. Ipse una cum P. Eliseo a S. Agnete, ejusdem Provinciae, falsitatem Spiritus cujusdam Mulierculae detexit, quae astu Daemonis, insimulatis visionibus ac Miraculis dolosa Sanctitatis fama Siciliam, ac Italiam deceperat. — A D. Francisco Alvarez messanensi Archiepiscopo Messanam accersitus est, ut cujusdam Monialis gesta, quae extra consuetas Spiritualis vitae semitas incedebat

discuteret. In Sacro Inquisitionis Tribunali Censoris, et Consultoris munere functus: . apud Praesules Siciliae, Neapolis, Romae, Melitae maximam Sibi conciliavit existimationem. In suae praecipuis Provinciae Conventibus Prioris, Definitoris, ac Provincialis munia gessit: Melitense Collegium, ac Romanum S. Pancratii Seminarium Missionum, non minori Sapientia rexit, et omnium calculo, totius Italicae Congregationis Procurator Generalis electus, maxima sagacitate et prudentia illius negotia tractavit. Vir denique tam pietate, quam doctrina clarus, deposita cura Panormitani Coenobii, paulo post apoplexia correptus, Panormi decessit die 27 Februarii, anno Domini 1696. Edidit Italice,

Vitam Servae Dei, Sororis Nostrae Joannae Mariae a SS. Trinitate, Monasterii Panormitani, dictae in saeculo, Anna Maria Velazquez de Avila, et la Cerda de Serravalle. Bononiae, anno 1684, in 4,° apud Monti Jacobum.

« *Hujus Vitae Compendium Typis tradidit in Libro* « *de Fundatione, ac Translatione Monasterii Panormitani* « *S. Teresiae, Italice, edito, Venetiis apud Turrinum, an-* « *no 1672, in 4°* ».

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 53, De Wiliers, T. I, Biblioth. Carmel., pag. 276, N.° 76, etc.)

32. Blasius a S. Alberto,

In Oppido Talamanca, Dioecesis Toletanae ortus, Ven. Catharinae da Cardona charus, Reformationis Nostrae cultor egregius, in Coenobio Vallisoletano Magister Novitiorum, diversis in Conventibus Prior, atque postea Definitor, et Vicarius Generalis.

Vir Prophetiae dono, ac Miraculis illustris, praevisa mortis hora, nonagenarius quievit in pace die 26 Martii, anno Dni 1636, Salmanticae, cum Sanctitatis opinione. « Decreto « Capituli Generalis Matriti Congregati anno 1590, quamdam « Formulam pro Tironibus Ordinis rite instituendis, eruditam « lectuque dignissimam, ex SS. Patrum Sententiis hinc inde « collectis, breviter et summatim composuit, adscitis duobus « aliis, illius aevi religiosissimis Viris in adjutorium, scilicet, « Joanne-Baptista, qui postea fuit Provincialis Provinciæ S. Eliæ,

« et Thoma a Jesu, qui tum Subpraefectus erat Coenobii Ma-« tritensis Sancti Hermenegildi ». — Illius Operis Inscriptio Hispanica Latine versa, est:

Instructio in gratiam Novitiorum Discalceatorum Ordinis Beatissimae Virginis de Monte Carmelo. — Matriti, in Officina viduae Ildephonsi Goinesii, anno 1591, in 8.°

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 54. — De Wiliers, Tom. 1, suae Biblioth. pag. 292, Num. 88 etc)

33. Blasius ab Assumptione B. V.

Dictus in saeculo Julius Dudon, Burdigalensis, sed natus Regulae ad Ripam Garumnae dum ibi resideret Supremus Aquitaniae Senatus die 1 Martii, anno 1683, Patre Blasio Dudon, Matre vero Margarita Povillot.

Peractis humanioribus Litteris, Religionis Habitu indutus est in Conventu nostro Lemovicensi, die 14 Augusti, anno 1698, in eoque Professionem emisit anno sequenti die 15 ejusdem Mensis. Decursis Philosophicis ac Thelogicis disciplinis, dignus visus est Superioribus, ob ingenii felicitatem illas edocere, quod maxima omnium laude praestitit, ad eas, enim, ut ad omnes alias disciplinas natus videbatur. Post haec Conventum nostrum Aginnensem, tali prudentia rexit, ut in sequenti Capitulo Provinciali, vicarius primum Provincialis, ac deinde omnium calculis Provincialis electus, sapientiae suae, et prudentiae in regenda Provincia argumenta praebuerit, et quamvis et infirmitatum et negotiorum mole opprimi videretur, occasione tamen Jubilaei anni 1725 cernens plures insolitas excitari quaestiones quae negotium interdum peritioribus etiam confessariis et difficultatem causarent, edidit idiomate gallico Resolutionem casuum et quaestionum quae formari ac excitari possunt, circa Jubilaeum, sub hoc Titulo:

Collectio Casuum Conscientiae, et Quaestionum circa Jubilaeum. — Burdigalae, anno 1726 in 12.°

(Martial. a S. Jo: Bapt., pag. 54).

34. Blasius a Conceptione B. V.

In saeculo Bertrandus Riguet, in Oppido Nogenti-Retrodi Dioeces. Carnotensis, natus, anno 1603. — Solemnem Professionem emisit Charentoni die 20 Decembr., anno 1623. — Plures

Philosophiae, tum Theologiae Cursus, Praelector Jubilatus docuit in Gallia, Italia, ac universa Congregatione, Magister totius Ordinis vere dictus. Monasteria Parisiense, Rothomagense, Charentonense, Meldense singulari observantia gubernavit. Pluries Definitor, tum Provincialis, ann. 1655, die 17 Aprilis. Electus Provinciarum Avenionensis, et Aquitaniae Visitator Generalis ampliavit, fovit, ac tum verbo, tum Exemplo Disciplinam Regularem promovit. — Obiit vir tam insigni doctrina, quam pietate celebris nostro Conventu Rothomagensi, die 28 Augusti, anno Dñi 1694, aetatis suae 91.

Edidit. Latino Sermone, ad Salomonem Philippeaux, Cotem Consistorialem:

1. *Methaphisicam in tres Libros distinctam — « in « quibus Quaestiones, quae ad integritatem Cursus Philo- « sophici Complutensium desiderantur, juxta Divi Thomae « Aquin. doctrinam tractantur. — Parisiis, ap. Dionysium « Thierry, ann. 1640 et 1642, in 4.° Item Parisiis, in « folio, cum Cursu Complutensium ».*

2. *Philosophiam Moralem, in tres Libros divisam, — « a Quaestione 1ª, usque ad 76 primae secundae Divi Tho- « mae Aquin. ». — Parisiis, apud eumdem Tierry, anno 1647, in 4.°*

3. *Aliarum Partium Philosophiae desiderium excitavit: ast illius extat Manuscriptum, cujus Titulus est: Novus Homo per gratiam Christi.*

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 55. — De Wiliers, Tom. I, suae Biblioth. pag. 293, N.° 91 etc).

35. Blasius a Purificatione B. V.,

Romae piis, ac praedivitibus ortus Parentibus, ingenii, ac optimae, indolis adolescens, in Conventu S. Mariae de Scala die 4 Februarii, anno ..... inter Nostros aggregatus est. Emensis studiis, nec adhuc Sacerdos, dignus habitus est, qui alios litteris ac virtute formaret, quod per viginti et amplius annos feliciter praestitit, materiis Scholasticis, Polemicis, Moralibus, ac Scripturae Sacrae, fere usque ad mortem, in Coenobio Romano S. Mariae de Victoria, studiosam juventutem utiliter exercens. Scribendae Historiae Generali Congregationis Nostrae destinatus, R. P. Magistro Sacri Palatii, in Librorum

edendorum Censura, pluribus annis inservire non destitit, et quamvis insignis Theologus ab omnibus haberetur, ab iis publicis semper abhorruit Officiis, quae laudis mercedem Labori reddunt, Domi in Solitudine Deo, Sibi ac Studiis, quantum licuit, vacans, Novitiatus Apicibus exacte usque ad Mortem Servatis, quae contigit, anno 1705.

Ipsius Opera sunt:

1. *Tractatus de Adoratione. — Latine. — Romae, anno 1678, in folio.*

2. *Relationes Sacrarum Victoriarum a Fidelibus ope Virginis obtentarum, « ab anno 534, usque ad annum 1683 » — Ibidem, anno 1687, in 4.°*

3. *Vita Ven. Sororis Nostrae Clarae-Mariae Columnae, a Passione. — Ibidem, anno 1681, in 4.°*

« Haec vita Sororis Clarae MS. Italice, servatur Ro-« mae, in Bibliotheca Slusiana, N. 264, ut asserit Ber-« nardus de Montfaucon, in Bibliotheca Biblioth. MSS., « pag. 178, col B. T. I. ». (Vid. De-Wiliers, T. I. suae Biblioth. pag. 295, N.° 94).

4. *Vita, et Virtutes insignis Servi Dei D. Julii Tomasii Ducis Parmae, cum brevi Relatione Vitae D. Ferdinandi ejus Filii. — Ibidem, anno 1685, in 4.°*

5. *Vita Sororis Nostrae Magdalenae a S. Augustino. (Opus posthumum). — Romae, anno 1713.*

6. *Compendium Vitae S. M. N. Teresiae a Jesu. — Ibidem, ann. 1683.*

7. *Compendium Vitae S. P. N. Joannis a Cruce — Ibidem, ann. 1691.*

8. *Compendium Vitae S. Rosae Viterbiensis. Ord. S. Francisci — Ibidem, anno ....*

9. *Sermones Adventus pro Monialibus. — Ibidem, anno 1685, in 8.°*

10. *Sermones Quadragesimales pro Iisdem — Ibidem, anno 1703, in 4.°*

« Alia item Opuscula ab Eo scripta alieno Nomine « Edita subticemus, sed quantum ad Manuscripta, reliquit « praeclara sui Ingenii Monumenta » scilicet:

1. *Compendium Theologiae Nostrorum Salmanticensium, usque ad totam materiam I.° De Justificatione.*

2. *Tractatum de Incarnatione. (proprio marte).*

3. *Tractatum de Scriptura Sacra, pro Fratribus nostris Studentibus.*

4. *Quaestiones plurimas Theologiae Moralis. — (Omnia haec, Latine). Italice vero :*

1. *Conciones plurimas.*
2. *Vitas Sanctorum Ordinis Nostri.*
3. *Aliquot Volumina pro Historia Nostra Generali.*
4. *Opusculum de Nomine Mariae.*
5. *Opus tripartitum, Philosophicum, Theologicum, et Morale, cujus Titulus : — Homo in omni Statu optimae Ideae, sed parum ultra Initium progressus est.*

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 56).

36. Bonaventura a S. Amabili,

Burdigalae natus, Carmelitarum Institutum Antiquioris Regularis Observantiae amplexus est in suae Patriae Coenobio, sub R. P. Joanne Cheron, tali pietate, prudentia, ac religiosa sedulitate, ut illum ex tunc dictus Magister Cheron, tamquam firmissimam Religionis Columnam, Successorem destinaverit. Verum arctioris vitae cupidus, Teresianae Reformationi, Tolosae, die 5 Augusti, anno 1633, Nomen dedit, in qua miris Virtutum progressibus proficiens, post Solemnem emissam Professionem. Presbyter ordinatus, ad majorem perfectionem anhelans ex Superiorum venia, Eremum Provinciae Nostrae Januensis petiit: ibi in divinis contemplationibus, quantum in Ipso erat, toto vitae tempore permansurus, nisi ingruentes Infirmitates ex Ea recedere Illum compulissent. Plenus tandem dierum ac bonorum Operum, obdormivit in Dno Lemovicis die 5 Decembris, anno Redemptionis nostrae 1691.

Scripsit, Gallico Idiomate Opus inscriptum, et cui Titulus est :

Vita S. Martialis, sive Assertio Apostolatus S. Martialis, et Aliorum adversus hujus temporis censores: Tribus voluminibus, in folio.

« Quorum primum prodiit Claro-Montii, an. 1676 « apud. Jacquard. — Secundum, Lemovicis, anno 1683. — « Tertium, ibidem, anno 1685 ».

« *Hujus Operis meminit Vir Clariss. Dom. Lenglet du* « *Frenoy in Catalogo Historicorum, Tom. 3 suae Methodi* « *pro Studio Historiae, Gallice edito, in 4°, pag. 230* ».

« *Meminit etiam Joannes-Albertus Fabricius, in Bibl.* « *mediae et infimae Latinitatis, Tom. 5, pag. 104* ».

« *Meminit etiam Jacobus Lelong in Bibliotheca Historica Franciae, pag. 38, N. 1066, Sed cum ista Censura:* « *Liber indigestus et parum accuratus.* — Ad paginam 42, « Num. 1162 citat Sanctos Lemovicenees. — Ad pag. 779 num. 15156 « tertium denotat volumen, in quo disseritur Historia Lemovicini Tractus « a tempore Julii Caesaris, quo Annales tum Ecclesiastici tum Civiles de- « scribuntur. — Ad pag. 872 num. 17071 appellat etiam idem Volumen. « Tertium ubi de Viris Illustribus Lemovicini Pagi agitur ».

« *Primum igitur volumen, praeter Epistolam Nuncu-* « *patoriam, Praefationes, et Indices habet paginas 649 sat* « *minutis Characteribus. In eo impugnat opinionem Au-* « *ctorum asserentium Apostolatum S. Martialis ad tempora* « *Decii Imperatoris remittendum esse. Fidem Christianam* « *arbitratur Bonaventura Noster non solum in Italia et* « *Graecia, sed etiam in Gallia, Hispania, Germania, et* « *Anglia ab Apostolorum Discipulis annuntiatam fuisse* ».

« *Volumen Secundum habet paginas 668. Totum in-* « *sumitur in referendis S. Martialis vita, virtutibus, mi-* « *raculis, Corporis Translationibus, Ostensionibus, ac Epi-* « *stolis, quas illius genuinum non suppositum Opus esse* « *contendit Auctor.* »

« *Tertium Volumen, quod satius inscribi posset — An-* « *nales tum Ecclesiastici, tum Civiles Superioris et Inferioris* « *Lemovicini Pagi, habet paginas 874; tractat de ejusdem* « *Provinciae rebus, tum Ecclesiasticis, tum Civilibus a tem-* » *pore S. Martialis, seu a Saeculo primo ad annum 1682* ».

« *Praeter haec Volumina Typis edita, Idiomate Gal-* « *lico, asservabantur olim in Bibliotheca Conventus nostri* « *Lemovicensis, seq. MSS. Latine, Praelo digna, scilicet:*

1. *Expositio in Cantica Canticorum, Versibus Heroicis; in 4.°*

2. *Eliados, seu Vita S. Prophetae Eliae, in decem et octo Libros, in 8.°*

3. *Teresiados, seu Vita S. M. N. Teresiae a Jesu, in Sex Libros distincta, in 8.°*

4. *Piarum Tragoediarum Liber.*

5. *Pia Desideria elegiis, et affectibus illustrata.*

6. *Officium S. Agnetis, in elegantes Versus commutatum.*

7. *Cantica, plusquam mille Versuum, ad instar Canticorum S. M. N. Teresiae, et P. Joannis a Cruce, « in quibus ardens Illius erga Deum amor proditur etc. ».*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 56, et seqq. — De Wiliers, T. I, suae Biblioth., pag. 296, N.° 18).

37. Bonaventura a S. Felice,

Januensis Provinciae Alumnus, XXXVI Praepositus Generalis Italicae Congregationis, Electus in Capitulo Generali die prima Maji, anno Domini 1710.

Obiit Januae, die 5 Aprilis, anno 1717, aetat. 64.

Scripsit Litteras Pastorales ad Religiosos suae Congregationis.

38. Bonaventura a Matre Dei, I.,

Natione Gallus, Parisiis Professus, die 15 Aprilis, anno 1620. Philosophiae ac Theologiae Lector, Prior Parisiensis, et Tolosanus, atque Definitor Provincialis.

Vir doctrina, vitae sanctitate, et sensuum mortificatione conspicuus, atque Tolosae defunctus anno 1635, die 30 Augusti.

Tractat. plurim. Theologiae MSS., reliquit Posteris.

(Ita Ludovicus a S. Teresia, Lib. II. Annal. Cap. 5, pag. 315).

39. Bonaventura a Matre Dei, II.,

Hispanus, Magister Novitiorum Convent. Pueblae.

Scripsit, circa annum 1630, ad nostrum P. Alphonsum a Cruce,

— *Relationes Historicas de Provincia Castellae Veteris S. Eliae :* quibus usus est P. Franciscus a S. Maria, Tomo 2 Reformationis S. Teresiae, Lib. 7. cap. 6, num. 5. (prout monet Ludovicus Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 54).

40. Bonaventura a S. Stanislao,

Polonus, Eruditione, ac Ingenii subtilitate clarus. Edidit Idiomate Polonico,

Plures Orationes Funebres, in folio.

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 60).

41. Bonifacius, a S. Matthaeo,

Polonus, Edidit, anno 1720,

Vitam Venerab. Sororis Nostrae Teresiae a Jesu, Polonae, in folio.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 60).

42. Bruno a S. Aloysio,

Provinciae Romanae Alumnus. A Pio VI Pontif. Max. ob luctuosissimas vicissitudines creatus LVII. Praepositus Generalis, die 6 Maji, anno 1797.

Repentine obiit Romae, actualis Generalis, die 21 Februariis 1801.

Paternam Litteram scripsit ad Religiosos suae Congregationis.

43. Bruno a S. Teresia,

Sequano-Burgundus, patria Bisuntinus, diversis in Locis Prior, Provinciae S. Joseph Belgicae Definitor; deinde, anno 1658; Provinciae Germaniae, sub Titulo SS, Sacramenti, Provincialis. — Gallice edidit,

1. *Compendium vitae, et Miraculorum Sororis nostrae Matr. Annae a Jesu, Hispanae.* Antuerpiae, apud Joannem Bellerum, anno 1634, in 8.°

2. Ex Hispanico Idiomate in Gallicum Sermonem vertit ejusd. Ven. Matr. Annae Vitam, a R. P. Henriquez Libros octo, Hispane scriptam, et edi curavit. Bruxellis, ann. 1639 in 4° apud Franciscum Vivien, « cum « Ode Gallica ad hujus vitae Frontispicium exornandum, et « octo Stanciis Patris Agapiti a S. Joanne Baptista, Provin- « ciae Belgicae ».

3. *Ex Italico Idiomate in Sermonem Gallicum transtulit Librum — De Reformatione Hominis — per R. P. Simonem a S. Paulo, Longobardiae Provincialem,* et edi curavit Lugduni, anno 1672, Tomis duobus, in 8.°

(Ita refert Martial. a S. Jo: Bapta, in sua Biblioth. pag. 60. « Cui praeiverant in duobus prioribus enarrandis « Elucubrationibus Ludovicus Jacob, in Biblioth. Carmelit. MS. « pag. 55, et Daniel a Virgine, Tom. 2 Speculi Carmelitani, « pag. 1128, num. 3962. », — Vid. De Wiliers, Tom. I, Biblioth. Carmelit. pag. 303 N.° 108).

44. Bruno a S. Jvone,

Petri d'Alam, et Magdalenae Luciae Filius, Natione Gallus, Brito in Vico Kerbusée, prope Oppidum Pontecroix, Dioecesis Corisopitensis, anno 1600 natus. Transacta laudabiliter Pueritia, Parisiis Religionis Habitu indutus est anno 1621 ibique anno sequenti Deo votis Solemnibus mancipatus. Emensis Cursibus Philosophico, ac Theologico, factus est Magister Novitiorum. Anno 1637 Venetensis, in Britannia Minori, anno 1640 Mussipontani, in Lotharingia, Prior: sed cum pro humilitate huic officio renuntiasset, electus est Supprior Conventus Parisiensis, ac simul Magister juniorum Fratrum. Animarum salutis zelo accensus, infidelibus quoque prodesse voluit. Postulata a R. P. Philippo a S. Iacobo, Praeposito generali, ad Missiones eundi Licentia, Parisiis die 7 aprilis, anno 1642, versus Massiliam discessit, solvensque e portu Massiliensi, Aleppum Syriae pervenit die 30 augusti, eodem anno 1642, ubi divina Benedictione, propter eximiam charitatem, et indefessum laborem, innumeros ad fidem catholicam convertit. Quamvis percussus fustibus, et chordis pro defensione Ecclesiae Romanae, pro fide et veritate, tantae tamen non solum christianis, sed etiam Mahumetanis venerationi fuit, ut ad eum filios benedicendos adducerent.

Mortuus est Aleppi, anno Dni 1661, die 5 julii. Funus Eius celebratum fuit cum omni solennitate, Dni Francisci Piquet, Francorum Consulis, cum omnibus ejusdem Nationis Residentibus, ac religiosorum omnium Europaeorum Comitatu, sicut et Patriarchae Graecorum cum Clero suo; Archiepiscopi Iacobitarum, Armenorum cum Presbyteris suis et infinitae Plebis multitudine. Magno applausu Funebrem Orationem habuit, Arabico Sermone, R. P. Silvester a S. Agnano, Missionis Capuccinorum in Oriente Custos — scripsit,

1. *Librum Controversiarum — Arabice:* « de quo Ipse « sic loquitur in Epistola scripta die 1 novembris, ann. 1659, uni e Re- « ligiosis nostris Parisiensibus: Sacra Congregatio exigit a me Compendium « Haereseon Orientalium, quod Arabice scripsi; ostendens veritatem Fidei « Catholicae, ut typis mandetur, sed hucusque transmittere non potui ».

2. *Epistolam Gallicam — De Pia Morte R. P. Pauli a Jesu Maria, (Bertii) Leidensis, eius Charissimi Socii.*

huius Autographum penes se habuit Ludovicus Iacob, sed illud postea dono dedit R. P. Ludovico a S. Teresia Carmel. Discalc.).

3. *Epistolam aliam, « cuius Fragmentum Latine redditur a Philippo a SS. Trinitate ».*

4. *Ex Latino sermone, in Arabicum idioma vertit* — Officium B. V. Mariae.

5. *Similiter Arabice transtulit* Officium Defunctorum.

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 60 et seqq. — De Wiliers in sua Biblioth. Carm. pag. 303, N. 109 etc.).

I. Coecilia a Nativitate B. V.

Natione Hispana, Vallisoleti, anno Dni 1570, nata, Patre Antonio Sobrino et matre Maria de Morillas. Mox ut ex ephaebis excessit, sacrae virginitatis cupidissima, in Pontianum nostrum Sanctimonialium Monasterium evolavit, ubi Deo perfectionis nexu devincta, tantis virtutum ac sapientiae radiis praefulsit, ut nihil praeter sacras lectiones die, nocteque tractaret; eoque assiduo studio progressa est, ut abstrusiores earum sensus luculenter exponeret. His pietatis operibus, ac sacris lectionibus intenta, honestissimae vitae cursum felici Agone finivit, anno 1646, die sexta aprilis, aetat 76. Quam praeclaram et sanctam sui memoriam, apud Posteros reliquerit, testantur manu sua exarata scripta, videlicet:

1. *Commentaria in obscuriora loca Divinorum Bibliorum.*

2. *Tractatus (aureus) De Immacolata Deiparae Conceptione.*

3. *Codex suae vitae, « interiorum Affectionum mysticarum in explanatione mirabilis ». — (Haec tria Opera MSS. asservantur in Archivio Sanctimonialum Pontiani Monaster).*

4. *Plura Carmina Mystica, cum quadam illorum explanatione* — (quae MSS. extant in Archivio Monasterii Matritensis).

(Martial a S. Jo: Bapt., pag. 63, et De-Wiliers T. I. suae Biblioth., pag. 304, N. 1).

2. Coelestinus a S. Joseph.

Mediolanensis, in saeculo Franciscus, ex perhonesta Familia Paroli, natus die 11 Ianuarii, anno 1731. Solemnem emisit professionem die prima maij, ann. 1750, in Coenobio nostro Mediolanensi. Fuit Bononiae Praelector, et in ista Civitate Examinator Synodalis, anno 1788, pluries Definitor, et anno 1784, in Comitiis Bononiae habitis die prima maij, Electus LXI. Longobardiae Provincialis. Apoplexiae morbo correptus, piissime obiit in eodem Bononiensi Coenobio die prima augusti, anno Redemptionis nostrae 1796.

Concionator facundus, et forsan, in suo saeculo, nulli secundus.

Edidit, Italice :

1. *Panegirico di S. Ansano Martire, Protettore della Città di Siena in Toscana, recitato in quella Cattedrale.*

2. *Orazione, detta al Senato di Lucca, nella Quaresima dell' anno 1782. Scripsit Litteram Pastoralem ad Religiosos suae Provinciae, ann. 1784.* — Reliquit inedita.

Quadragesimale (Praelo dignum).

Orat. Panegir. — S. Joannae Franciscae Fremiot de Chantal, Mutinae dict. ann 1769 in Eccles. Monial. visitationis pro solenni Sanctificat, praedictae S. Joannae. — Orat. S. Petronii Ep., et S. Catharinae V. Bonon., dictae, ann. 1783, Bononiae, in Basilica ejusd. S. Petronii, in Quadrages. (ex Necr log. Convent. Bononiensis).

3. Coelestinus a S. Liduvina,

Alias Petrus Polius, Batavo-Lugdunensis, Iacobi Polii viri un dequaque doctissimi, Germanus Frater., vir vere Apostolicus, sacrarum Litterarum, seu linguarum peritissimus.

Missionarii Munus Aleppi, in Syria, aliisque Terrae Sanctae Locis, nec non in Indiis orientalibus cum laude exercuit. Conventum nostrum Montis-Libani erexit, ac in eo venerabilem Dei servum Franciscum de Chaseüil, Gallum, excepit; et illic notoria sanctitatis opinione defunctum, anno 1644, Oratione Funebri, et Epitaphio, *Arabice*, celebravit.

Unus fuit Coelestinus ex iis, quod Illmus Sergius Risius Archiepiscopus Damascenus Maronita potissimum consuluit pro Editione Bibliorum Arabicorum, Romae anno 1671, jussu, et Typis Sacrae Congregationis De Propaganda Fide editorum; quorum etiam mendis Typographicis emendandis praepositus fuit, cum aliis viris ejusdem linguae Arabicae peritis, adjunctis. Ad missiones Nostras Orientales visitandas missus a R. P. Praeposito generali, Suratae vivere desiit, virtutibus ac zelo salutis animarum clarus. — Scripsit,

1. Ex Latino, in Arabicum idioma transtulit pium librum — *De Imitatione Christi,* — qui eo idiomate fuit

editus Romae, an. 1663, Typ. De Propaganda Fide — « versio « haec, cui nihil deest tum quoad dictionem, tum quoad sty- « lum, perfecte elegans est, inquit Mercurius Gallicus, anno « 1744. Mense iulio, pag. 1526, 1527. *Cette version est « d'une élégance parfaite, et rien n'y manque du côté de « la diction, et du stile* ».

2. Vertit etiam Arabice — *Vitam S. M. N. Teresiae a Jesu.* —

3. Ex Arabico, Latinum fecit volumen continens — *Plurimas Parabolas ac sententias Aucthorum Arabicorum.* —

4. *Pratum solitariis, et consolationem Anachoritae: tractans de praecipuis virtutibus,* Opus quingentis retro annis (a Monacho quodam Aegyptio scriptum).

5. *Volumen Alcorani.*

6. *De praecipuis Controversiis inter Catholicos et Haereticos Orientis.*

7. *Sermones aliquot in Evangelia.*

8. *Sermonem Historicum S. Gregorii Decapolitae.*

9. *Pios aliquot alios Libellos.*

10. *Initia Missionis nostrae Montis Libani (Italice).*

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 77, De Wiliers, T. I. suae Biblioth. pag. 305, N. 2 etc.).

4. Coesarius a S. Bonaventura,

Lugduni-Batavorum natus die 6 martii, anno 1605, genitore Petro Betsio, celebri ibidem Theologiae Calviniane professore, ast postmodum ejuratis erroribus, constanti Religionis Catholicae, propugnatore Patrem una cum matre, et fratribus secutus in Galliam Teresianis nomen dedit, uti et duo ejus fratres germani scilicet, Paulus a Iesu Maria (vid. suo artic. 28), et Petrus a Matre Dei (vid. suo artic.)

Ipse vero dein destinatus Missionarius anno 1647 in Hollandiam, fundavit *illic,* seu primus instituit Nostram Gallicam Missionem, quae est in Huga-Comitis.

Hinc Ambianensis Prior, anno 1661, et anno sequenti 1662, per definitorium nostrum generalem ad Insulam Melitensem evocatus, ibique Prior, anno eodem, die 27 octobris, obiit, pietate et doctrina insignis. — Scripsit,

Tractatum — De SS. Eucharistiae Sacramento: —
« in quo e SS. Scripturis demonstrat Realem corporis Christi
« praesentiam; Nomen et significatum Transubstantionis vindi-
« cat, et potestatem Ecclesiae ad prohibendum Laicis Usum
« Calicis; ac probat in Missa offerri verum ac proprium sa-
« crificium ».

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 64. — De Wiliers, T. 1, suae Biblioth., pag. 306, N. 5).

5. Coesarius a S. Paulo,

Aquitanus Natione, natus in loco dicto Savagnac, dioecesis Lemovicensis.

Anno 1636 Lemovicas studiorum causa missus, ibidemque in Conventu Nro Religiosis Habitu indutus, ac sequenti anno professus. Peracto studiorum cursu, totum se animarum lucro consecravit, confessionibus audiendis, moestis consolandis, infirmisque visitandis. Tum in saeculo, tum in Religione tentata a mulieribus ejus pudicitia, gloriosum triumphum retulit. Ad extremam senectutem perveniens, Epiphorae morbo correptus, obiit Cadurci die 31 januar, anno Domini 1718 — Edidit Epistolas duas Gallicas,

— *De Divitum Obbligatione clargiendi Elemosinam.* — Claromontii, anno 1704, in 12°.

« Servabatur olim in Conventu nostro Cadurcensi Opus
« limatum — *Contra ea, quae scripsit D. Armandus-Jo-*
« *annes le Bouthillier de Rancè — De Obbligatione Re-*
« *ligiosorum ad Liborem Mannuum* ».

(Ita Martial. a S. Jo: Bapta pag. 64).

6. Coesarius a SS. Sacramento,

Natione Lotharingus, in Oppido Vic, dioecesis Metensis, natus, anno 1616, die 10 octobris, professus Nancaei, die 28 martii, anno 1634. Vix prima attigerat Sacerdotii tempora, cum Divini verbi dispensationi totus Apostolico more incubuit; magnam existimationem apud Magnates, Principes, Episcopos, ac Ludovicum XIV, ob miram de Deo, ac rebus divinis loquendi facundiam adeptus. Conventum Vici, ex Eleemosinis Magnatum, ac Ludovici XIV fundavit. Episcopatus sibi oblatos, constantissime recusavit. In dignitatibus Prioris, definitoris, ac visitatoris generalis spiritum Religionis fovit.

In Domino obdormivit, Parisiis, die 21 maij, anno salutis nostrae 1688.

Scripsit Gallice, ac Praelo subjecit Opera infrascripta:

1. *De Prece Peccatoris poenitentis in recitatione Orationis Dominicae.* Parisiis, 1680, in 16°.

2. *Methodus diem sancte transigendi, ac modus audiendi Missam, et se ad Communionem disponendi.* — Ibidem, 1682, in 12°.

3. *Relatio de virtutibus R. P. Juliani a Cruce, Neustrii, in Coenob. Nro Parisiensi defuncti, anno 1663, die 12 Januarii:* « qua usus est Ludovicus a S. Teresia in Annalibus Galliae, cad. 159 et seqq. »

4. *Ultima verba R. P. Mauritii a Cruce, Barensis, Provincialis, ibidem defuncti, anno 1650, die 1 decembris.* Parisiis, anno 1661, in 4°.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 65. — De Wiliers, T. I, suae Biblioth. pag. 307, N. 7 etc.).

7. Cajetanus a S. Joseph,

Ulyssiponensis, ad Gubernacula natus videbatur; supra magnam et insignem justitiam fundatus, Provinciae suae clavum semel, et iterum tenuit, celebris Theologus, celebris et Concionator, ad Verbum Dei praedicandum strenue accinctus, totius Regni existimationem promeruit, Fama vociferante, pro Capella Regali Concionator destinatus. — Praelo subjecit:

1. *Concionem habitam in Actu Fidei Ulyssipone celebrato.*

2. *Pro Gratiarum Actione in Nativitate Principis Lusitaniae.*

3. *Pro Gratiarum Actione in Nativitate Infantis Lusitaniae.*

4. *De eodem argumento.*

5. *Epitome Principum.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 65).

8. Calixtus a S. Dominico,

Mauriaci, in Arvernia Superiori ad Ripam Duranii, ortus. Vir fuit in Caeremoniis, ac Rubricis Ecclesiasticis apprime versatus. Obiit in Conventu Nro Burdigalensi S. Mariae de

Salute. Scripsit — *Directorium perpetuum pro Divinis Officiis Celebrandis, ad Missis recitandis, juxta usum Carmelitar. Discalceat.* —, Praelo dignum, quod volumen unum, in folio, satis amplum constitueret, et nitidissime ejus manu scriptum. — Servabatur olim in eodem Burdigalensi Coenobio.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag, 65 et seq.) — (Vid. De Wiliers, T. 1, suae Biblioth. pag. 308, linea 13).

9. Carolus ab Assumptione B. V.,

Natione Belga, patria Ghislenus, dictus in saeculo Carolus de Brias, Comitis Briacensis, pro Rege Catholico Mariburgensis Civitatis, tum inter Belgicas munitissimae, Gubernatoris Filius, natus, anno Domini 1626.

Duaci apud Nostros Religiosam professionem emisit, anno 1654, omnibus saeculi superatis impedimentis, quibus ob praestita in bello fortitudinis ac generositatis impedimenta, ad avitam Majorum gloriam conscendere coeperat, Patrui potissimum Marchionis de Molinghen, praepropere defuncti morte perculsus.

Emissa solenni professione, ac peracto summa cum laude studiorum curriculo, a R. P. Dominico a SS. Trinitate Praeposito generali Litteras patentes obtinuerat, ut primo ad Romanum Missionum Seminarium Nostrum, deinde in Persidem se transferret; sed talem discessum impediere suae Provincia Superiores; quodque Barbaris ac Infidelibus impendere non potuit, compensare studuit, tum Lectoris munere per plures annos fungendo, tum cum Superior Inferiorum utilitati ac profectui totus incubuit, paternis eos excipiens affectibus, maternis consolans, nihilque veri ac boni Pastoris praetermittens.

Religiosam Humilitatem, Nobilitati praetulit, illustrissimo Comitatu, amplissima haereditate paterna, ut et Militiae Magisteriis (fuerat enim unius Legionis Tribunus) relictis; nihil ex Doctrinae fama superbiens, quamvis Ingenii subtilitate et solertia adeo floruerit, ut Nulli Accademiae Duacensis Doctori doctrina cedere existimatus sit, ut ex gratulabundis ad Ipsum, ex variis Orbis partibus Epistolis constat.

Adveniente demum tempore, quo laborum ac bonorum operum mercedem consecuturus erat, acutissimis doloribus invicta patientia toleratis, ipso Purificationis Beatae Virginis illucescente die, e Lecto exiliens, ac genuflexus, accepta summa devotione Sacra Eucharistia, ac ultima Unctione, moestos Fratres ad Regularem Observantiam adhortans, inter Suorum gemitus, obdormivit in Domino, primo reassumpti Provincialatus anno, die 3 februarii. ann. 1686, aetat. 60, Religiosae professionis 32, Sacerdotii 27. — Plura edidit ac reliquit praeclari sui Ingenii monumenta, quorum Inscriptiones sunt:

1. *Thomistarum Triumphus*, idest, *SS. Augustini et Thomae, gemini Ecclesiae solis summa concordia, circa Scientiam mediam, Naturam puram, aut Duplicem Dei Amorem, Libertatem, Contritionem, et Probabilitatem.* Editio Secunda Duaci, anno 1612, in 4°, per Germanum Philaletem Eupistinum, — (Citatur a Vincentio Placcio in Theatro Pseudonymorum, pag. 497, N. 2099).

Tomus II. complectens quatuor posteriora Opusculà — *de Natura pura, seu de Duplici Dei Amore, de Libertate, de Contritione, de Probabilitate.* Ibidem, anno 1673, in 4°.

Tomus III. *adversus Defensionem R. P. Fourmestraux*, cui adjungitur praeclara ac solida de phisica praedeterminatione disputatio Theologi Lovaniensis, ex triumpho Thomistarum nervose deducta. — Ibidem, anno 1674, in 4°.

2. *Funiculus triplex*, quo necessitas Angelici luminis D. Thomae, ad veram S. Augustini intelligentiam insolubiliter stringitur, adversus Bajum, Molinam, et Jansenium, per Carolum ab Assumptione Carmelitae Discalc. in Collegio suo Duaceno, nuper Lectorem, nunc et semper Germanum Philalethem Eupistinum. — Cameraci, anno 1675, in 4°.

3. *Pentalogus Diaphoricus*, sive quinque differentiarum notiones, ex quibus verum judicatur de dilatione absolutionis ad mentem gemini ecclesiae solis SS. Àugustini et Thomae, oblatus ad examen SS. Papae Innocentio XI, in 8° (Citatur in Bibliotheca Telleriana, pag. 90, num. 1641, sed damnatus est ex Decreto S. Congregationis Indicis 3 aprilis 1685).

4. *Epistolae decem Galliae ad Illustrissimum D.* « *Episcopum Tornacensem, sub hoc Titulo: Theolo-* « *gi Flandri, Epistolae, ad Illustriss.* etc. ubi de dilatione

« absolutionis, de confessione informi, ac de frequente ad sacram Synaxim « accessu tractatur ». — Reperiuntur in Bibliotheca Telleriana, pag. 50, num. 779).

5. *Elucidatio circa usum absolutionis consuetudinariorum, et recidivorum, secundum doctrinam S. Thomae Aquin, cum tribus Regulis pro frequente Communione* etc. — Leodii, anno 1682.

6. *Vindiciarum postulatio a Jesu Christo, peccatorum omnium paenitentium et impaenitentium Redemptore,* adversus Rigoristas, homines a sacro Tribunali, retrahentes. — Leodii, anno 1683.

« Quod opus idem utrumque gallice, ibidem edi curavit, et citatur « in dicta Bibliotheca Telleriana, pag. 50, num. 778, et pag. 90; num. « 1641, et seqq.).

(Matial. a S. Io: Bapta, pag. 66 et seqq. — De Wiliers, T. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 311, N. 16, et pag. 556, N. 66, verbo — Germanus Philalethes Eupistinus, etc.).

10. Carolus a S. Brunone,

Burgundiae Provinciae alumnus, electus, die 8 Maji, anno 1683, XXVII. Praepositus Generalis Italicae Congregrationis.

Obiit: Romae, die 2 januarii, ann. 1697, aetat. 75. — Scripsit:

Epistol. Pastoral. ad Religiosos suae Congregationis.

11. Carolus-Aloysius a S. Alexio,

Natione Hispanus (non Italus), et Longobardiae Provinciae alumnus.

Transtulit ex hispano in italicum idioma:

Tomum tertium historiae nostrae generalis Hispaniae — ac typis edi curavit, Parmae, anno 1689, in folio. — Obiit, Mediolani, anno 1699, die 20 aprilis, aetat. 54. (Ita ex ex Necrolog. Longobardiae Provinc.)

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 71).

12. Carolus-Augustinus a S. Teresia,

Mediolanensis, electus XXXIII Longobardiae Provincialis, in comitiis Bononiae habitis die 28 aprilis, anno 1703.

Obiit, Mediolani, die 29 novembris, anno Domini 1711, aetat. 62. — Scripsit:

Litter. Pastoral. ad subditos suae Provinciae.

13. Carolus-Felix a S. Teresia,

Romanae Provinciae alumnus, electus, die 11 maji, anno 1680, XXVI Praepositus Generalis Italicae Congregationis. — Fuit etiam Rector Seminarii S. Pancratii, cui plurimum profuit tam in temporalibus, quam in spiritualibus.

Obiit, Romae, die 21 julii, ann. 1712, aetat. 72. — Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Congregationis.

14. Carolus-Franciscus a S. Ioanne a Cruce,

Natione Pedemontanus, ex nobili familia Vasco, E.mi Cardinalis *Ferrarii* Episcopi Vercellensis consanguineus, et Marchionis de Ormea, primi administri Regis Sardiniae, Electus XL. Praepositus Generalis Italicae Congregationis, die 26 aprilis, anno 1722. Postea ad Episcopatum Albensem (in Ducat Montis Ferrati) promotus fuit a Benedicto XIII Pontif. Max.

In sua sede episcopali obiit; pastorali sollicitudine, ac doctrina conspicuus die 31 decembris, anno 1749, aetatis suae 75. — Scripsit:

Litter. Pastoral. tum ad Religios. suae Congregat., tum ad suos dioecesanos.

15. Carolus-Marianus a S. Michaele,

In saeculo Michael, filius domini Caroli, et dominae Isabellae Belbucci, Mediolanensium, natus die 5 Februarii, anno Redemptionis nostrae 1644.

Habitum Teresianum in patrio conventu induit die 5 martii, anno 1662; et anno sequenti solemnia vota dixit. Tanta pietate praeditus, tot virtutibus excultus evasit, ut ipsius Longobardiae Provincia, suas fere omnes praecipuas dignitates ipsi donaverit. Fuit nempe, Prior, Definitor, atque Provincialis Vicarius; et non tantummodo suis consodalibus, sed etiam E.mis Cardinalibus Ruffo, et Acquavivae, aliisque Principibus summopere charus extitit. In insula Melitensi, Cremonae, Mediolani, Placentiae munus consultoris S. Officii summa cum laude sustinuit; atque eius vota a viris doctis magna aexistimatione accepta semper fuerunt, uti doctrinis theologicis, et ecclesiasticis referta.

Placentiae obiit, Theologus Ser.mi Francisci I Ducis Parmae, Placentiae etc. etc., atque consultor perpetuus, et ubique, ex diplomate pontificio, cum annos ageret 75, die 14 octobris, anno 1719. (Haec fere omnia ex Necrolog. Placentini Coenob.)

Edidit Panormi, ann. 1694, et Placentiae, ann. 1702.

Orationes Panegyric. Tom. 2°, in 8°.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 71).

16. Carolus-Stephanus a S. Fausto,

Vocatus in saeculo Ioseph, ortum habuit, Mutinae, die 8 januar. 1687, et eius progenitores fuerunt DD. Carolus-Franciscus Piazza familia extincta in hoc piissimo Religioso, et Francisca Vordi.

Ab adolescentia divinitus illustratus, anno aetatis suae decimo sexto, nondum completo, Nostrum Institutum elegit, habitumque in patria suscepit die 21 decembris, an. 1702, et sequenti anno, die 23 ejusdem mensis, solemnem emisit professionem. Laudabiliter emenso Placentiae, studiorum cursu, paulo post electus est Magister Novitiorum; inde prior convent. Bononiae, Placentiae, bis Mediolani, semel S. Eremi, et Mutinae. Fuit etiam visitator Generalis Provinciarum, Longobardiae, Januensis et Poloniae. Cum fama Sanctitatis obiit Mutinae, actualis Prior, die 15 decembris, anno 1762. Vir, veluti Angelus. ab omnibus fuit aexistimatus et aeterna dignus memoria, Principibus Estensibus, et Mutinensi Episcopo D.no Josepho de Comitibus Fogliani, valde charus. — Reliquit varia opuscula ascetica:

Quadragesimale, Advent., Exercitia Spiritualia pro Monialibus, et Exhortationes Monasticas.

(Ita ex Necrolog. Convent. Mutinensis).

17. Casilda a S. Angelo,

Natione Hispana, patria Burgensis, Filia magnae et Sanctae illius foeminae Catharinae de Tolosa, quae Burgensis Monialium nostrarum Monasterii Fundatrix fuit, et Ordini Nostro duos Filios, et quinque Filias, ac demum Seipsam dedit Palentiae, Habitum Religionis assumendo, ubi rara Sanctitate vixit,

et interiit. Casilda autem Virgo coram Deo et hominibus, omnibus Angelicis decorata virtutibus, vitae Sanctimonia, prophetiae Spiritu, innumeris revelationibus, ac Christi et Sanctorum Apparitionibus illustris, scripsit circa annum 1592:

De Gratiis ac Revelationibus sibi a Deo exhibitis — Volumen integrum MS.

(De-Wiliers, Tom. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 318, N. 29.)

18. Casimirus a S. Dominico,

Tranensis, Provinciae Neapolitanae Alumnus, Vir Litteris humanioribus valde peritus, Neapoli suis Concionibus celeberrimus, bis Prior Neapolitani, et Melitensis Convent, Visitator Generalis Provinciae Siciliae, obiit Mazzarae, 1670; dum actu visitabat illum conventum. — Edidit:

1. *De Lingua Latina T. I. (Latine).*
2. *Tota Philosophia, in Carmine (Italice).*
3. *Orationes Sacras. — (Italice).*

(Haec refert Nicolaus Toppi, in Bibliotheca Neapolitana, pag. 61).

19. Casimirus ab Immaculata Conceptione,

Mutinensis, ex Civili Parruti familia (in ipso extincta) natus die 22 Martii, anno Domini 1722. In patrio Coenobio Solemnem Professionem emisit die 25 Septembris, ann. 1740. Peracto Cremonae, et deinde in Romano Missionum Seminario S. Pancratii studiorum cursu, per viginti et amplius ann. munus Magistri Novitiorum summa cum laude exercuit, et aequali laude gubernavit postea Convent. Regii Lepidi, Parm., et Mutin. Iterato Apoplexiae ictu Mutinae, obdormivit in Domino, die 30 Augusti, ann. 1788.

Diffuse scripsit Vitas seqq. Religiosorum, qui in pace quieverunt in Mutinensi Coenobio, ab anno 1766 usque ad annum 1781.

1. *P. Bartholomaei ab Omnibus Sanctis* — (V. suo art.)
2. *Fr. Aloysii a S. Joseph. — Convers.*
3. *P. Romualdi a S. Maria.*
4. *Fr. Vincentii Mariae a Nativitate. — Convers.*
5. *P. Prosperi a S. Maximilla* — Mutinensis, ex Comitibus Ferrari).

6. *Fr. Francisci de Paula a S. Nicolao* — *Convers.*
7. *P. Petri-Antonii a S. Joseph.*
8. *Fr. Vitalis a Conceptione B. V,* — *Convers.*
9. *P. Cyrilli a S. Joanne.*
10. *Fr. Michaelis a Jesu Maria.* }
11. *Fr. Thomae a S. Andrea.* } *Convers.*
12. *Fr. Conradi a Passione.* }
13. *Fr. Josephi-Antonii a Virgine* }
14. *P. Antonii a S. Catharina* (Defunct. actual. Confessar. Ordin. Nostrarum Monialium).

« Reliquit etiam MSS. *Advent., Quadrages., Exercitia* « *Spiritual. pro Monialib., Discurs. pro vestit., et Profess.* « *Novit., atq. Exhortat. Monast.* » — (Haec, ex Necrolog. Mutin. Convent.).

20. Casimirus a S....

Conventus Huiensis Coenobita, edidit Gallice, Librum cui Titulum apposuit:

« *Collatio Elocutionum Scripturae Sacrae, Conci-* « *liorum, SS. PP., et Doctorum Ecclesiae, maxime S. Fran-* « *cisci Salesii, cum verbis P. Quesnelli, et 101 ejus Pro-* « *positionibus per Bullam Unigenitus* etc. *damnatis.* — « Accedit ejusdem S. Francisci Salesii, Instructio de modo « concionandi, ad meliorem Stylum redacta. » — Leodii. apud Bronkartium, anno 1720, in 12°.

« Praemittitur huic Operi Epistola Illmi D. Episcopi Sves- « sionensis (Joann.-Joseph Languet, tunc Suessionens. Episcop., « postea, anno 1730. Sennonensis Archiepiscop.) qua et illud « commendat, et ex quo se pro suis Elucubrationibus, aliquam « utilitatem percepturum asserit. »

(Martial. a S. Io: Bapta; pag. 71).

21. Cassianus a S. Elia,

Mediolanensis, in Saeculo Cassianus Paravicinus nuncupatus. Tertio aetatis lustro emenso Institutum Nostrum suscepit, jam Eloquentiae praeceptis imbutus: ideo emissa Solemni Professione, Philosophiam, atque Theologiam auditurus Bononiae, Ludovico-Mariae Augudio, (*) (qui anno 1669, ex Indulgentia

(*) Vid. Artic. Ludovicus M. Aguli.

Summi Pontificis Clementis IX ad Ordinem Praedicatorum transiit), viro eruditissimo traditur circa annum 1649. Eo Doctore cúm non modicum profecisset, Romam ad nostrum Seminarium Missionum missus fuit, ut exoticas Linguas, et eam, quae ad Dogmata pertinet, Sacrae Facultatis partem perciperet. Addixerat se Cassianus emisso voto ad S. Missiones, in haeretica labe infectis Regionibus habendas ; et eam ob causam Majorum Decretis paratiorem se exibiturus, operae praetium aextimavit, his disciplinis, quae ad rem ipsam apprime faciunt, animum excolere.

Iamque Insubriam revisere meditabatur, cum itinere R. P. Praepositi generalis Litterae Ei redduntur, jubentis ut in Florentino coenobio speculativas scientias auditoribus praelegeret. Verum cognita Ejus in sacris concionibus habendis peritia, ad Apostolicum Ministerium Venetiis primum, tum in aliis Italicis Urbibus multos per annos Verbum Domini, non sine ingenti plausu atque profectu Christianae Religionis, Populis annuntiavit circa annum 1670, quando scribente Philippo Picinello, (in Athenaeo vivor. litterator. Mediolan., pag. 112 et seqq.) per bina jam lustra concionatoris officio functus fuerat; et inter celeberrimos Nostrae Congregationis Italicae oratores computabatur, frequentesque ad Eum audiendum S. R. Eccles. Cardinales, Principes, et Proceres conveniebant. Tandem in osculo Pacis, obiit in coenobio nostro Mediolanensi die quinta Januarii, anno 1714, aetatis suae 84. — (Ita ex Necrolog. Provinc. Longobardiae). — Edidit:

1. *Centum Historiarum Examen, cum Sententiis definitivis in utroque Jure et utroque Foro.* — Bononiae, an. 1668, in folio.

(De hoc Opere tractatur in Actis Eruditorum Lipsiensium, an. 1683, pag. 269).

2. *Theologia Moralis expurgata.* — Mediolani, ann. 1684, in folio — « In ea materias omnes molestas, (ajunt iidem Lipsenses, in « Actis, anni 1685, pag. 253), quae in propositionibus ab Alexandro VII, « et Innocentio XI damnatis continentur, in locos communes, « et ordinem alphabeticum redigere voluit; reliquis quae nulla « ut ait, damnatione hactenus affectae sunt, alteri Tomo reser« vatis. Ita vero in singulis versatur, ut propositiones damnatas, « quod unum ipsi per Decreta Pontificum licebat, impugnet,

« et quae pro illis defendendis obiici solent aut possunt, studiose « diluat ac refellat, inqniunt iidem Aucthores.

3. *Arbor omnium Opinionum Moralium*, in qua omnia a Theologis, et Canonistis scripta, brevi metodo Alphabetica continentur. — Tom. VI, in fol. — Ferrariae, ann. 1705, et seqq.

4. *Itinerarium Historico-Morale, seu Responsa, quae itinerando, tum oretenus, tum scriptis dedit interrogantibus.* — Mediolani, anno 1712, in 4°.

« Reliquit multa Opuscula Spiritualia, *Quadragesimal.*, « *et Orat. Panegyr.*, quae MSS. asservabantur olim partim « in Coenob. Mediolan. et partim in Bononiensi convent.

(Vid. Martial. a S. Io: Bapta, pag. 71. — De-Wiliers, Tom. I. suae Biblioth Carmelit. pag. 319 N. 32, Philippus Picinelli in athenaeo vivorum litteratorum Mediolanen., pag. 112. 132 et seqq. — Philippus Argelati Scriptor Mediolan., pag. 1039, num. 1236 etc.)

22. Catharina de Cardona,

Neapolitana, ex Ducibus Cardonae, anno salutis 1519 orta, Infantium Hispaniae moderatrix, lucidissimum poenitentiae speculum, et immortale Reformationis Teresianae decus, Santissimorum Anachoretarum perfectissima imitatrix.

*Praesentibus nostris religiosis, decessit sanctissime, induta habitu teresiano, in eremo Rodae, prope nostrum coenobium, anno Christi 1577, die 11 maji, miraculis clara.

Scripsit :

Epistolas quamplurimas ad S. M. N. Teresiam a Jesu, Joannem austriacum Caroli V Coesaris Nothum, aliosque Magnates Curiae Hispaniae.

(De Wiliers, Tom. 1, suae Bibliath., pag. 320, N. 23).

23. Catharina a Christo, I,

Madrigali in Castella veteri, nata, anno 1545, die 28 octobris, parentibus Christoforo de Balmaseda, (consanguineo S. M. N. Teresiae), et Ioanna de Bustamante. Decimo aetatis anno divinitus illustrata, votum castitatis emisit. Post mortem piorum parentum, coepit, anno Domini 1571 de statu religionis assumendo cogitare, et die 6 octobris, monialis teresiana Metymnae Campi, sub S. M. Teresia facta est. Emissa professione,

ad omnia obedientiae munia fuit parata. In fundatione monasterii Soriae, anno 1581, S. M. N. Teresiae sociata, ac ibidem prima priorissa. Postea monasteriorum Pompejopolitani, et Barchinonensis fundatrix, et priorissa. Quo in officio Barchinonae, maxima cum sanctitatis fama, in Domino obdormivit, anno salutis 1594, die 3 januar.

Scripsit :

Epistolas nonnullas, quibus respondet S. M. Teresia, praesertim per Epistolas 62 et 63, cum Notis Illmi Dom. Ioannis de Palafox.

(De Wiliers, T. 1, suae Biblioth. pag. 320, N. 24 — et Ludov. Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 57, etc.)

24. Catharina a Christo, II,

Hispana, nata in oppido de Villa Castin, in tractu Abulensi ; in ea civitate nostris monialibus adscripta, anno 1593, omni virtutum genere florescens, ibidem sanctissime obiit, anno 1646, die 19 decembris.

Scripsit, hispane, opusculum inscriptum :

Christi locutiones.

« Extat sua manu exaratum in conventu nostro Abulensi ».

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 72).

25. Catharina a Cruce,

In saeculo Victoria, filia Alphonsi Casali, marchionis oppidi Monticelli (in ducat. Parmens.) orta (accidentaliter) Bononiae, die 15 decembris, anno Domini 1608.

Vix completo aetatis suae anno decimosexto, in Cremonensi monasterio (fundato die 3 aprilis, anno 1613, et suppress. ab Imperat. Iosepho II, anno 1782, mens. maji). Teresianum habitum sumpsit die 13 aprilis, anno 1625, et anno seq., die 16, eiusd. mensis solemnia vota dixit. Ibi munia suppriorissae, ac successive priorissae laudabiliter gessit. Postea anno 1652, Superiorum Ordinis jussu, ad fundationem Mutinensis monasterii (una cum ven. Matr. anno ab Ascensione) se conferens, illum, pluries, sanctissime rexit ; ex quo ad aeternas Sponsi Supremas nuptias vocata, intravit in gaudium Domini, anno salutis nostrae 1676, die 12 aprilis.

Scripsit, italice :

Il Costumiere delle Carmelitane Scalze del Monastero di Modena.

Reliquit MSS. varia opuscula spiritualia, quae asservab. olim in archiv. praefati monasterii.

(Ex Necrolog. ejusd. Monast. quod nunc extat in Biblioth: Estensi).

« Vitam huius ven. matr. Catharinae, diffuse scripsit, Superiorum iussu, M. Maria Beatrix ab Incarnatione, professa in eod. Monaster. (Vid. suo artic.)

26. Catharina a Iesu, I.

Natione Hispana, in oppido Veas, die 24 februarii, anno 1540, nata, patrem habuit nobilissimum virum Sanchez Rodericum de Sandoval, nec minus illustrem matrem Catharinam Godinez. Sumptibus suis monasterium monialibus nostris extrui curavit in ipso oppido Veas, anno 1575, in quod ipsa ingressa, elapso probationis anno, solemnem emisit professionem. Postea missa ad Granatensis conventus fundationem, a ven. Anna a Iesu in eius Priorissae locum substituta est, quamvis totis viribus obstaret. Iussu S. M. N. Teresiae sibi apparentis, fundato monasterio in oppido Sabiote, rediens Veasium, obiit die S. Mathiae, hora tertia post mediam noctem, anno 1586, eodem die quo nata, et quo professionem emiserat.

Scripsit:

1. *Vitam suam (S. M. N. Teresiae tunc defunctae, et Ei apparentis mandato).*

2. *Monita ad R. P. Hieronymum (Gratiani) a Matre Dei, a S. M. Teresia post mortem data contra Revelationes divinas.*

Gallice prodierunt ad Calcem Epistolarum S. M. Teresiae, pag. 687, Bruxellis, in 8°.

3. *De Revelationibus sibi coelitus factis (mediante S. M. Teresia) Nostri Ordinis concernentibus, Relationem.* Ibidem, pag. 727 et seqq.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 72 et seqq. — De Wiliers, T. 1, suae Biblioth., pag. 321, N. 26, etc.)

27. Catharina a Iesu, II.

Natione Aquitana, Burdigalae nata, die 5 aprilis, anno 1589, genitore Carolo de Nicolas, divite ac pio mercatore, in saeculo

appellari Rosa Lequen solita. A teneris ungulis sic orationi fuit dedita, ut decennis saepissime in Ecclesiis, oculis ad Christi Crucifixi imaginem elevatis, quinque horarum spatio genuflexa, permaneret immobilis. A Deo ad statum religiosum vocata, Nostra, de qua multa mira audierat, tanto magis ei placuit, quanto strictiori observantia florere cognovit. Sed cum nondum Burdigalae constructum esset monasterium, Parisios petens, anno 1608, die 4 augusti, voti compos effecta est, totamque Deo se consecrans, virtutumque omnium exemplar facta, solemnem emisit Professionem, tanto fervore spiritus, ut in Deum tota videretur absorpta. — Migravit in coelum Parisiis, anno 1623, die 19 februarii, in monasterio Matris Dei: sed eius corpus delatum et humatum fuit in monaster. Incarnationis, in suburbio S. Iacobi.

Scripsit, gallice :

Epistolas nonnullas, quas in lucem emisit E.mus Petrus Cardinalis Berullus una cum eius vita, quam composuit Venerab. Mater Magdalena a S. Ioseph, Testis oculata.

Parisiis, ann. 1624, 1626, 1628, in 8°.

cuius ad calcem extant dictae Epistolae N. 50, cum aliis piis opusculis.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 76. — De Wiliers, T. I. suae Biblioth. pag. 321, N. 27, etc.

28. Catharina a Iesu Maria,

Granatensis, hispana, plures reliquit pios ac spirituales Tractatus, qui servantur in archiviis nostris Matritensibus.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 77).

29. Cherubinus a S. Hieronymo,

Mediolanensis, in saeculo Carolus, ex familia Parea, natus die 24 augusti, anno 1744. Professionem solemnem emisit in Mediolan. coenobio, die 21 septembris, anno Domini 1760. Fuit praelector, pluries definitor, et anno 1790, in comitiis Parmae habitis, die 28 aprilis, electus est Longobardiae Provincialis LXIII. Actualis Prior obiit in Ferrariensi coenobio (represtinato anno 1821), die 20 novembris, anno salutis 1823.

— Oratoriam facultatem incoluit, et concionatoris munus in praecipuis Italiae urbibus praeclare gessit.

Scripsit, italice:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Provinciae.

Reliquit Quadragesimal. (Praelo dignum), *Tractat. Theolog., Dissertat. et Orat. Panegyr.* — *MSS.*

(Ex Necrolog. Coenob. Ferrar.)

30. Cherubinus a S. Ioseph,

Dictus in saeculo Alexander de Boria, divitibus ac honestissimis parentibus, die 5 augusti, anno 1639 ortus est Martelli, urbe non ignobili amplissimi ac nobilissimi vice-comitatus Turenensis ad Lemovicensium et Cadurcorum fines, prope Duranium, seu (ut vocant) Dordoniam sita. Puerulus adhuc, varia acuti, ac excellentis ingenii specimina praebens, cum per aetatem licuit, Cadurcum, humanioribus litteris instruendus, missus, condiscipulos omnes longo post se intervallo reliquit, in latinis graecisque litteris perdiscendis; sed iugum Domini ab adolescentia sua portare desiderans, nondum completo aetatis suae anno decimosexto, Religioni nostrae nomen dedit, anno 1655, ac optatam sequenti in conventu nostro Burdigalensi professionem emisit, die 20 mart.

Emenso philosophiae ac Theologiae curriculo, tantum in his profecisse, Provinciae suae Superioribus visus est, ut eas docendi cura ipsi mandata fuerit: sed zelo salutis animarum aestuans, licentiam a Superioribus obtinuit, ut cum R. P. Angelo a S. Ioseph condiscipulo suo (Vid. suo artic.) in romanum S. Pancratii seminarium adiret Operariis Vineae Domini instituendis destinatum; ubi aetatis suae 23 sacerdotio initiatus est. Sed cum post aliquod tempus ibi transactum, ob infirmas vires, impar sustinendis Apostolicis laboribus fuisset repertus, magno sui moerore in suam Aquitanicam provinciam remissus fuit: ibique in pluribus conventibus tum philosophiam, tum theologiam diu docuit, ut nedum vix ab aliquo superaretur, sed paucos forsan aequales haberet. Antiquae philosophiae minime contentus angustiis, sic novam ipsemet didicit, ut procuratis machinis, nullum fere genus experientiae, illi perdiscendae aut utile, aut comodum omiserit, studens simul

mathematicis disciplinis, opticae, dioptricae, catoptricae, geometriae, astronomiae, aliisque huius praeclarae scientiae partibus, in quibus summe delectabatur, et quas nullius aut magisterio, aut auxilio comparavit.

Peractis temporibus ad studiosam iuventutem in litteris erudiendis a Superioribus praefixis, solitudinis amantissimus, et a saecularium conversatione multum alienus, festivis licet moribus ac optima indole praeditus, primum eremi apud suos Aquitaniae sodales supprior; deinde Cadurcensis prior, saepissime definitor, ac tandem Provincialis electus est, anno 1682. Ad eamdem dignitatem iterum post aliquos annos assumptus, ac postea visitator generalis provinc. Parisiensis et Normandiae; sic subditorum gubernationi incumbebat, ut nec libros inspicere videretur: sic scripturae sacrae, conciliorum, SS. Patrum, historiae ecclesiasticae studio vacabat, ut nihil aliud cogitare posse crederetur. Ad ea omnia, ad hebraicam linguam perdiscendam, sine ullius subsidio, vastissimum sufficiebat ingenium. Interim ditissimorum consanguineorum, germani praecipue fratris, qui Figeacense seminarium instituit, (in quo piissime obiit, ut ex eius vita, typis edita, constat) elargitionibus, libros optimos cuiuscumque generis (Superiorum assensu) comparavit, evolvit, et ad eam doctrinae et eruditionis pervenit amplitudinem, quae tum in editis, tum in manuscriptis eius operibus splendet.

Illud autem et admiratione et imitatione dignum, usque ad octogesimum sextum annum fere aetatis suae, in eodem semper indefesso labore versatum fuisse, non solum absq. ullo regularis observantiae detrimento, sed additis etiam pluribus supererogationis operibus, quorum plenus et dierum bonorum, anno 1725, die Paschatis, 4 aprilis, cum infirmus, et matutinis horis interesset. nocte surrexisset, pie obiit, Burdigalae in Convent. S. Mariae de Salute.

Opera Edita,

Praecipua sunt *Bibliotheca Criticae Sacrae*, quatuor voluminibus in folio comprehensa, et *Summa Criticae Sacrae*, novem voluminibus, in 8 contenta.

In *Bibliotheca Criticae Sacrae*, placita interpretum tum antiquorum, tum recentiorum in unum corpus redegit,

propriis eorum plerumque verbis utens, itaut quae vix alibi dispersa reperiuntur, collecta ibi occurrant circa sacram scripturam, quibus et proprias adiunxit conjecturas, atque sanum criterium. Promiserat aucthor duodecim de eadem materia volumina in folio, sed dum quintum Praelo subiiciendum Bruxellis pararet, ea in civitate ab exercitu foederatorum occupata, quamvis a ducibus Anglis et Batavis, tanti viri doctrinam, et eruditionem suspicientibus, benigne et humaniter in ea permissum esset, non sustinuit tamen Regi suo addictissimus, diutius immorari. Unde in provinciam suam Aquitanicam remeans, sequentium voluminum editio, magno rei litterariae damno suspensa est: cumque Burdigalae deessent typographi, qui aut caractheres hebraicos haberent, aut in his edendis satis exercitati essent, nec aetas provecta alias transmigrare sineret, aliud opus ad omnium captum magis accomodatum, titulo: *Summa Criticae Sacrae etc.* infrascriptum edidit, cuius novem volumina in 8° prodiere diversis temporibus. Itaque prius opus inscribitur:

Bibliotheca Criticae Sacrae

Theologiam positivam duodecim voluminibus scholastica fere methodo exponens: Supremo Agnorum et Ovium Pastori Clementi XI oblata.

Tomus Primus, sic expanditur:

Bibliotheca Criticae Sacrae circa omnes fere Sacrorum Librorum difficultates.

« Opus plurimorum annorum, studiosis Scripturae Sacrae paratum, tyronibus quam maxime necessarium, theologis omnibus percommodum, concionatoribus etiam opportunum, doctis memoriae iuvandae idoneum. Ex veterum patrum traditione, probatiorum interpretum curis, clariorum criticorum iudiciis, non ingenii vi, sed patienti labore collectum ».

Lovanii, typis Guillelmi Strickvant, anna 1704.

Volumine isto *Quinque Dissertationes* continentur; et unaquaeque *Dissertatio* dividitur in plures articulos, unusquisque articulus subdividitur in Sectiones, et quaelibet Sectio in paragraphos: et aliquando inseruntur his dissertationibus digressiones, et aliquando disputationes.

Dissertatio I ad Sacrae Scripturae studium, ipsismet

SS. Patrum verbis hortatur. Plura in digressionibus curiosa describit, de ritu quo Iudaei eam in sinagogis legebant, de haptoris et parasciis: de modo quo sacros libros scribebant: de eorum reverentia et propensione; ubi nonnulla circa eorum pueros refert: de illorum haereticorum calumnia, qui scripturas sacras a catholicis negligì, et ignorari dixere. Inquirit an Cathecumeni, et quo ritu primis Ecclesiae saeculis legerentur, et praecipue Evangelium in Ambone (pag. 197) quomodo ad illarum lectionem audiendam, admitterentur? Quomodo per illud iuraretur (pag. 212). Tractat deinde de miraculis per sacras scripturas patratis (pag. 214). De his, qui eas in pectore gerebant (pag. 215). De variis modis, quibus nonnulli homines his libris abuterentur (pag. 219), sive ad alienos sensus detorquendo, sive adulterando, sive Christianae Religionis hostibus tradendo (pag. 224, 226 et 228). Denique tractat de haereticorum contemptu circa sacram scripturam (pag. 229).

Dissertatio II quatuor in partes scinditur a pag. 238, usque ad 504. Generalem scripturae sacrae notitiam, ad speciales et difficiliores quaestiones lectorem praeparat. Ideoque *Pars prima hujus Dissertationis* viginti sex indicibus complectitur omnia, quae ad sacrae scripturae studium, et studii illius initium necessaria videntur; tum ut Tyrones ad illud accendat, tum illorum memoriam juvet. *Dissertationis secunda pars* probat praeceptoris in hoc studio necessitatem, interpretum cum veterum, tum recentiorum utilitatem (pag. 347 et 353), Rabbinorum auxilium quanti valeat ex Morini, et Simonii, ac aliorum censura (pag. 369). Haereticorum commentaria ad examen vocat: quid prosint litteraturae prophanae (pag. 374). Celebrem de Hieronymi flagellatione ob Ciceronis lectionem, historiam ventilat (pag. 380) *Tertia pars* (pag. 395) tractat de nonnullis ad sacrae scripturae scientiam comparandam parum utilibus aut inutilibus studiis; ubi de Miscnae, Talmudis, et Masoretharum observationibus (pag. 437) *Pars quarta* docet (pag. 468) Methodum in scripturae sacrae studio tenendam, varia eruditorum monita referens, varias sobriasque regulas criticae proponens (pag. 482). Quo denique ordine, et quinam praecipui libri legendi (pag. 498).

Dissertatio III, quae (a pag. 504 ad pag. 555) excurrit, de Tabernaculo disputat, jussu Dei, a Moyse constructo. (Pag. autem 524 discutit locum S. Pauli. Haebr. 9, v. 3.)

Dissertatio IV (a pag. 555, usque ad pag. 589) versatur circa Excelsa et idola, de quibus scriptura loquitur, quae juxta ordinem alphabeticum recenset: ubi plurima De Seraphim, De Vitulis Aaronis et Jeroboami, ac de idololatriae origine.

Dissertatio V disserit de Templo Salomonis, quatuor in partes divisa, quarum 1° est de Templo ipso (pag. 589). 2° de Ministris (pag. 697). 3° de Ministerio (pag. 799). 4° de aliis ad notitiam Templi conducentibus (pag. 826 ad pag. 852).

Tomus secundus, eodem anno 1704. Ibidem (Lovanii) apud eumd. typograph. editus, habet paginas 834. *Dissertationes quinque.*

Prima hujus voluminis *Dissertatio, et ordine VI,* versatur circa sacrificia antiquae legis, et 1° circa ipsa generaliter sumpta. 2° Circa ea particulariter considerata (pag. 89). 3° denique circa ea, quae offerebantur diebus festis (pag. 136).

Dissertatio VII (a pag. 370, usque ad pag. 433) excurrit circa Judeorum festa, Jejunia et Preces in Templo et Synagogis fieri solita. Considerat 1°, quae communia sunt festis, ut prohibitionem operum, ciborum ritum, institutionem, finem, originem, causam, convivia, laetitiam (pag. 184). Deinde ea elucidat festa, quae singulis mensibus occurrebant (pag. 184). 2° De festis annuis agit (pag. 275). 3° de anno Sabbatico, ejusque privilegiis (pag. 360). De anno Jubilaeo, tum quantum ad tempus, a quo computari coepit (pag. 367). Tandem plura praemittens circa Dei cultum, loquitur (pag. 417) de precibus in Synagogis fieri solitis.

Dissertatio VIII (a pag. 433, usque ad pag. 564) tractat peritissime de Urim et Thumim. Expendit etiam (pag. 552) quae dicuntur in scriptura de Cherubim; et ea omnia, quae ad eorum nomen, et figuram pertinent, sollicite investigare satagit.

Dissertatio IX divisa in tres partes, versatur circa Judaeorum scholas, rabbinos, sectas, ac libros praecipuos. *Prima* igitur *pars* (pag. 564). Scholas, earumque varias classes, primis etiam temporibus erectas describit; praecipuosque circa

rabbinos ritus observari solitos patefacit (pag. 577), et rabbinorum discipulis propria considerat (pag. 587). *Secunda pars* expedit, quid sentiendum sit de sectis, ritibus, nominibus Pharisaeorum, Essenorum, Saducaeorum, et Caraitaru m (pag. 591). *Tertia pars* tractat de Miscna, de Thalmude *Babilonico*, et Hierosolimitano, de Ghemara, et aliis Judaeorum libris (pag. 612, usq. ad pag. 654).

Dissertatio X bipartita, utramque Judaeorum theologiam tam speculativam, quam positivam exponit, ex Thalmude, et aliis eorum libris petitam, quam si quis Gallico aut Alio sermone donaret, non mediocriter ostenderet quanta caecitate et ignorantia detenti fuerint his, quos hodierni et recentiores Judaei, ut magistros in Israel venerantur.

Tomus Tertius,

prodiit Bruxellis, anno 1705, apud Ioannem Smedz,

« Tribus solum Dissertationibus contentus, et paginas 850 complectens ».

Dissertatio prima, et ordine XI, docte ac fuse artis cabalae notitiam tradit. Exponit deinde (pag. 36). Alphabetum atbasticum; imitatur postea methodum notaricam (pag. 50), ubi de voce quae habetur lib. III Regum, cap. 2. vers. 8 Nimreseth. Modum geometricam exponit (pag. 51), ubi de numeris antichristi nominis affertur inquisitio, tum veterum, tum aliorum eruditorum, cum observationibus ipsius aucthoris. Aggreditur deinde (pag. 69) de Divinis nominibus tractationem, et in primis de nomine Jehova, cujus occasione ea explanat (pag. 208) quae ad nomen Jesu pertinent. Postea inquirit Talmudis, cabalae, ac rabbinorum doctrinam (pag. 269) eorum librorum vel utilitatem, vel inutilitatem ad exponendos libros Novi Testamenti. Tandem (pag. 299). Criticum examen instituit de Josephi libris.

Dissertatio XII circa reginem spirituale ac politicum Judaeorum destinatur in *duas partes* divisa, quarum *prima* de his. quae ad Synagogam, et Synedrium pertinent, agit, (pag, 446). *Secunda pars* circa ea, quae ad varia suppliciorum genera spectant, determinat (pag. 560).

Dissertatio XIII versatur circa versione scripturae sacrae. *In prima parte* Recentiores latinas: In *secunda parte,*

Vernaculas refert, et suas observationes adhibet speciales a (pag. 645), usque ad finem voluminis, ubi maxime occupatur (pag. 738) circa celebrem versionem, quae Montensis appellatur, et quae tot in Gallia, et in Belgio excitavit controversias.

Tomus Quartus

etia m Bruxellis editus, anno 1706, apud eumd. Bibliopolam.

« Continet paginas 786, et *tres Dissertationes* circa « earumdem vernacularum versionum historiam, licentiam, « aut prohibitionem eas legendi; circa Polyglotta Biblia, et « alia duo opuscula versatur ».

Dissertatio prima hujus voluminis, et *Ordine XIV*, resumit quae appendicis loco, in praecedenti volumine indicaverat; circa mutationes factas in versione Montensi, Leodii edita, anno 1702. — Versionem Quesnelii confert cum praedicta editione Leodiensi, quidquid de ea censendum exponit. Hinc occasione arrepta (pag. 30) diligens inquisitio exhibetur circa versiònem Belgicam Embrincensem, ubi RR. PP. Francisci Joyeux, Ordinis praedicatorum, et Buttentot. recollecti Ordinis minorum, circa eam notas reperies. Discutit deinde (pag. 65) quae versionem Dom. de Sacy concernunt, quae ad versionem Simonii attinent (pag. 68). Postea versiones alias (pag. 118) Gallicas Dom. Godeau, R. P. Böhours, Castalionis, Diodati, ac Ioannis Clerici, exhibens earum methodum exponit. Excurrit deinceps (pag. 134) ad « Italicas, Hispanicas, « Germanicas, Saxonicas, Belgicas, Anglicas, Scoticas, Hiber« nicas, Polonicas, Bohemicas, Hungaricas, Svecicas, Danicas, « Finnicas, Islandicas, Lapicas, Copticas, Arabicas et Turcicas « versiones, de quibus singulis suum profert judicium ».

Dissertatio XV (pag. 216) excitat difficiliorem ac magis necessariam quaestionem circa licitum vel illicitum usum versionum vernacularum, nostris temporibus acriter controversam. Inquirit etiam (pag. 579) an liceat Missale, et similes ad Ecclesiao usum libros in Linguam vulgarem convertere.

Dissertatio XVI varias recenset (pag. 648) bibliorum Polyglottorum editiones, maxime Complutensia, *Parisiensia,* et Anglica, quorum occasione disserit (pag. 668) de versionibus Arabicis, Aethiopica et Persica.

Dissertatio XVII proponit (pag. 1 secundae appendicis) indicem librorum, vel Ss. Patribus, vel aliis auctoribus suppositorum, aut saltem dubiorum, usque ad saeculum decimumtertium, ex variis censoribus desumptum, maxime Possevino, Baronio, Bellarmino, Guillelmo Caveo, Riveto, Spanhemio, Dupino, Natali-Alexandro, Tillemontio, Ardodio, quid circa haec opera sentiant ii eruditi viri breviter referens; sicque terminat tom. IV *Bibliothecae Criticae sacrae.*

2. *Summa Criticae sacrae,* « in qua scholastica methodo, exponuntur universa scripturae sacrae prolegomena, ad usum theologorum, pro theologiae positivae studio, feliciter inchoando. — Burdigalae, ann. 1709, et seqq., in 8°.

Tom. I. — continet pag. 576, in 8° — Burdigalae, ann. 1709.

Tom. II. — habet pag. 632, in 8° — Burdigalae, ann. 1710.

Tom. III. — continet pag. 648, in 8° — Burdigalae, ann. 1710.

Tom. IV. — habet pag. 635, in 8° — Burdigalae, ann. 1711.

Tom. V. — continet pag. 652, in 8° — Burdigalae, ann. 1711.

Tom. VI. — habet pag. 772, in 8° — Burdigalae, ann. 1713.

Tom. VII. — continet pag. 606, in 8° — Burdigalae, ann. 1715.

Tom. VIII. — Burdigalae, ann. 1716.

« Cujus post editionem folii primi, nostrum Cherubinum « mors eripuit, ita ut ex ejus schedis continuatum sit istud « volumen, et ad ejus justam magnitudinem supplendam, ap- « positus fuit index materiarum quatuor voluminum *Biblio-* « *thecae criticae sacrae,* ab uno ex Nostris collectus, et ab « Aucthore dum viveret approbatus, ac a viris doctis desi- « deratus ».

Tom. IX. — « quod adhuc vivens idem Cherubinus « paratum habebat, ante VIII, anno 1716 editum ibidem, « habet paginas 731 ».

Haec sunt opera ejus edita, circa quae, saltem circa

Bibliothecae criticae sacrae, videri possunt diaria eruditorum Gallica, anno 1707. — Lipsiensia, eodem ann., pag. 249, ubi Bibliotheca haec opus splendidum ac magnum. Vir clariss. N. Goujet, continuator Bibliothecae ecclesiasticae Dupini, saeculo XVIII edito Parisiis, anno 1711, Tom. I a pagina 227. — Jacobus Lelong, in Bibliotheca sacra, Tom. 2, pag. 674. — Augustinus Calmet, in Bibliotheca sacra, quae prodiit initio Tomi primi Dictionarii bibliorum, et Tom. 4, pag. 13 et 156. — « Sed praeter haec opera, quae recensuimus, servabantur, olim, in Bibliotheca Caenobii nostri Burdigalensis S. Ludovici, sequentia.

Opera Manuscripta.

1. *De textu haebraeo, lingua haebraica, haebraeorum poësi. T. 1, in 4°* (pag. 740).

2. *De textu samaritano, paraphrasi caldaica, versione syriaca. T. in 4°* (pag. 250).

3. *De versionibus grecis, maxime septuaginta interpretum, et de ejus ab haebraeo, et vulgata discriminibus. T. 1, in 4°* — (pag. 240).

4. *De variis quarumdum vocum scripturae sacrae acceptionibus, ordine alphabetico. T. 1, in 4°* — (pag. 128).

5. *De nummis, et monetis haebraeorum. T. 1, in 4°* — (pag. 460).

6. *De libris apocryphis. T. 1, in 4°* — (pag. 240).

7. *De vulgata tum veteri, tum nova, ubi de laboribus S. Hieronymi et de locis, quae ab haereticis reprehenduntur. T. 1, in 4°* — (pag. 1144).

8. *De aucthore Pentateuchi. T. 1, in 4°* — (pag. 460).

9. *De mensuris haebraeorum. T. 1, in 4°* — (pag. 200).

10. *Variae observationes ad intelligentiam librorum regum et prophetarum, tam majorum, quam minorum. T.* 1, *in 4°* — (pag. 214).

11. *De Apparitione Samuelis. T. 1, in 4°* — (pag. 136).

12. *De Divitiis Salomonis, De Ophir, T. 1, in 4°* — (pag. 490).

13 *De Danielis Profetia. T. 1, in 4°* — (pag. 240).

14. *De Tobia, Judith, et Ester, et Ecclesiastico « fusius quam in summa criticae sacrae ». T. 1, in 4°* — (pag. 850).

15. *De Libris Machabaeorum. T. 1, in 4°* — (pag. 124).

16. *De Textu Novi Testamenti. T. 1, in 4°* — (pag. 440).

17. *De annis Christi. T. 1, in 4°* — (pag. 168).

18. *Quaestiones evangelicae. T. 1, in 4°* — (pag. 260).

19. *In Epistolam Pauli ad haebraeos, et in Epist. Jacobi. T. 1, in 4°* — (pag. 550).

20. *Observationes in Epistolas Catholicas, et Apocalypsim. T. 1, in 4°* — (pag. 240).

« Praeter *Haec*, reliquit etiam plura manuscripta theologica — De scientia Dei. — Divinorum decretorum efficacia, et praedestinatione — De Summo Pontifice — De sacramentis baptismi et eucharistiae — De missa, communione, et Liturgiis etc. — Nullam etiam reliquit partem intactam physicae, recentiorum praecipue sistematum, eorum omnes experientias referens. Plura de geometria, astronomia, optica, musica, geographia, aritmetica, imo de rubricis tum missae, tum officii divini, ac de aliis Miscellaneis ; ita ut, citra adulationem, dici possit, nihil fere ignorasse eorum, quae a peritioribus cognoscuntur.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 78 et seqq. — De Wiliers, T. I. suae Biblioth. pag. 324, N. 30 etc. etc.

31. Cherubinus a S. Maria,

Natione Gallus, amplissimi, et Illmi Dni praesidentis de Vennes Filius, natus anno Domini 1603. In Charentonio nostro conventu solemnem emisit professionem, die 25 julii, anno 1640, magistro novitiorum ven. P. Adriano ab Ascensione : cujus sub disciplina ad miram simplicitatem, et caecam obbedientiam provectus, doctas dixit conciones coram frequente applaudentium auditorum coeta diebus Dominicis, octavis Ss. Sacramenti, advent, et quadrages, — Obiit die 7 junii 1648, in Caenobio Abevilleo, cujus genitor fuit fundator mense Dec. anno Domini 1640.

(De Wiliers, T. I. suae Biblioth. Carmelit pag. 330, N. 33).

32. Cherubinus a S. Teresia,

Provinciae Venetae alumnus, edidit, italice — *S. Teresa di Gesù, maestra di spirito. T. 1, in 4°* — Venezia, 1736, per Baglioni.

33. Cherubinus a Ss. Trinitate,

patria Brixiensis, etiam iste Venetae Provinciae alunnus, edidit, italice:

Conferenze sacre sopra la divozione ai Ss. Angeli Custodi. T. 1, in 4° — Brescia, 1755, per Gio: Batta Rizzardi.

34. Christophorus a Jesu,

Natione Hispanus, patria Giennensis, caenob. Antiquarensis septimus prior, quod officium, anno 1624, maxima illius Domus utilitate auspicatus est. In theologia peritissimus, ingenio facilis, ac eloquio dulcis: suarum Concionum reliquit Tomos octo, in 4°, quos decenti ordine disposuit, ac praelo maturos, eosque praeclarissimos, caenobium antiquarense, in quo defunctus est, possidet.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 97).

35. Christophorus a S. Joseph,

Natus in Oppido de Barcenvilla dioecesis Burgensis, professus Vallisoleti, vir fuit in utraque theologia, scholastica et morali versatissimus, pro sua Hispana Congregatione in Curia romana procurator generalis, ac post definitor generalis, egregium opus edidit, inscriptum:

Tractatus de Regulis morum, adhaerendo Sacrae Scripturae aucthoritati, sacris canonibus, Pontificum decretis, SS. Patrum Doctrinae, praesertim Ecclesiae luminum D. Augustini, et D. Thomae, et etiam fundamentis a ratione in duas partes divisus.

Per

Fr. Christophorum a S. Ioseph, Ordinis Carmelit. Discalceat., quondam Sacrae Theologiae lectorem, collegii Salmaticensis rectorem, in Castella Veteri Provincialem, nunc Procuratorem Generalem in Curia Romana pro Congregatione Hispaniarum.

Romae, anno 1711, in Folio

« *In Prima Parte* agit de prima et secunda regula morali, de conscientia in communi, de conscientia recta, dubia et erronea.

« *In Secunda Parte* tractat de Conscientia Probabili, ubi praecipue tendit probare, in dubiis morum opinionibus, tutiorem partem esse sectandam; ac in occursu duarum opinionum, illicitum esse, sequi minus probabilem faventem libertati, in concursu probabilioris faventis praecepto ».

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 97, et De Williers, T. I, suae Biblioth pag. 334, N. 44).

36. Cristophorus a Purificatione B. V.

In Cantabria natus, omnium virtutum exemplar excellentissimum se praebuit. Divina et humana litteratura copiose instructus, totam Baeticam provinciam Superior rexit, et obiit Malacae, aetatis 71, ac religionis 52, postquam edidisset:

Pastoralem Epistolam, eruditione, elegantia ac doctrina locupletissimam, quae typis edita, in omnibus provinciae suae coenobiis reperitur.

Plura alia MSS. illius, in Malacensi conventu custodiuntur.

(Martial, a S. Io. Bapta, pag. 98, et De Wiliers, Tom. I, pag. 340, N. 47).

37. Claudius a Iesu,

Persona est, qua se occultavit Philippus a S. Catharina (Vid. artic. Philip.) Sequano Burgundus, Sacrae Theologiae professor, typis mandavit:

1. *Delicias virgineas, alias Epulum Virgineum. — T. 1, in 4.*

Moguntiae, anno 1629.

2. *Epulum Eucharisticum, sive Sermones et Discursus reales de SS. Eucharistia, sexdecim Ferculis omnibus christianis praeparatum. — T. 1, in 4°.*

Ibidem, anno 1630, impensis Io. Theobaldi Sconweteri.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 98, et De Wiliers, T. I, pag. 345, N. 52).

38. Clemens a S. Martino.

Natione Aquitanus, patria Tutellensis, professus Tolosae, anno

1630, die 29 novembris. Adolescens in brevi consummatus, amore Dei succensus, ac omnium virtutum cultor ferventissimus simul ac humillimus, interiit Tolosae peste correptus, anno 1631, die octava septembris, aetatis vigesimo.

Scripsit :

1. Sententiarum Patrum libellum, quinque capitibus distinctum. MS.

2. Regulam de modo serviendi Deo, cum laetitia et diligentia. MS.

« Virtutes eius compendiose posuit Ludovicus a S.Teresia in annalibus nostris Galliae, lib. 1, cap. 100, pag. 261 et 262 ».

(De Williers in sua Biblioth. Carmelit. T. 1, pag. 347, N. 5?).

39. Clemens a S. Pantaleone,

Patria Cremensis, (in Stat. Veneto). In aetate provecta Religionis habitum induit in convent. Mediolan., ibique solemnem emisit Professionem.

Pluries prior in praecipuis coenobiis, et in capitulo Bononiae celebrato die 7 maii, anno 1661. Electus fuit XVII Longobardiae S. Angeli Provincialis.

Cum fama Sanctitatis obiit Mutinae, die 7 iulii, anno Dni 1673, aetat. 70.

Scripsit :

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Provinciae.

(Ex Necrolog. Convent. Mutin.)

40. Clemens a S. Pompejo,

In saeculo Caietanus-Fridericus, Mediolani natus, die 3 augusti, anno Domini 1702; ex parentibus domino doctore juris-civilis Pompejo Diviziolio, et domina Prima Nazaria.

Post repetitas preces, admissus fuit in Ordine Nostro die 20 aprilis, ann. 1718, et completo probationis anno, se Domino alacri, et devoto cordis affectu consecravit.

Emissa solemni professione, ad studia graviorum scientiarum Placentiam missus est, ut ibi in letterariis disciplinis institueretur, et proficeret in virum, qui tam bene in asceticis exercitationibus adoleverat in Monachum. Adeo respondit expectationi eventus, adeoque studiis ingenium coluit, eodemque

tempore in virtute ac prudentia mores imbuit, ut certatim domestici aeque ac saeculares viri praeclari eius consuetudinem in votis haberent: quippe qui tum gravitate, seu maturitate sententiarum, tum lenitate verborum, et gratia oris sermoni suo condimentum sapidius intersereret, quo colloquentium animos jucundaret vividius. Nec vero P. Clementis jucunditas aut a spiritualium rerum meditatione et gustu, aut a scholasticarum veritatum indagine illius mentem vel paululum divertebat vel remorabatur; enim vero ita studiis suis ingenium ditavit, ut Nulli Secundus, sive in perceptionis promptitudine, sive in expositionis perspicuitate, inter plures socios prae coeteris Ipse sustinendis publicis, solemnissimisque Universae Theologiae thesibus, coram serenissimo Francisco Parmae Duci, dicatis, totaque illius festante aula nobiliori, praesenteque Generali Italicae Congregationis, Capitulo tunc temporis Placentiae celebrato, deputatus fuerit.

Consummato studiorum septennio, electus fuit Parmensis Collegii praelector, et postea prior Laudae Pompejae. Completo sui prioratus triennio, Parmam rediit, indeque Mantuam, et ultimo Regium Lepidum, ubi, circa per quindecim annos moratus est; et ibi, post diuturnas infirmitates heroice toleratas, animam Deo reddidit die 23 augusti, anno Redemptionis nostrae 1776.

Scripsit, latine, seqq. Religiosorum vitas in coenob. Regii Lepidi defunct.:

1. *Fr. Fortunati a S. Hyacintho, Convers., defunct. 13 Nov. 1771.*

2. *P. Ioannis a Cruce, defunct. 21 Mart. 1773.*

3. *Fr. Io. Francisci a S. Teresia, convers., defunct. 15 maii, ann. 1774.*

Reliquit *MSS. Cursum Philosoph. et Theologic., atque Orat. Panegyric.*

(Ita ex Necrologio Convent. Regii Lepidi).

41. Complutense Collegium,

seu *Cursus Philosophicus eiusdem Collegii*, juxta miram Angelici Doctoris doctrinam, complectitur quatuor Tomos, in 4° — I, in Logicam Aristotelis. II, in octo libros Physicorum.

III, in libros de ortu et interitu, seu de generatione et corruptione. IV, in libros de anima. Elucubratus fuit ab Antonio a Matre Dei, ut suo loco dictum est (proprio Articulo) et a Michaele a SS. Trinitate (Vid. suo Artic. N. 79). Quanti fecerint omnes veri D. Thomae discipuli, tot illius editiones in Hispania, Gallia et Germania manifestant. Hic doctorum suffragia, et approbationes referre videretur superfluum; non solum publice in scholis pluribus in Hispania, et in nostris Collegiis legitur, sed etiam apud exteros; imo Ludovicus Bancellus T. 1 Moralis D. Thomae, edito Avenione, anno 1677, in commendatione illius doctrinae, operi suo praemissa, refertur Statutum Congregationis Generalis RR. PP. Oratorii celebratae Parisiis, ann. 1675, ibidem gallico idiomate editum, sess. 21, quod sic habet: *Renovanda Statuta Congregationis undecimae, sess. 7, et duodecimae, sess. 8 nostri Professores Philosophiae docebunt doctrinam S. Thomae, quantum fieri poterit, prout explicatur a praecipuis eius Commentatoribus, ut Complutensibus, Ioanne a S. Thoma, et Philippo a SS. Trinitate.*

Cum autem Cursus ille ob sui profunditatem, tyronum captum superare videretur, Ioannes ab Annuntiatione (Vid. artic, prop.) ad clariorem methodum et maiorem brevitatem redegit, addendo ad calcem Tomi III, Disputationes de individuatione materiae, de essentia, subsistentia, et existentia, et Tomum V integrum, de coelo et meteoris, addidit insuper Blasius a Conceptione methaphysicam, et moralem, ut superius dictum est suo artic.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 98).

42. Constantinus a S. Antonio.

Provinciae Venetae Alumnus.

Edidit italice:

1. *Obblighi dei Fratelli Conversi Carmelitani Scalzi, T. 1, in 8°.*

Venezia, 1764, per Occhi.

2. *Necessità di occuparsi nella considerazione della Umanità di Gesù Cristo nell'esercizio dell'Orazione Mentale, T. 1, in 12°.*

Ivi, 1768, per Zerletti.

43. Cosmas-Maria a S. Hyacintho,

Patria Ianuensis, vocatus in saeculo Cosmas Cervetus. Ordini nostro nomen dedit, anno Domini 1631, et anno sequenti solemnem emisit Professionem. — Scripsit :

Vitam Fr. Bernardi a S. Honuphrio.

Quae MS. custoditur Romae , in archivio Ordinis , sicuti scribunt Michael Iustinianus, prima parte Ligurum Scriptorum ; et Augustinus Oldoïnus in Atheneo Ligustico, pag. 145.

44. Cyprianus a S. Maria,

Natione Belga, Dismundanus patria , in saeculo dictus Philippus du-Plouy, philosophiae ac theologiae professor, novitiorum magister, prior in diversis locis, et socius provincialis, Romam ad Capitulum Generale iturus, nec non Serenissimo Principi Carolo, Duci Lotharingiae, a confessionibus sacris, fuit.

Bruxellis obiit, die 23 martii, 1655, postquam edidisset latine :

1. *Thesaurum Carmelitarum, sive Confraternitatis Sacri Scapularis Excellentiam* , in duas partes distinctum. — Coloniae, apud Bernardum Gualterum, anno 1625, in 4°.

« Saepius recusum, scilicet Monachii in Bavaria, Augustae Windelicorum, etc. Et rursus, germanice translatum Coloniae, anno 1628, in 4°. — Interprete anonymo Carmel. Discalc. — E latino quoque versus est ab anonymo in gallicum sermonem, qui, olim, extabat MS. , Lugduni , apud Vincentium Cavissy Tipographum, a quo id Ludovicus Iacob didicit. Huius autem apographi MS., sive autographi meminit R. P. Bernardus de Montfaucon, tom. 2, Bibliothecae Bibliothecarum MSS., pagina 1280, colon. 1 B ».

2. *Iosephum, Teresiam ; hoc est colendi S. Ioseph , juxta doctrinam, et exemplum S. Teresiae.* — Herbipoli, anno 1630, apud Elium Zinet.

« Continet quoque hic liber eiusdem S. Iosephi vitam ».

3. *Tractatum de Exercitiis Spiritualibus MS.* continentem quadraginta materias diversas rerum spiritualium , (quae Exhortationes vocari possunt), refertas dictis ac sententiis Sanctorum Patrum.

« Extabat quondam apud P. Lucianum, Provinciae nostrae

« Parisiensis, qui dono hunc codicem MS. acceperat a Matre Eli-
« sabetha a Iesu Christo, priorissa monasterii nostri Iprensis ».
(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 99, et De Wiliers, T. I, suae Biblioth., pag. 351, N. 72).

55. Cyprianus a Nativitate Virginis,

In saeculo Andreas de Compans, Parisiis natus, die 26 novembris, anno 1605. Dum in saeculo fortunam constituisse videbatur, peragratis pluribus Orientis partibus, in Regio Aerario praefectus variis linguis instructus, ita divinis inspirationibus adhaesit, ut inter Nostros adscitus, die 18 septembris anno Dni 1633, totum se Deo, ac proximorum saluti in concionando, ac scribendo devoverit, vitamque in virtutum exercitiis exercuerit usque ad obitum, quem Parisiis, oppetiit, anno 1680, die 16 septembris.

Sequentia opera, gallice, typis mandavit cum Titulis, qui sic habentur:

1. *Mundus Sanctus, seu Modus sancte vivendi in quolibet statu.* — Parisiis, ann. 1650 in 8°.

2. *De Divinae Orationis Exercitio, pro quolibet statu.* — Ibidem, eod. anno, in 8°.

3. *Descriptio Eremorum ac Vitae Eremiticae Carmelitarum Discalceatorum.* — Ibidem, ann. 1651, in 4°, et iterum, ann. 1668, in 8°, ap. Io. Roger.

« Ex quo collegit, quae de nostris eremis refert aucthor « gallicus Heliot, historiae gallicae Ordinum Religiosorum, Tom. 1, pag. 361.

4. *Clavis Thesaurorum Coelestium, seu de Exercitio Praesentiae Dei.* — Parisiis, apud eumdem Ioann. Roger, ann. 1651, in 12°, et Bruxellis ann. 1662, in 16°.

5. *Consilia Spiritualia.* — Parisiis, et Lugduni, anno 1661, in 16°.

6. *Crucis suavitas.* — Parisiis, ann. 1661, in 12°.

7. *Virtutes et scripta D. Baronae de Neuvill etc.* — Parisiis, anno 1660, in 8° — et denuo 1866.

« Citatur a Jacobo Lelong, in Bibliotheca historica Franciae, pag. 66, num. 1511 ».

8. *Coecitas et ingratitudo sine pari, (per modum Dialogi, inter duos solitarios).* — Bruxellis, anno 1664, in 8°.

9. *Meditationes de aeternitate pro magnis et parvis,*

et quocumque statu. — Rothomagi, anno 1665, et Parisiis, anno 1666, in 12°. — Item Parisiis, ann. 1674, in 12°.

10. *Contra pugnantes in duello.* — Parisiis, anno 1651, in 4°.

11. *Praxis Christiana, et Praeparatio ab bene moriendum, et adjuvandosm orti proximos.* — Ibidem, eodem anno.

12. *Pacis et Pietatis Reginae Triumphus.* — Ibidem, apud Antonium de Sommaville, anno 1660, in 4°.

1. *Opera S. M. N. Teresiae a Jesu.* — *Tom. II in 4°.* — Parisiis, ann. 1644, et pluries.

« Quae quamvis antiquis, et fere insolitis nonnullis ver-« bis scateat, in praetio tamen audit apud plurimos. »

2. *Vitam eiusdem S. M. Teresiae scriptam per Didacum Yepez.* — Parisiis, anno 1643, in 4°, apud Dionysium de Lanouë, iterum alio anno.

3. *Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce, per R. P. Iosephum a Iesu prius datam, et per R. P. Eliseum a S. Bernardo de novo, Gallice, editam correxit; et* — Ibidem, edidit, annis 1638 et 1642, in 8°.

4. *Opera eiusdem S. P. N. Ioannis, cum elucidationibus Phrasium Mysticarum a R. P. Nicolao a Jesu Maria, scriptis.* Ibidem, ann. 1641, et 1665, in 4°, apud viduam Petri Chevalier.

5. *Opuscula Ven. M. Annae a S. Bartholomaeo.* — Ibidem, anno 1646, in 12°.

6. *Praxim vivae Fidei, per R. P. Thomam a Jesu, Definitorem Generalem, scriptam.* — Ibidem, an. 1644, apud viduam Petri Chevalier, in 12°, et iterum ibidem, an. 1674, in 8°.

7. *Vitam Spiritus Antonii de Rojas.* — Ibidem, ann. 1646, in 8°, et 1648, in 12°.

8. *Eiusdem operis secundam partem.* — Ibidem, anno 1649, in 12°.

9. *Vitam Ven. Fr. Francisci a Puero Iesu, scriptam per R. P. Ioseph a Iesu Maria.* — Ibidem, anno 1647, in 8°.

Ex Italico idiomate:

Clypeum pietatis cristianae. — Bruxellis, anno 1663, in 8°.

Ex latino sermone, vertit in Gallicum idioma:

1. *De Linteis sepulchralibus Christi Salvatoris Chrisim historicam a Joanne Jacopo Chiffleth, vesontionense Archiatro scriptam.* — Parisiis, apud Sebastiauum Cramoysi, anno 1631, in 8°.

Sic autem titulus, Gallice habetur :

« *Hierothonie de J. C. ou discours des Saintes suaires* « *de N. S. J. C.*

« Traduit du latin de T. Jacques Chifflet par A. C. P. « (idest per Andream de Compans, Parisinum: Hoc enim anno « Cyprianus noster vestem Teresianam nondum induerat, quam « anno tantum sequenti 1632 assumpsit) ».

2. *Instructionem Novitiorum (per Joannem a Jesu Maria)* — Ibidem, anno 1647 et 1672, in 12°.

3. *Theologiam Mysticam (Ejusdem P. Joannis a Jesu Maria)* — Ibidem, anno 1651, in 12°.

4. *Interiorem exhortationem ad S. Communionem, seu* « *Manna Eucharisticum*, pro omnibus Dominicis, festi- « vitatibus et diebus quadragesimae, » *per R. P. Justum ab Assumptione latine editum* — Bruxellis, anno 1665, in 8°.

(Martial a S. Io: Bapta, pag. 99 et seqq. — De Wiliers, T. I. suae Biblioth., pag. 355 N. 73).

46. Cyrillus a S. Francisco,

Natione Ruthenus, provinciae Poloniae alumnus — Vivebat anno 1655.

Patrio idiomate edidit Tractatum, inscriptum :

1. *Praxis bene moriendi.* — Cracoviae, anno 1686, et denuo, anno 1696, in 8°.

Vertit, evulgavitque, Polonice :

2. *Instructionem novitiorum, per R. P. Joannem a Jesu Maria, congregationis italicae praepositum generalem scriptam, et editam, latine.*

(Martial. a S. Io: Bapta. pag. 101 — De Wiliers, Tom. 1. suae Biblioth., pag. 363 N. 78; Ludov. Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS.. pag. 67 etc.).

47. Cyrillus a S. Joanne,

In saeculo Antonius, natus die 17 junii, anno 1710, in Paroecia Russae, prope Locarnum, in Helvetia. Ejus progenitores fuerunt Io: Dominicus Borea (vocatus Pater pauperum), et Gulielma de Simonibus.

Inter nostros adscriptus fuit, Mediolani die 29 junii, ann. 1733, et anno sequenti die undecima julii solemnem emisit professionem. Laudabiliter peracto in Parmensi nostro

Collegio studiorum cursu, destinatus fuit a superioribus Mutinnae conventualis, ubi deputatus ad sacras confessiones excipiendas in ecclesia, indesinenter in hujus sacrosancti ministerii munere fuit assiduus, usque ad mortem, quae in paucis horis eum e vivis abstulit in eodem mutinensi caenobio, die 3 octobris, anno Domini 1777. Vir ingenii acumine praepollens, et librorum amore plurimum selectorum delectatus. — Scripsit, italice, vitas:

1. *P. Joannis-Jacobi a S. Michaele, ibi defunct. 24 Mart. 1762.*

2. *P. Caroli-Stephani a S Fausto, defunct., eod. anno, 15 Decembr.*

3. *Methodum bene administrandi poenitentiae sacrament.*

4. *Decisiones casuum conscientiae. Tom. 1, in folio (Latines).*

(Ex Necrolog. Mutin. Convent.).

48. Cyrillus a S. Maria,

Vocatus in saeculo archangelus Crippa, in monte Briantiae, dioeces. Mediolan., ortus die 5 maij, anno salutis 1662. Litteris humanioribus jam satis instructus, moribusque peregregiis a parentibus educatus, in Mediolanensem conventum ingressus est die 3 martii, anno 1678, et anno sequenti vota dixit solemnia.

Mirum est, quantum studiis, pietatique ipse se dederit; nam inter alias dotes ad dicendi singularem quamdam in cathedris facultatem natus videbatur, cum in eisdem tam clare, tam subtiliter, ut ex pluribus alumnis suis varios effecerit magistros. In libris tam legendis, quam scribendis, toto suae cursu vitae insudavit, usque dum meritorum, annorumque plenus e vivis gloriose decessit in coenobio Laudae Pompejae, (Fundat. anno 1643, et suppress. a Napoleone, anno 1810) die 10 maij, anno Domini 1733. — Opera eius inscribuntur:

1. *Theologia, juxta sacras litteras, concilia, et sanctos Patres, scholasticis, dogmaticisque ratiociniis communita, ex Collegio Salmanticensi, ad compendiosiorem methodum redacta.*

Faustissimis sub auspiciis Illmi et Rmi PP. Georgii

Cattanei, episcopi Viglevanensis, comitis etc. — Cremonae, apud Petrum Richlini, anno 1720, in 4° Tom. 2.

« *Tomus primus — De visione, et incomprehensibili-* « *tate, scientia, et voluntate Dei, atque de praedestinatione,* « *et reprobatione* ».

2. *Complementum supradicti cursus theologici.*

« Extabat, olim, manuscriptum, in praefato Laudensi « convent., sicut et seqq.

3. *Cursus philosophicus — MS.*

4. *Consultationes variae, tam in jure Canonico, quam de aliis rebus sacris. MS.*

5. *Decisiones plures de casibus ad theologiam moralem pertinentibus. MS.*

6. *Conciones, et orat. panegyr. — MSS.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 101. — De Wiliers, T. 1. suae Biblioth., pag. 365, Num. 82. — Necrolog. Provinc. Longobardiae, pag. 39, etc).

49. Cyrillus a Passione,

Natione Gallus, in saeculo dictus Aranius de Laureus, patria Castellodunensis, natus die 7 julii, anno 1608. Charentonii professus, die 8 aprilis 1629. Obiit Parisiis, die 29 januarii, anno redemptionis nostrae 1689.

Caelestium meditatione incensus, nec-non spiritualibus spiritualia comparans, mysticae theologiae operam dedit; tanta pietate decoratus, ut intra sacra missarum solemnia celebrans ad Altare, totus in lacrymas effunderetur.

Scripsit, Gallico sermone:

1. *De Divina sapientia, et contemplatione, et de reciproco inter Deum, et hominem amore.* — Nancoei, apud Antonium et Claudium Charlors, ann. 1653 in 8°, pag. 715.

2. Reliquit etiam MS. — *De vera ecclesia Dei, circa realem praesentiam corporis Christi in Eucharistia, secundum SS. PP. quatuor priorum saeculorum; T. 1, in 4°, pag. 400.*

3. *In ecclesiasticum commentaria* « parabat, anno « 1664, quo Ludovicus Iacob, suae Bibliotecae carmelitanae « MS. paginam 67 scribebat ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 101. — De Wiliers, T. 1, suae Biblioth., pag. 366 N. 84).

1. David ab Omnibus Sanctis,

Polonus, edidit patrio idiomate:

Concionum tomos duos, in folio, anno 1701.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag 101).

2. Didacus a Conceptione B. V.,

Natione Hispanus, patria Caravacensis, qui anno Christi 1587 fundavit monasterium Caravacense, prior Guadalajarrae, anno 1596. — Pennuelae scripsit:

Relationem de virtutibus, et signis S. P. N. Joannis a Cruce — « qua usus est Hieronymus a S. Joseph, in vita ejusd. S. P. Ioann ».

(De Wiliers, T. 1, suae Biblioth., pag. 388 N. 21. — Lud. Iacob. Biblioth. MS. pag. 72).

3. Didacus a S. Jacobo,

patria Tucitanus, quod est oppidum superioris Baeticae, in theologia scholastica, morali et mystica, nec-non positiva exercitatissimus.

Edidit. Hispanico idiomate:

1. *Concionum volumen. — Granatae, anno 1725.*
2. *Elogium S. Pii V. Pp.*
3. *Elogium S. Catharinae virg. de Bononia.*
4. *Beatae Virginis Dolores historialiter expensi.*
5. *Tractatum de interpretationibus haebraicis, graecis, et latinis.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 101).

4. Didacus a Jesu,

patria Granatensis, non Pincianus (ut ait Nicolaus Antonius, in Biblioth. Hispan. T. I, pag. 225) natus est, anno 1570, ex nobilissima familia Salablanca, et Balboa primogenitus. Matriti institutum nostrum amplexus est, anno Domini 1586, et anno sequenti, die 25 octobris Pastranae professus; in Daimelensi, et Complutensi collegiis studia philosophica et theologica perfecit. Postea Compluti, sacrae theologiae professor;

in evangelicis declamationibus, Caesar-Augustae, Toleti, Matriti, ac fere per totam Hispaniam, ad stuporem usque suspensos habuit populos; prior Toletanus, ac definitor generalis. Obiit Toleti, anno 1621.

Scripsit in universam Aristotelis philosophiam, ac in omnes D. Thomae Aquin. partes egregia commentaria, quae cum destinaret typis, e vivis sublatus est.

Edita sunt:

1. *Commentaria in logicam Aristotelis.* — *Latine.* — Matriti, anno 1608, in 4°.

2. *Expositio phrasium mysticarum S. P. Joannis a Cruce.* — *Hispan.* — Barchinone, ann. 1619, ap. Sebast. de Cormelles, in 4°.

3. *Compendium vitae ejusd. S. P. Joannis.* — Ibidem, eod. ann., et typogr., in 4°.

« *Quod, Gallice, reddidit Renatus Gauthier, magni con-*
« *siliis advocatus generalis, una cum annotationibus ejusd.*
« *Didaci super phrases mysticas S. P. Joannis a Cruce.*
— Parisiis, ap. Michael. Somnium, ann. 1621, in 8°.

Et iterum, anno 1665, in 4°, procurante Cypriano a Nativitate.

4. *Carmina, et sententiae spirituales, Hispane, conceptae.* Matriti (post ejus obitum) anno 1668.

« *Ludovicus Jacob, in sua Bibliotheca Carmelitana*
« *MS., pag. 72, asserit hunc Didacum prius fuisse antiquio-*
« *ris observantiae Carmelitam* ».

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 102. — De-Wiliers, T. 1, suae Biblioth. pag. 389, N.° 27).

5. Didacus a Jesu Maria,

Natione Hispanus, natus in Civitate Regali, professus Pastranae, ubi pie, sancteq. educatus, dum postea prior caenobio de Guadalaxara praefuit, anno 1649, Magalonensi, anno 1652, deinde patrio suo conventui Civitatis Regalis S. Angeli, anno 1665.

Vir brevi consummatus, et visionibus caelestibus illustris, obiit Toleti in novitiatu, postquam scripsisset opera inscripta, hispano sermone:

1. *Historia miraculosae imaginis Dei-parae de Prado.* Matriti, anno 1650, in 4°.

2. *Descriptio nostri deserti, seu eremitici caenobii de Bolarque.* — Ibidem, anno 1651, in 4°.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 103. — De Wiliers, T. 1, pag. 390, N. 283).

6. Didacus ab Incarnatione I.,

patria Cangas, in saeculo dictus Montagnez, qui cum esset summo fidei ardore accensus, in regnum Congo, anno 1584; jussu superiorum profectus est: ubi post multorum infidelium conversionem, ac pro fide Christi susceptos labores, ad suos tandem reversus, factus est primus Vicarius Caenobii Taurensis, anno 1589, deinde prior Pegnuelae, anno 1593. Interfuit celeberrimo capitulo generali Cremonae (in Italia) celebrato eod. ann. 1593, cum Joanne a S. Paulo, Castellae Veteris provinciali, et Francisco a Matre Dei priori Osmensi, altero socio ejusd. provincialis; tandem, anno 1594 in priorem Taurensem institutus, qui, jubentibus Rege Catholico et superioribus, scripsit:

— *Relationem amplissimam de Regnis Congo et Angolae.* —

(De Wiliers, T. 1, suae Biblioth., pag. 390 N. 29. — Ludov. Iacob., in Biblioth. MS., pag. 73).

7. Didacus ab Incarnatione II.,

Natione Castellanus, divinarum scripturarum summa intelligentia praeditus, quantum ex ejus scriptis conjici potest, quae sunt:

1. *Commentaria in Esther.*
2. *Commentaria in caput 13 Joannis.*
3. *De Sacramentis novae legis, in genere.*

« Haec absolvit in conventu Riosecco, anno 1617 ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 103).

8. Didacus a S. Joseph I.,

patria Vallisoletanus, theologus eximius, et vitae probitate conspicuus. Obiit, anno redemptionis nostrae 1621.

Hispano idiomate, collegit, et in lucem emisit:

1. *Descriptio acclamationum populorum Hispaniae pro beatificatione S. M. N. Teresiae a Jesu.* Matriti, anno 1615, in 4°.

2. *Ordo iudicialis* (qui MS. asservatur in Nostro complutensi Collegio).

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 103).

9. Didacus a S. Joseph II.,

Hispanus, ex rectore Complutensi, anno 1655, definitor generalis suae Congregationis electus.

Scripsit:

Elogium vitae, et virtutum sororis nostrae Isabellae a S. Dominico, « cui a confessionibus sacris, per plures annos fuit, « sicuti notat Ludovicus Jacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag. 73, »

10. Didacus a Praesentatione B. V.,

Ex oppido la Puebla de Monthalan (regni Toletani), professus Pastranae philosophiam atque theologiam in Complutensi nostro collegio docuit, diversis postea in locis prior, deinde definitor generalis, ac Vicarius, et tandem hispanicae congregationis generalis, electus in comitiis Pastranae celebratis, die 17 aprilis, anno 1655. Quo quidem munere dum fungeretur mense novembri cursum vitae mortalis absolvit, anno domini 1660. — Ejus scripta dicuntur:

1. *Epistola ad Philippum IV, regem catholicum « praefixa est litteris S. Teresiae: Philippus autem IV « Rex catholicus obiit 15 septembr., an. 1655 ».*

2. *Epistola pastoralis ad religiosos suae Congregationis.* — Matriti, anno 1657. in 4°.

(De-Wiliers, T. I, suae Bibliot., pag. 394 N. 40. — Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carm. MS. pag. 73).

11. Dimas a Cruce,

Natione Tuscus, patria Montis-Leonis, in saeculo Iacobus Tonellus, et nostri venerab. P. Aurelii a S. Sigismondo, viri sanctitatae clarissimi, anno 1652, die 23 januar. defuncti, frater. — Ab adolescentia S. Francisco fratrum minorum patriarchae devotissimus. Attamen B. Maria volente, habitum ejusdem B. Virginis sumpsit Romae in conventu S. Mariae de Scala, anno 1610, tempore prioratus venerab. P. Dominici a Iesu Maria, cui fuit intimus.

Anno 1615 Ferdinandus a S. Maria praepositus generalis, Dimam in Persidem pro infidelium conversione misit, ubi, ad instar viri apostolici, animum omnino applicuit ad Armenos revocandos. Quod egregie praestitit ingenti eorum cum fructu, et ecclesiae gloria. Summo flagrans martyrii desiderio, sese saepius obtulit ad illud percipiendum: sed Dei voluntate ad alia extitit destinatus. Fuit vicarius convent. Ormusii, usque ad annum 1622, quo haec Urbs a Persis et Anglis capta fuit supra Lusitanos tum maxime impeditos. Deinde Aspahamensis quoque vicarius, et prior, atque vicarius provincialis totius missionis Persidis et Indiarum.

Anno 1634 Urbanus VIII, Pontif. max., qui de zelo animarum, de ardenti charitate, de summa pietate, eruditione, linguarum orientalium peritia, et de piissima conversatione nostri Dimae optime informatus, eum Babiloniae chaldaeorum episcopum nominavit, eique pontificalia in Orientem misit ornamenta, mitram, baculum etc. Sed hic perfectissimus religiosus hunc sublimem honorem constantissime recusavit, et ad romanum pontificem ornamenta remisit episcopalia.

Magno in honore apud Persarum reges, principes, oratores europaeos, ac universos populos exemplar insigne, migravit in coelum cum magna sanctitatis opinione, Aspahami, anno 1639, die 23 decembris.

Composuit:

Vocabularium Persico-Italicum.

« *Quod dono dedit MSS. Aspahami, Hieronymo Imbof,* « *patritio Norimbergensi, viro litteratissimo, qui promi-* « *serat se illud emissurum in lucem ; ut observavit Ada-* « *mus Plearius in suo pererudito itinere Moscovitico-Per-* « *sico, pag. 539. Quod, Gallice, reddidit vir clariss.* « *Abrahamus de Wickfort, consiliarius, et prolegatus* « *Brandeburgensis apud regem christianissimum* ».

(De-Wiliers T. I, pag. 396 N. 46 — Ludov. Iacob, in sua Biblioth. MS. pag. 75).

12. Dionysius a S. Andrea,

In saeculo Leonardus Rizza, Syracusis, in Sicilia ortus. Cum vix attigisset annum decimumquartum, in convent. nostro

Panormitano religiosum habitum induit, ac transacto biennio cum annos XVI complevisset, solemnem emisit professionem die 6 januar, anno 1663.

Gravioribus, ac amaenioribus litteris apprime excultus, subtilis ingenii sui multa praebuit argumenta. In coenobio Castriveterano, sacram theologiam maximo omnium plausu docuit, ac ejusdem conventus prior electus, anno 1679, et in eodem obiit, die 20 augusti, ejusdem anni.

Scripsit, sed suppresso nomine:

Harmonium Dechachordum a Phaebo, novemque musis percussum.

« Tributum, ac dicatum Illmo et Rmo Episcopo Syracu-
« sano Dno Ioann-Antonio Capobianco » Neapoli, anno 1670, in 8°.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 144. — De-Wiliers, T. I, pag. 397 N. 47).

13. Dionysius ab Assumptione,

Leodiensis provinciae alumnus, electus XXXII. Praepositus generalis italicae congregationis, die 19 aprilis, anno 1698.

Obiit Leodii, die 30 decembris, anno Domini 1701, aetat. 55.

Edidit latine :

Instructio theoricae, et praxis criminalis pro Carmelitis discalceatis, ad recte administrandam justitiam justa S. Canones, constitutiones ordinis, et approbatos aucthores. — Romae, 1701, typ. Io: Iacobi Komarek, in 12°.

Scripsit *Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Congregationis.*

14. Dionysius a Cruce,

Hispanus, vir non minus singularis virtutis, quam eximiae doctrinae titulis insignitus. Barchinonensis prior, anno domini 1655.

Scripsit. *In D. Thomam Aquin. Commentaria,*

« Teste Philippo a SS. Trinitate, in compendio historiae carmelitanae.
« lib. 7, cap. 17. pag. 605 ».

15. Dionysius a S, Francisco,

Natione Belga, vir pius et litterarum studio deditus. — Latine reddidit, circa annum 1656.

1. *Historiam vitae, virtutum, ac miraculorum nostri venerab. Fr. Francisci a Puero Jesu.* — Coloniae, typ. Bernardi Gualteri, ann, 1628, in 8°.

2. *Vitam venerab. Matr. Annae a S. Bartolomaeo, « a Chrysostomo Henriquez scriptam ».*

3. *Opuscula ejusdem venerab. Matr. Annae, « ex Gallico, P, Thomae Aquin. a S. Joseph ».*

4. *Vitam B. Franci Senensis Carmelitae, « ex Italico sermone ».*

5. *Vitam B. Franciscae de Ambasia, Ducissae Armoricae, et Carmelitanae, « ex Gallico idiomate ».*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 144. — De Wiliers, T. I, pag. 398, N. 50).

16. Dionysius a S. Maria,

patria Trevirensis, natus die 15 januarii, anno redemptionis nostrae 1598. Institutum nostrum amplexus est Bruxellis, anno 1619. Fuit postea prior Coloniensis, et deinde Herbipolensis. Decessit Viennae Austriae, anno 1641, die 25 martii. — Vir vita, conservatione, morum candore, religione, et eruditione venerabilis, qui Germanico idiomate, dedit:

1. *Thesaurum Carmelitarum.*

2. *De disciplina regulari, lib. I.*

« *Omnia edita sunt, primum* » :

Coloniae Agrippinae, typis Gualterianis, anno 1630, deinde Augustae, et tandem Monachii.

(Haec exhibentur in Schedis MS. R. P. Nri Pauli ab omnibus sanctis, quibus usus est Ludovicus Iacob, in sua Bibliotheca Carmelitana MS., pag. 76).

17. Dionysius a Matre Dei,

Natione Aquitanus, ex nobilissima dynastia De-la-Salagourde, Illmis parentibus Iacobo, alias Ioanne de-Machanan, Petracoricensi, et Maria de-la Motte, anno reparatae salutis 1584, Burdigalae ad Garumnam, natus.

Adolescens Romam profectus, regularem observantiam amplexus est novitius in asceterio B. V. M. de Scala anno 1600, et professus Ianuae, anno 1601, die 20 octobris: primus gallus, italicae congregationis alumnus.

Superiorum obedientia in Gallias, pro conventus Avenionensis fundatione, anno 1608. una cum R. P. Caesario a S. Ioseph (in saeculo de-la-Favergue, nobili sebusiano) missus, Lugdunum die 22 januarii ann. 1610 advenit cum R. P. Bernardo a S. Iosepho (vid. art. prop.), in conventu antiquiorum carmelitarum benigne receptus, ab Illmo Dno Roberto Berthelot, honorario priore: Inde Parisiorum lutetiam petens, ibi fundationem conventus absolvit, anno 1611 die undecima maij, cui non defuit, imo et magnopere profuit R. P. Philippus Piquelin, semuniensis, doctor theologus Parisiensis collegii Maubertini carmelitarum prior, qui coram supremo parisiensium senatu accersitus, egregium Teresianis reddidit testimonium. Multorum postea caenobiorum fundator extitit, ac provincialis II. Galliarum.

Vir laboribus indefessus: revelationibus, apparitionibus, vitae sanctitate, prudentia, charitate, obbedientia, paupertate, et doctrina percelebris: concionator fervidus, et theologus eximius: nostras moniales, sub jurisdict. ordin., e Belgio in Gallias, primum in Armorica, in civitat. Morlacensi adduxit, anno 1620. Obdormivit autem in Domino Avenione, anno 1622 die festo Praesentationis B. V. M. 21 novembris. — Scripsit Gallice:

1. *Homilias de SS. Eucharistiae Sacramento.* — Parisiis, ap. Michaelem Sonnium, ann. 1618 et 1619, in 8°.

2. *Discursum theologicum de visionibus, et revelationibus, atque locutionibus.* « Qui unacum S. Gertrudis « insinuationibus divinae pietatis praefixus est ». — Ibidem, ap. eumd. typ., anno 1619, in 8°.

3. *Amatorem veritatis,* « *contra novos terminos,* « *sive locutiones, quibus Petrus Berullius, postea cardi-* « *nalis, in operibus suis utebatur* ». *(Suppress. Nom.).*

4. *Ex Hispanico in Gallicum sermonem vertit librum fundationum S. M. N. Teresiae a Jesu.* — Ibidem, ap. eumd. typ, anno 1616, in 8°, et Libr.

5. *Canticorum spiritualium S. P. N. Joannis a Cruce, operibus ejusdem praefixorum, scilicet libri ascensionis montis Carmeli: Noctis obscurae animae, et vivae flammae amoris* — « *versis in Gallicum sermonem, ex*

« *Hispano a Dno Renato Gautier, et impressis Parisiis,*
« *ap. Michaelem Somnium, anno 1612 et 1628, in 8°* ».

6. *Instructiones Sororis nostrae Matr. Mariae a S. Josepho, Lusitanae, ad Moniales gubernandas, et ad Matr. Hieronymam a Matre Dei, priorissam Monialium nostrarum Segobiensium directas.* — Parisiis, ap. Rolinum Thierry. anno 1617. in 16°.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 145. — De-Wiliers, T. I, suae Bibioth, Carm. pag. 400, N. 55).

18. Dionysius a Nativitate (Martyr.),

Vocatus in saeculo Petrus, natione Neustrius, patria Honflorius, Petro Berthelot, et Florida Morin, nobilibus parentibus, anno 1600, initio decembris, natus.

Ex nauta peritissimo, et cosmographo regio indiarum orientalium, anno 1634, die 24 decembris, in caenobio nostro Goano religionis habitum sumpsit, R. P. Philippo a SS. Trinitate Avenionensi tunc priore existente, et anno 1635, die dominica infra octavam nativitatis Domini solemnia vota emisit.

Vir humilitate conspicuus, fide, spe, charitate Dei, amore proximi, et summo martyrii desiderio flagrans: quod assecutus est in urbe Achen ad insulam Sumatram, cum venerab. fratre Redempto a Cruce (converso), Lusitano, anno Dni 1638, die 17 novembris.

Cum esset regis catholici cosmographus eximius, et linguarum Malacensis, atque Lusitanae versatissimus, propria manu fecit, delineavit. instante et anxie petente Excmo Dno Michaele de Noronna comite de Lignarez, indiarum pro-rege.

Tabulas marittimas varias exactissimas, — « *Quas* « *dictus comes de Lignarez obtulit regi catholico* ».

(De-Wiliers, T. I, suae Biblioth., pag. 40d, N. 56. — Ludov. Iacob, in sua Biblioth. MS., pag. 77).

19. Dominicus a S. Gabriele (Conversus),

Natione Gallus, in civitate Rupe-Maurensi, diocesis Valentinensis, ex nobili familia natus, die 29 septembr., anno 1595. Pro custodia quotidiana Ludovici XIII. Militem ordinarium

agebat, quando ad nostros Parisienses PP. convolavit, apud quos, prae humilitate, professionem laicorum, seu conversorum emisit, anno 1621, die 8 martii. Ex quo tempore usque ad obitum die 6 aprilis, anno 1674, singulari modestia praeditus, in oratione assiduus, tam intra, quam extra claustrum ab omnibus fuit dilectus hic frater laicus. — Scripsit, et edidit, Gallice:

Librum sanctarum cogitationum, et piarum affectionum animae Deum diligentis, et ad perfectionem anhelantis, — Parisiis, ap: Ant. Delapierre, 1641, Ibidem, ap. Sebast Hurè 1648 (ter editum). Ibidem, 1655 (quinto) ap. Feder. Leonard, 1665.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 103).

20. Dominicus a Jesu,

In saeculo Giraldus Vigier, natione gallus, provincia Avvernus, patria Aurelianensis, die 4 Octobris, ann. 1595, aut 1596, natus.

Parisiis vestem religiosam induit, anno 1613, die 2 Julii, (et fuit unus e duodecim primariis novitiis nostris), professionem vero emisit, die 13 julii ann. seq. 1614. — Ingenio subtili donatus, antequam Sacerdotio initiaretur Praelectoris munus exercuit in coenobio tum Parisiensi, tum Charentonensi prope Parisios. Anno 1621 ad Sacerdotium evectus, cum sequenti anno Illmus Princeps Henricus Borbonius, episcopus Metensis, de universa theologia theses propugnaret, praesente rege christianissimo, ac pluribus cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, doctoribus, magnatibus, voluit Ludovicus XIII, ut primus omnium disputaret: quod tam subtiliter praestitit, ut communem totius coetus applausum meruerit. Illum in rebus majoris monumenti consuluere Emi cardinales Richelius, Rupefucaldius, Lavaletta, ac Illmus gallice cancellarius D. Seguier. Prior Charentonensis, ac prov'ncialis Definitor, crescentibus. Ejus virtutis et eruditionis meritis, ab Urbano VIII pontif. max. archiepiscopus regni Persarum destinatus; sed Ludovico XIII rege christianissimo instante, ac Joanne Armando cardinali Duce Richelio cooperante; summus pontifex consilium mutavit, illumque ab hac splendida dignitate revocavit. Vix e-

portis mortis miraculose fugerat, anno 1632, Vitas Sanctorum Stirpis Regiae Franciae aggressus, cum litteris commendatitiis regis munitus, Galliae, Germaniae, Italiae doctores consuluit, ditiores Bibliothecas perlustravit, ac MSS. indefesse perscrutatus est.

Prior Claromontani conventus obiit Parisiis, anno 1638, die 30 Januarii.

Opera ejus inscribuntur:

1. *Epigrammata Graeca et Latina ad R. P. Dionysium a Matre Dei Carm. Disc.* « *cujus operibus praefiguntur.* »
Parisiis, anno 1618, et seqq.

2. *Cathechismus Doctrinae Christianae. (exiguus, sed in praetio habitus), Gallice.*
Parisiis, ann. 1620, 1621. 1622 et 1623, ap. Mich. Sonnium, in 24.°

3. *Acta canonizationis S. M. N. Teresiae a Jesu. — Latine, in 24° —* « *cum Praefatione, et Epistola ad Nico-* « *laum de Verdun, Senatus Parisiensis Principem* ».
Ibidem, ap. eumd. typ. ann. 1628.

4. *Acta canonizationis S. Andreae Corsini, cum Ejus vita e MS. Codice recensita notisque illustrata.*
Ibidem, ann. 1638, ap. Claudium Sonnium, in 8°, latine.

5. *Vita S. Mariae Magdalenae de Pazziz Virg. Florentinae Carmelitanae,* « *ad Mariam Mediceam Reginam* « *Matrem, nuncupata* ».
Parisiis, typ. Sonnii, an. 1637, in 8°, gall ce.

6. *Epistola de Propagatione Ordinis Carmelitarum, et de Regum Christianissimorum in Eum beneficentia.*
Ibidem, ap. eumd. typ. ann. 1630, in 4°, gallice.

« *Ad Regem Christianiss. Ludovicum XIII Operibus S. M. Teresiae, praefixa.* »

7. *Epistola latina* « *Libro logicae cursus Artium PP. Complutensium, praefixa* ».
Ibidem, ap. Mich. Sonnium, ann. 1628, in 4.°

8. *Epistola altera latina* « *Libro phisicae ejusd. cursus praefixa.*
Ibidem, eod. anno.

9. *Epistola latina* « *Tomo II cursus theologici PP. Salmanticensium praefixa, ad Emum, cardinalem Richelium.*
Ibidem, ap. Claudium Sonnium, ann. 1631, in folio.

10. *Historia Paraenetica SS. Flori Episcopi Lodovensis, Marii Praesbisteri. et Gerardi, Trium Superioris Averniae Patronorum, cum aliquibus Notis ad illustrandam Historiam Ecclesiasticam illius Provinciae,*
Ibidem, ap. eumdem typ. ann. 1635, in 8° magno (gallica).

« *Ad Carolum de Noailles, S. Flori Praesulem doctissimum* ».

« Hujus Historiae meminit Jacobus Lelong, in Biblioth Historica pag. 41 num. 1144 ».

11. *Monarchia Francorum Historica et Sancta :*

« *Sive fasti Regii, quibus inscribuntur christianissimi* « *imperii reges, reginae, regum filii, filiae, generi, neptes,* « *aliique consanguinei, vitae sanctitate illustres; eorumque* « *res praeclarae, pace ac bello gestae describuntur. (Gal-* « *lico idiomate* ».

« *Opus in tres partes, totidemque volumina, juxta* « *regiam stirpem triplicem distributum. — Magno sane* « *labore et diligentia ex diversis diversarum regionum, et* « *religionum bibliothecis, et MSS. conquisitum ac compo-* « *situm. Morte praeventus auctor, illud edere non potuit,* « *quod ex voto composuerat, anno 1623, ad extrema fa-* « *ctus. — Codex autem MS. asservab., olim, in celeberrima,* « *et ditissima bibliotheca coenobii Claromontani provinciae* « *Parisiensis.*

12. *Martyrologium carmelitarum MS. (extabat in ead biblioth. Claromont.).*

13. *In metaphysicam commentaria MSS. (Ibidem quondam asservata apud P. Thomam Aquinatem a S. Josepho, hujus P. Dominici a Jesu discipulum).*

14. *Spicilegium Episcoporum Ordinis Carmelitarum.*
Parisiis, ap. Claud. Sonnium, an 1638, in 4.°

« *Ad calcem vitae S. Andreae Corsini hujus spicilegii* « *Hyppolitus Helyot meminit in cathalogo auctorum hi-* « *storiae Ordinis Carmelitarum, praefixo, tomo I historiae* « *(gallice editae) de ordinibus religiosis, pag. 11 — Memi-* « *nit quoque vir doctissimus Dom. Lenglet, in methodo* « *historiae studendae, tom. III, pag. 149* ».

15. *Tractatus de controversiis omnibus, quae habentur inter catholicos et haereticos hujus temporis.*

(MS. codex extabat quondam, apud P. Lucianum a S. Maria, in Parisiensi nostro coenobio commorantem, « teste Ludovico Jacob »).

16. *Meditationes in orationem dominicam S. M. N. Teresiae adjudicatas, « vertit ex hispanico idiomate in « latinum sermonem, eodem referente Ludovico Jacob, in sua biblioth. carmelitana MS., pag. 80 ».*

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 103. — De-Wiliers, tem. I. pag. 410 N. 16) etc.

21. Dominicus a Jesu Maria, I.

Dictus in saeculo Dominicus Ruzzola, Bilbili, vulgo Calatayud in Hispania Tarraconensi, natus est die 16 maji, anno Domini 1559. — Patrem habuit Michaelem Ruzzolam, Cantabrum Matrem vero Hieronymam Lopez Celtiberam, cujus frater R. P. magister Franciscus Lopez, Avunculus Dominici, Carmelit. Antiquioris Observantiae, Prior Bilbiliensis, Dominicum septimo ejus aetatis annuo, mortuo patre, in suo conventu retinere voluit. — Aetatis anno duodecimo, Dominicus in eo coenobio novitius indutus est: Completo decimosexto anno aetatis suae, solemnem professionem emisit.

Cum autem Caesar-Augustano conventu pestis saeviens anno 1580 terreret, septuaginta suscepit infirmorum curam, in qua gerenda non defuere prodigia. Ad majorem postea perfectionem anhelans, obtenta superiorum licentia, in celebri nostro pastranensi tyrocinio novitius, admittitur, et professione anno 1598 emissa, magistri novitiorum socius electus est.

Anno 1600 Romam missus ad novellae Congregationis nostrae italicae augmentum, quam fovit, et illustravit. Profectus Janua in urbem deinde perveniens, electus est novitiorum magister. Anno 1608 definitor generalis, ac prior coenobii S. Mariae de Scala Romae. Anno 1611 prior conventus Neapolitani electus; sed jussu et aucthoritate summi Pontificis continuatur in romano postea procurator generalis; dein praepositus generalis V renuntiatus, anno 1617 die 15 aprilis: Tandem legatus Gregorii XV pontif. max. ad Ferdinandum II, romanorum imperatorem. Die decima octobris, ann. 1620 in Strakonitzio palatio, inter alias ab haereticis prophanatas

imagines, unam reperit Nativitatis Christi, in qua Beatissimae Virgini, et S. Josepho sacrilege oculos eruerant: Hoc tristi commotus spectaculo, et amare flevit, vovitque effecturum totum quod posset ad Eam honorandam. Illam secum in collo suspensam portans, in bello effecit, ut catholici insignem victoriam adversus Federicum V. Beatae Mariae de Victoria haec imago sortita est nomen.

Induxit eumdem pontificem Gregorium XV ad erigendam congregationem de Propaganda Fide, cui ipse aggregatus, multa aureorum millia procuravit.

Germaniam, Belgium, Galliam, et Italiam magno cum honore lustravit Dominicus: a principibus, magnatibus perbenigne et honorifice acceptus, praesertim a Ferdinando II Caesare, cujus erat a confessionibus sacris multum charus extitit. Quasi legatus ab Urbano VIII mittitur iternm in Germaniam, procurandae pacis causa inter imperatorem et ducem Mantuae.

Viennae-Austriae obiit, die decima sexta februarii, anno salutis 1630. Vir immortali fama dignus. — Scripsit:

1. *Sententias spirituales circa viam purgativam, illuminativam, et unitivam, tomis tribus, in 12.*

« *Quae in latinum, gallicum, germanicum, et belgicum translatae fuerunt.* ».

Gallica, prodiit Parisiis, ap. Mich. Sonnium, anno 1623, in 16.°

« *Interprete Matthaeo a S. Jo: Baptista, Allobrogo, Carmelit, Discalc.* ».

Ibidem, anno 1625.

2. *Argumenta psalmorum,* « *ad utiliorem Divini officii recitationem, e multiplici SS. Patrum et insignium* « *Doctorum Expositione tam litterali, quam spirituali,* « *decerpta* ». — *Latine.*

Romae, ap. Franciscum Cabatum, ann. 1623. in 3.°

3. *Alia argumenta Psalmorum.*

Ibidem, eod. anno, in 8.

4. *Tres litteras pastorales ad totam Congregationem suam* « *quae habentur italice in collectione Mediolanensi,* « *Part. 3, pag. 117 et seqq.* »

5. *Vitam Fratr. Alexii a S. Bernardo. Poloni:* « *ex qua multa deprompsit Philippus a SS. Trinitate,* « *3 part. Decoris Carmeli Religiosi, pag. 26 et seqq.* »

6. *De protectione Beatissimae Virginis Mariae. Librum.*

Parisiis, ap. Petrum de Bresche, ann. 1645, in 21°.

« *Gallice, interprete anonymo Carmelita Discalc. Gallo, inquit Ludov. Jacob.*

7. *Concordiam spiritualem. Tom. I, in 8. — Hispanice.*

Bruxellis, anno 1626.

8. *De theologia mystica, libros duos: « Quos forte « eosdem, quos laudavimus numero primo, nonnulli scrip- « tores existimant ».*

9. *Directorium bene moriendi.*

10. *Compendium ipsius vitae, « quod jussu ven. P. « Joannis a Jesu Maria, praepositi generali, scripsit ».*

11. *Relationes, « quas citat P. Franciscus a S. « Maria. in historia Congregationis nostrae hispanicae ».*

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 105-118. Ubi addit Apologiam adversus Calumnias Adriani Baillet insertas, in vita Edmundi Richer, Lib. IV, pag. 295 ot seqq. ».

(De-Wiliers, T. I. suae Biblioth. Carmelit. pag. 413, N. 69 etc.).

22. Dominicus a Jesu Maria, II,

Tarentinus, ex nobili familia Romanelli natus. Nostrum institutum suscepit, in quo virtutibus clarus et scientia praecellens: Lector Coenobii Melitensis, et concionator celebris. Obiit Neapoli ante annum 1678, postquam scripsisset italice:

1. *Trattato di Rettorica, con tutti gli esempii. MS.*

2. *Panegirici. Tom. I. MSS.*

« *Haec opera asserv. in Biblioth. Coenobii Nostri « Neapolitani Matris Dei: Teste Nicolao Toppi, in Biblio- « teca Neapolitana, pag. 72 ».*

(De-Wiliers, Tom. I, suae Biblioth. Carmelit. pag. 414, N. 70).

23. Dominicus a Matre Dei,

Hispanus, suae Congregationis hispanicae secretarius, ac definitor generalis.

Edidit, patrio idiomate:

Elogium commentariorum in regulam primitivam

ordinis Carmelitarum, « quod R. P. Franciscus a S. Elia « Typis mandavit ».

Segobiae, anno 1638, in folio.

« et his Commentariis praefigitur istud elogium, Teste « Ludovico Jacob in sua Bibliotheca Carmelitana MS., « pag. 81 ».

(De-Wiliers, T. I, suae Bibliot4, pag. 415, N. 71).

24. Dominicus a S. Nicolao,

Natione Belga, Gueldriensis provinciae, in saeculo Christianus Boch, natus est piis et honestis parentibus. Adhuc juvenis Carmelitanam professionem emisit, justa institutum antiquioris regularis observantiae: Sed perfectioris vitae cupidus, ad nostros Bruxellis transiit anno Domini 1622. Ex Belgio in Germaniam cum duodecim ab his sodalibus perrexit, anno 1624, ubi prioris munus aliquoties exercuit.

Anno 1647, Romam ad Capitulum generale ivit, socius provincialis Germaniae, ubi prior Melitensis electus est. Vix annum prioratus istius duxerat, cum assumptus est in visitationem generalem conventuum, et hospitiorum nostrorum in Oriente, mansurus postea vicarius provincialis tam Persidis, quam Indiarum.

Anno 1649. Goam perveniens, e regno Canara, et urbe Mangalor, P. Sebastianum a SS. Sacramento, et Fratr. Josephum ejusdem Cognominis convocavit, missionis ipsorum rationem reddituros, quibus de suo fructu Evangelico prospere aucto auditis, humi humiliter se prosternens, debitas Deo gratias agere non cessabat.

Anno 1650, die 18 junii in gravem morbum decidit, sed mire curatus, obtinuit facultatem perficiendi ecclesiam collegii nostri S. M. Teresiae ab suburbium civitatis Goae. Negotiorum Congregationis nostrae italicae causa in Curia Lusitaniae pertractandorum, navem conscendit, die 24 januarii, anno 1654. Cum prope S. Michaelis insulam appulisset, contracto lethali morbo, in eam delatus, a patribus societatis Jesu insigni charitate receptus, ecclesiasticis sacramentis munitus, die 24 julii, anno eodem 1654, felicem aminam exhalavit.

Vertit, Germanico sermone:

1. *Instructionem novitiorum, venerab. P. Joannis a Jesu Maria.*

2. *Summarium graduum orationis ac contemplationis a P. Thoma a Jesu conscript.*

Monachii, typis Bergerii, anno 1634, in 8.°

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 136. — De Wiliers, pag. 417, Num. 75, Tom. 1).

25. Dominicus a Praesentatione B. V.,

Hispanus, ex Forenda oppido Alabae oriundus, doctor theologus, ac in Accademia Granatensi pubblicus professor postea Carmelita Discalceatus, ac provinciae Cataloniae provincialis, deinde definitor generalis, anno 1600.

Vir plurium, maximarumque virtutum gloria celeberrimus, ingenio et eruditione clarus. — Scripsit:

Lucubrationes theologicas hactenus ineditas.

« *De illo mentionem habent Aubertus Miraeus, in* « *praefatione — de origine et incrementis ordinis Carme-* « *litarum, pag. 171. — Paulus ab omnibus sanctis in* « *bibliographia Carmelitana, hactenus inedita. — Ludo-* « *vicus Jacob in sua Bibliotheca Carmelitana MS. pag. 81,* « *et plurimi alii etc.* »

(De-Wiliers, T. I, suae Biblioth. Carmelit. pag. 417, N. 76).

26. Dominicus a S. Teresia I,

Natus Narbonae, anno 1591. Parisiis religionis indultus habitu, die 30 novembris, anno 1618, et professus, die 5 decembris 1619. — Ibidem obiit, die 11 julii, an. . . . . meritis cumulatus. — Dum post ejus mortem Religiosus quidam papyros comburendas in ejus cella colligeret, deliquium patiens, quoties cremare volebat, suspicatus aliquam esse, quae conservari deberat. reperit Codicem unum, in 12°, inscriptum:

Misericordiae Dei factae peccatori, « *in quo delicta* « *juventutis, conversionem, ac Gratias a Deo acceptas* « *narrat, ex quo quae de Ejus vita narrat Ludovicus a* « *S. Teresia, Lib. I, nostrorum Annal. Gall., cap. 64,* « *desumpsit* ».

(Martial. a S. Jo: Bapt., pag. 138).

27. Dominicus a S. Teresia II,

Hispanus, ex oppido la Alberca, prope Batuecas, in Castella Veteri natus.

Vix quinquagenarius, jam cathedra, jam praelatura dignus: Totus in officio, totus in scribendo, ut nec officium Calamo, nec Calamus officio obesset.

Jam definitor generalis congregationi suae hispanicae, in virtute, in omni disciplinarum genere admirandus, philosophus et theologus supra quam credibile sit eruditissimus: Curiae Matritensibus Proceribus expetitus, a regio confessario Martinez de Prado, suae etatis eximio theologo, in rebus arduis pluries consultus. — Obiit anno Domini 1654, aetatis vero 54.

Auctor est duorum voluminum cursus Salmanticensis.

1. *Est — De ultimo fine, de beatitudine, de voluntario et involuntario, de bonitate, et malitia actuum humanorum.*

2. *De peccatis.*

Salmanticae, anno 1647, in folio.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 128. — De Wiliers, T. I. pag. 419, N. 79).

28. Dominicus a SS. Trinitate,

Natione Gallus, Niverni natus est, die 4 augusti, anno 1616. Patrem habuit Ludovicum Tardy, Ducatus Nivernensis procuratorem generalem, Matrem vero Barbaram Trapes, sororem Illmi Leonardi Trapes, de quo aucthor Galliae Christianae.

Adolescens eximiae indolis, felicissimique ingenii, Parisiis inter Nostros adscribi voluit, a parentibus, supremi Senatus decreto, a nobis ad tempus avulsus, constanter in eodem proposito perseveravit, et habitum religiosum induit anno 1633, die 12 julii, et professionem solemnem emisit anno sequenti, mese augusti.

Emensis Philosophicis ac theologicis studiis, in Seminarium S. Pancratii dictum Romanum; sed tunc S. Mariae de Victoria missus, theologiae polemicae strenuam navavit operam; mox ad Melitense nostrum Collegium, ut praelectoris fungeretur officio se conferens, inquisitoris munere insignitus

est. Romam revocatus, in eodem Missionum Seminario, ad legendas et docendas controversias commoratus est.

Ad pubblica etiam Congregationis officia, tum sapientia, tum consiliis, tum prudentia totum ordinem illustravit. Pluries definitor, ac tandem XIX. Praepositus generalis italicae congregationis anno 1659, die 3 maij electus.

Tanta regendi dexteritate, ea sostinuit opera, ut sui completo rigiminis triennio, dispensatione pontificia, iterum anno 1662, die 29 aprilis, ad eamdem dignitatem promotus fuerit. — Alexandro VII charus, Clementi X acceptissimus fuit; a quo inter romanae inquisitionis qualificatores adscriptus. Pietate, doctrina, eruditione celebris; Ulcere in Pede contracto, podagrae, chiragrae, ac calculi dolores acerrimos sustinuit, quibus tandem oppressus, et purgatus obiit, die 7 aprilis, anno 1687.

Primum opus, quod edidit Romae, anno 1650, fuit:

Tractatus polemicus de anno Jubilaei, in 4°.

« *Qui tredecim controversiis, in sua capita divisis,*
« *agit de ejus nomine, ethimologia, natura, necessitate,*
« *origine, antiquitate, coeremoniis, ac ritibus, effectibus,*
« *Ecclesiae thesauro, et aliis, quae ad hanc materiam spec-*
« *tant* ».

Alterum opus et praecipuum, jure merito inscriptum sic habetur VII. Tomis editum:

« *Bibliotheca Theologica septem libris destinata, in*
« *qua exacto ordine reponuntur cuncta ad completam*
« *sacrae doctrinae, vel theologiae notitiam spectantia, tam*
« *secundum se, quam secundum diversa ejus munera, de-*
« *ducendi conclusiones beneficio artis syllogisticae, unde*
« *scholastica vel argumentativa: ordinandi et explicandi*
« *locos theologicos, unde positiva sive thetica et funda-*
« *mentalis: defendendi sua principia adversus omnia in-*
« *fidelium genera, unde polemica: disponendi suas ma-*
« *terias, unde methodica: utendi metaphoris, unde sym-*
« *bolica: provocandi vel dirigendi affectum ad Deum,*
« *unde mystica* ».

Tomus I, Romae prodiit, ann. 1665, in fol, ut coeteri omnes; paginas 308 continens, praeter praefationem,

et indices. — Tom. II, anno 1667, pag. 545. — Tom. III, ann. 1668, pag. 742. — Tom. IV, eodem anno, pag. 583. — Tom. V, anno 1671, in duo volumina sectus, cujus pars prima continet paginas 786. Pars secunda, anno 1673 continetur pag. 1186. — Tom. VI, anno 1676, editus, habet solummodo pagin. 72. — Tom. VII, eodem anno 1676 editus, continet pagin. 874, totus in exponenda theologia symbolica et mystica.

Martialis a S. Io: Bapta, in sua Bibliotheca, pag. 143, N. 13, non recte annumerat inter nostros scriptores Dorothaeum a S. Renato. Doctissimus hic Religiosus pertinet ad Carmelit. Calceat. Provinciae Turoniae (vid. De-Wiliers, T. I, suae Biblioth. pag. 422, Lin. 3 et 5).

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 138, 143. — De Wiliers, T. I, suae Biblioth. pag. 420, N. 80, etc.)

29. Dosithaeus a S. Alexio,

Parisiis ortus, die 11 novembris, anno 1687, honestis parentibus, dictus in saeculo Guillelmus Briard, in eodem coenobio Professionem emisit die 30 ianuar. an. 1707. Post philosophiae, ac theologiae professor, necnon definitor provincialis.

Edidit Parisiis, anno 1727, idiomate gallico, eoque terso et eleganti:

Vitam S. P. N. Joannis a Cruce. — Tom. 2, in 4. — In quibus plura reperiuntur circa historiam Teresianae Reformationis, ac plurium Monaster., Parisiensis Fundationis, in iis inseruit quaedam Opuscula, ac Cantica, quae in editionibus gallicis Operum S. P. Ioannis a Cruce desiderantur, ac quorumdam quae quibusdam visa sunt difficilia, solidam explanationem.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 143).

30. Dosithaeus ab Angelis,

Provinciae S. Angeli Longobardiae, sed postea Venetae Provinciae aggregatus.

In saeculo Ioannes Baptista Buzzi, in oppido, ditionis mediolan. Castellum supra Ticinum, nuncupato a Francisco, atque Felice Cardana parentibus, natales habuit die 17 octobris anno 1618. Pietati deditus, Religionis habitum sumpsit, Mediolan. anno 1636 die 11 martii. Lectoris munus plures per

annos exercuit, itemque Concionator eximius evasit pluribus in Italiae civitatibus, praecipue Patavii Episcopo ipsius urbis Cardinal. Gregorio Barbarigo, summopere charus fuit. Provinciam Venetam praeclara cum laude gubernavit.

Scripist :

1. *Funiculus triplex Mysticis Canticis Canticorum sensibus, allegorico, anagogico et morali intertextus. — Tom. 4, in 4. MS.*

2. *Amoris prodigia congesta in Cantico Canticorum triplici sensu, allegorico, anagogico et morali exhibita.— Tom. 1, in folio. MS.*

3. *Renovatae Urbis et Templi, cuius ideam inspexit Ezechiel, litteralis, allegorica, et moralis Descriptio. — Tom. 1, in folio. MS.*

4. *In Apocalypsim Commentaria. Tom. 1, in folio. MS. — Italice, edidit.*

5. *S. Teresa di Gesù coronata con gli Esempi di virtù de' suoi Figli.*

Venezia, 1684 in 4.

Cuius unius et solius Operis meminit Martialis a S. Io. Bapt., in sua Biblioth. pag. 143, Dosithaei ab Angelis mentionem habent Philippus Angelatus in Bibliotheca Scriptorum Mediolan. pag. 221, num. 320. — Philippus Picinellus in Athenaeo virorum litteratoram Mediolan., De Williers, T. 1 suae Biblioth. Carmelitanae, pag. 422, N. 84, et plurimi alii Aucth.

1. Eleazarus a S. Delphina,

Arausicanus, Provinciae Avenoniensis alumnus.

Ex italico idiomate in gallicum sermonem vertit:

Vitam Sororis nostrae Teresiae-Margaritae ab Incarnatione, in saeculo nuncupata Ser.ma Princip. Catharina Farnesia, defunct. in Monaster. nostro Parmensi die 26 april. ann. 1684, editam a R. P. Maximo a Purificatione B. V., Longobardiae ex Provinciali, qui erat Ei a confessionibus sacris.

Ista versio gallica prodiit Avenione anno 1694, in 4°. —

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 146).

2. Eleonora a S. Bernardo,

Die 4 martii, anno Domini 1579, in provincia Leodiensi nata: Patrem habuit Ioan. Mariam Corbarium Spinolam januensem, matrem vero Eleonoram de Bavaria.

Ianuam reducta, ac in avorum maternorum educata domo, prima, quae protulit verba, haec dulcissima fuerunt, Iesus Maria. Octavo aetatis anno, Matritum a parentibus ducta, maluit humilis Virgo in S. Bernardi monasterium ad piam educationem se recipere, quam in aliam domum inter Imperatricis eam optantis puellas honorarias adscribi. Ibi, casu, S M. N. Teresiae libros, ac constitutiones perlegens eius institutum amplecti firmiter statuit. Teresiano habitu Luechis induta est die 20 septembris, anno 1595. Emissa Professione, die 4 octobris, anno sequenti per R. P. Franciscum a Puero Iesu ad fundationes gallicas a Deo se destinatam monita, cum tempus advenisset, Abulam primo pervenit; Parisios vero cum aliis quinque anno 1603. At linguam gallicam cum ignoraret, Annae a S. Bartholomaeo consilio, ad S. Dionysium se commendans, statim tam expedite gallice locuta est, ac si in eo Regno nata aut nutrita fuisset. Sub Prioratu eiusdem Annae, Novitiis Praefecta, fausto successu eas in omnium virtutum exercitiis piissime educavit.

Significante Ei praefata Anna divinum placitum esse, ut in Belgium pergeret, Bruxellas petiit, ibique magno Principum applausu excepta, Novitiis etiam sub Anna a Iesu, decem mensium spatio praeposita est. Ad fundationes deinde Lovaniensem, Montensem ac Mechliniensem missa, Montensis postea Priorissa.

Montibus tamen diu permanere non potuit: Cum enim quinque honorariae archiducissae Puellae, monasterii Gandavensis fundationem procurassent Eleonoram sibi praefici et petiere et obtinuere anno 1622, eo successu observantiae regularis, quae in aliis nostris monasteriis florebat.

Plurimis infirmitatibus, ulcerum, calculi, febris per viginti annos fere continuae, invictissima patientia toleratis, sua sororibus ac medico praedicta morte, accepto sacro peregrinationis suae Viatico, nec non Extremae-unctionis Sacramento in contemplatione defixa, saepe sacra repetens Iesus et Mariae nomina, cum Medici post aliquas horas ex hac vita migraturam dicerent, tempus tamen accedendi, iuxta suum desiderium et praedictionem, R. P. Provinciali relinquens, magno decore, ac lucis radio illustrata, die 12 aprilis, anno salutis nostrae 1639 ad coelestem patriam evolavit, vultu quasi puellae apparente, corpore levi ac tractabili, cum intuentium stupore, remanente.

Scripsit piissima virgo, tamquam testis oculata:

Vitam Venerab. Matr. Annae a S. Bartholomaeo:

Quam citat frequenter Chrisosthomus Henriquez, Ordinis Cisterciensis Abbas, in historia eiusdem Annae, ubi plurima de nostra Eleonora refert.

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 146 et seqq. — De Wiliers T. 1, suae Biblioth. pag. 418, N. 9, et Tom. 2, pag. 248, N. 47. Verbo Leonora a S. Bernardo etc.)

3. Eleonora a S. Gabriele,

Suppriorissa Cordubensis, et Hispalensis Priorissa, S. M. N. Teresiae addictissima. Virgo ieiuniis, orationibus, ac operibus poenitentiae quibusque durissimis dedita, etiam pietate, atque charitatis exercitiis erga Regnum Lilianum spectabilis; florebat anno 1587, dum scriberet ad Venerab. Sacerdotem Ioannem

de Quintana-advenas Dominum de Bretigny, virum sanctitate clarum.

Ita Ludovicus Iacob, in Biblioth. Carmelit. MS. pag. 277, nonnulla colligens apud Ludovicum a S. Teresia in successione Eliae, cap. 277, pag. 637.

4. Eleonora a Misericordia,

Ex nobili familia de Himenez Arguez, Coesar-Augustae nata, ibique matrimonio viro aeque pio, ac nobili Martino Miravele de Blancas juncta; sic in eo charismata meliora aemulati sunt, ut unanimi consensu relictis divitiis, honoribus, ac deliciis cum saeculi pompis, ambo eodem die poenitenti sago Carmelitarum in sui sexus coenobio induti, Coesar-Augustanis et coelicolis spectaculum facti alacri animo ad perfectionis viam cucurrere. Eleonora fundatrix conventus Bilbilis.

Obiit Pampilonae, anno 1620.

Ea aucthore, edita est Vita Venerab. M. Catharinae a Christo, cuius fuerat comes individua.

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 148).

Vid. De Wilfers, Tom. 2 suae Biblioth. Carmelit., pag. 250, N. 49, verbo Leonora a Misericordia.

5. Elias a Cruce,

Natione Picardus, patria Ambianensis, novitiatus nostri Charentonensis primus professus, die 25 aprilis, anno redemptionis nostrae 1617.

Vir religione conspicuus, et doctrina splendidus: prior Nancaejanus, Nivernensis, et Mussipontanus. — Obiit Nancaei, ann. 1637, feria quinta in Coena Domini.

Scripsit, Gallico sermone:

— *Exercitia spiritualia pro Monialibus* — *valde utilia.*

« *Extabat, olim, MS., in Bibliotheca illius coenobii,*
« *Teste Ludovico Jacob in sua Biblioth, Carmelit, MS.,*
« *pag. 85* ».

« *Hujus Eliae mentionem habet etiam P. Ludovicus*
« *a S. Teresia, Lib. I, nostror. Annal. cap. 42, pag. 31* ».

6. Elias a Jesu,

In saeculo Edwardus Bretsker, seu Bradskaw nuncupatus, ex Agro Lancacastriensi, natione Anglus. In tenella aetate, a nobilibus et catholicis parentibus educandus Cassinensibus traditus est monachis. In studiis adeo profecit, ut deinde Parisiis philosophiam docuerit. In Belgio, inter nostros vota dixit solemnia die 4 julii anno Domini 1609. Post aliquot in Angliam missus, circa annum 1626, continuis ibi et indefessis laboribus pro animarum conversione laboravit, donec in manibus satellitum incidit, qui ad cantuariensem archiepiscopum ecclesiae anglicanae sequacem duxerunt, et pro sacerdote catholico accusarunt. Facto stricto examine, in carcerem intrusus est, ubi per aliquod tempus mansit, ac non panca incommoda patienter et constanter sustinuit: sed intercedentibus amicis, et praecipue regis christianissimi oratore e custodia liberatus, in Galliam paulo post appulit, et a nostris exceptus, lectoris munere functus est in conventu Parisiensi, usque ad annum 1632, quo in Angliam, juxta superiorum mandatum, remeavit.

Tum Ruri habitare elegit, ubi nulli parcebat labori, ut salutem proximorum promoveret: semper pedes ibat, pauperiores catholicos invisere solebat, quos Verbi Divini pabulo ac sacramentis ecclesiae reficiebat; multos haereticos ad fidem catholicam convertit, et ad Dominum, post sacramentorum ecclesiae susceptionem, piissime migravit Benffoldiae, in Agro Flintoniensi, anno redemptionis nostrae 1652, die 25 septembris.

Quando aliqua dabatur requies a suis functionibus apostolicis, totum tempus in conquirendis antiquitatibus Angliae insumebat, et in Bibliothecis investigandis, ex quibus collegit opus inscriptum:

1. *De antiquis Monachis iusularum Brittaniae sub primitiva ecclesia viventibus.*

(Extat MS. Londini, in nostra residentia. Quod vidit, et legit ibidem anno 1668. P. Ludovicus a S. Teresia, visitator generalis.

2. *Anglia sancta et catholica: seu vitae sanctorum*

Britonum veterum, et recentiorum Anglorum, atque etiam exterorum, qui olim ad ecclesiam Anglicanam spectant, in VI. Tomos divisa.

« *Aucthore D. V. Eduardo Bradskaw de Mauristria* « *Anglo, sacrae theologiae candidato catholico romano* ».

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 148 — De Williers, T. I, pag. 432, N. 14).

7. Elias a Jesu Maria,

Cognomento Casanate, natione hispanus, patria Turiasonensis. Vir magnis naturae et gratiae dotibus decoratus, sapientiae, vitae austeritate, animi candore, et litterarum cognitione praeclarus.

Scripsit circa annum 1590:

Vitam venerabilis Fratr. Ignatii Bajzensis, Carmelit. Discalc.

« *Qui Sobrinus erat R. P, Thomae a Jesu. Qua quidem vita usus est Franciscus a S. Maria, Lib. III, historiae Congregat. Hispan. cap. 26, ut animadvertit Ludov. Jacob, in sua Biblioth. MS., pag. 85.*

8. Elias a S. Joanne Baptista,

Parentibus nobilibus et hispanis, Mexico natus, nostrum institutum ibi suscepit, et doctrinae suae luce illum recentem orbem illustravit. Concionator apostolicus, facundus et fervidus, adeo populorum animos ad Deum allexit, ut veluti Dei Angelus in remedium peccatorum missus, ab omnibus existimaretur.

Ad superos, vitae sanctimonia clarus evolavit anno 1605.

Edidit, Mexicana incolarum lingua:

1. *Cathechesim ad Indos.*
2. *Expositionem Bullae Cruciatae.*
3. *Examen conscientiae:* « *Opus ex interrogationibus, et responsionibus compositum, quod dialogum vocant* ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 149. — De Wiliers, T. I. suae Biblioth. pag. 433, N. 16).

9. Elias a S. Joseph,

Provinciae Etruriae alumnus edidit, italico sermone:

1. *Tesoro della Castità. Tom. I, in 4.°*
Firenze, 1726.

2. *Esortazioni al Silenzio cristiano. Tom. I, in 4°.*
Ivi, 1715, per Giacomo Guiducci.

10. Elias a S. Martino,

Natione hispanus. patria Illanensis, Diocesis Toletanae, primo laicus, deinde sacerdos, prior Pastranae, Tocuti et Compluti, atque postea hispanicae Congregationis secundus generalis, electus Matriti anno 1594; tum etiam visitator apostolicus, ac superintendens patrum reformatorum ordinis SS. Trinitatis redemptionis captivorum, a Clemente VIII Pontif. Max., anno 1599, constitutus.

Vir aeterna dignus memoria, eximiae sapientiae, non vulgari prudentia, magni consilii, singularis silentii, rarae probitatis, eminentis virtutis, et exquisita eruditionis fama praestans. — Obiit Ocagnae, anno Dni 1614, linquens R. P. Franciscum a Conceptione fratrem germanum.

Scripsit:

Epistolas pastorales ad religiosos, et Moniales suae Hispan. Congregationis, « divina charitate, atque sapientia « refertas ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 149. — De Williers, T. I, pag. 343, N. 19).

11. Elias a S. Teresia,

In saeculo Joannes-Baptista Wils dictus, domo Antuerpiensis, sacrae theologiae Baccalaureus, ad S. Willibrordum in suburbanis ejusdem oppidi pastor, postea Carmelita Discalceatus. Vir magni zeli, et concionator indefessus, qui potiorem vitae partem, qua Verbum Dei disseminandum, qua confessionem peccatorum excipiendo, maximo cum fructu consumpsit, moriens in urbe natali Antuerpiae ann. 1640 6 septembris.

Edid.:

1. *Epigrammata de viris sanctimonia illustribus ex ordine Praemonstratensi.*

Lovanii, typ. Ioan. Masii, 1615, in 4° (Nondum Carmelum ascenderat Elias noster).

2. *Legationem ecclesiae triumphantis ad militantem, pro liberandis animabus fidelium defunctorum a Purgatorio.*

Antuerpiae, ap. Iacob. Meseum, 1638, et 1640. Tom. 2; in folio. (Latine).

3. *Vitam S. M. Teresiae a Jesu (ex hispanico sermone, in idioma Brabantinum vertit cum notis).*

Antuerpiae, 1632, in 8°.

4. *Vitam Ven. M. Annae a S. Bartholomaeo.*

Ibidem, anno 1628.

5. *Palatium spirituale Begginariorum. — Brabantiae.*

Ibidem, eodem anno, in 8°.

6. *Ex latino in Belgicum sermonem transtulit opus Thomae a Jesu inscriptum: Vita brevis.*

Antuerpiae, anno 1635.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 149. — De Wiliers, T. 1, pag. 435, N. 22).

12. Elias a S. Teresia, II,

Pedemontanae provinciae alumnus, edidit italice:

« Vitam venerab. Matr. Mariae ab Angelis, in saeculo Mariann., ex Comitibus Fontanella, profess. in Monasterio nostro Taurinensi die 26 decembr. ann. 1677, et ibi defunct. cum maxima sanctitatis fama die 16 decembr. ann. 1717, aetat, 57.

Taurini, 1729, Tom. I, in 4°.

13. Eliseus a S. Bernardo,

In saeculo Petrus, ex Illustrissima Picolomineorum familia ortus, origine italus, sed natione Gallus, provincia Neustrius, ex Pago Guisencourt, dioecesis Rhotomagensis, natus anno 1598 die 12 decembris, N. Pacharon, et N. d'Ampont filius. In ordine nostro, non vero in ordine Cisterciensi, (ut tradit Joan-Bapta Guesnay in S. Cassiano illustrato) Solemnem professionem emisit in coenobio Charentonensi die 8 julii anno Domini 1618.

Prior Attrebatensis, anno 1661, et Meldensis, anno 1664. Obiit Dieppae anno 1669, prior mense decembri.

Edidit:

1. *Opera S. M. N. Teresiae vertit ex hispanico sermone in Gallicum.*

Parisiis, ap. Mich. Sonnium, ann. 1650. Tom. 2, in 4°.

« *Quam versionem laudat Dom. Antonius Arnaldus,* « *Doctor Sorbonicus, lib. de traditione ecclesiae* ».

2. *Vitam S. P. N. Joannis a Cruce, similiter transtulit.*

Ibidem, ap. Petrum Chevalier, ann. 1668, Tom. I, in 4°.

3. *Horologium animae* « *quod noster Alexander a* « *S. Francisco composuerat vertit Gallice* ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 150 — De Wiliers, T. I, pag. 436, N. 24).

14. Eliseus a Conceptione B. V.,

Neapolitanae provinciae alumnus, Congregationis nostrae italicae procurator generalis, electus in generalibus comitiis Bononiae habitis die prima maij, ann. 1773, et a Ferdinando I, utriusque Siciliae rege, designatus primus professor phisicae sperimentalis in R. Accadem. Panormitana, die 4 februar., anno 1786, cum annua pensione 300 Unc. Auri. — Obiit.....

Vir summae dexteritatis in negotiis pertractandis, et profundissimae eruditionis (fuit inventor, ann. 1779, novae macchinae equatorialis).

15. Eliseus a S. Ioanne Baptista,

Hispanus, praeclaris parentibus ortus, inter nostros adscitus Pastranae, in Italiam missus est, et unus fuit ex quinque eximiis illis patribus, qui Clementis VIII iussu anno 1599, ad condendas et stabiliendas primas congregationis italicae constitutiones convenere, dignusque habitus, ut prae coeteris cum venerabilibus Ferdinando a S. Maria, Petro a Matre Dei, Ioanne a Iesu Maria, et Francisco a SS. Sacramento, ad hoc gravissimum opus eligeretur, Ianuaque Romam vocatus, primo illi Congressui adesset, ubi primum sub E.mo Cardinali Dominico Pinello ianuensi, ordinis protectore, decretum fuit, ut

quartum humilitatis, seu non ambiendi votum, tribus aliis adiungeretur. In omni genere virtutum exercitio mirabiliter emicuit, altissimae contemplationis dono illustratus, consummatus in brevi, anno 1601 die 7 Novembris aetatis anno 29, Professionis undecimo, feliciter obiit, magno cunctis Congregationis fratribus, ob eximias animi dotes, relicto sui desiderio.

Nonnulla, pro sancto meditationis et orationis exercitio, reliquit opuscula, quae singularem in scribendo artem patefaciunt, ut testantur Petrus a S. Andrea Tom. 2, Histor. general. congregat. Italicae, Lib. 1, cap. 5, et Ludovicus Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 86.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 150, — De-Wiliers, Tom. I, in Biblioth. suae Carmelit., pag. 437, N.° 27).

16. Eliseus a S. Ioseph,

Ianuensis patria, sextus novitius ianuen. novitiat. S. Annae, anno Dni 1595.

Pluries prior, et deinde anno 1628 electus Provincialis provinciae januensis, non Longobardiae, ut non recte asserit De Wiliers T. 1, suae Biblioth. Carmelit. pag. 437, N. 28. — Eodem anno 1628, die 13 maii in Comitiis Provincialibus Cremonae habitis electus fuit V. Provincialis Longobardiae P. Germanus a S. Vincentio Bononiensis. Ita ex serie chronolog. PP. Provincial. Longobardiae, Ad Superos evolavit, anno sequenti 1629, Romae in coenobio S. Mariae de Scala, tempore Capituli Generalis, sub Ferdinando a S. Maria, congregationis italicae tertia vice Praeposito Generali. Postea, sequenti capitulo, (ait Philippus a SS. Trinitate) anni 1632, motivo cuiusdam revelationis, apertum est Eius sepulchrum, et in vestibus putridis repertum est corpus incorruptum et candidum, absque ullo foetore.

Scripsit, italico sermone:

Exercitia spiritualia sive meditationes in quatuor Partes, et totidem Tomos divisa.

I.ª Pars tractat de oratione mentali in genere. II. Pars, de via purgativa. III. Pars, de illuminativa. IV. tandem de unitiva.

Extant MSS. (saltem olim) in Ianuen. coenob. S. Anaae, teste Luciano a S. Maria.

17. Eliseus a S. Maria.

Natione Polonus: vir morum suavitate, ingenio et litteris conspicuus, poeta non incelebris.

Edidit carmine lyrico latio:

1. *De Vita, Gestis et Miraculis S. M. N. Teresiae a Iesu, Libros IV, in 12.*
Cracoviae, Typis Schedelii, anno 1650.

2. *Epigrammatum. Libros II.*
Ibidem, eodem anno.

3. *Epodon. Lib. I.*

4. *Carmen latinum in P. Sebastiani a Matre Dei, (eiusd. Nationis et Ordinis) Opus Marianum. Quod quidem Carmen praefigitur huic Operi Mariano (teste Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carmel. MS., pag. 87.*
Lublini, ann. 1652, edito, in 4°.

18. Eliseus a S. Michaele I.

Natione Scotus, Aberdonensis dioeces. in saeculo Guillelmus Pendewiche nuncupatus, Parisiis professus, anno 1613, die 24 februarii. Peractis studiis, in Angliam missus, anno 1617. Ib. vero apostolicis operibus totus deditus obiit anno 1650.

(Erravit igitur Ludovicus Iacob illum scribens esse superstitem anno 1669).

Scripsit opera inscripta, anglice:

1. *Expositio super Orationem Dominicam, in qua clare, dilucide ac nervose, totam summam Catholicae Fidei explanavit.*
Londini, ann. . . . , in 4°.

2. *Contra sectarios Angliae, Tractat. MS. in 4.*

3. *Opuscula Spiritualia, et de Vitis SS. Angliae. MSS.*
(De Wiliers, Tom. 1, suae Bibliothecae Carmelitanae — Pag. 438, N. 30).

19. Eliseus a S. Michaele II,

Lotharingus. — Edidit:

Meditationes et Soliloquia in septem Petitiones Orationis Dominicae.
Antuerpiae, anno 1624, in 16.

Obiit Leodii, anno Dni 1660 (ut observat Martialis a S. Io. Bapta, pag. 151, et dubius confundit cum praecedenti Ludovic. Iacob. in sua Biblioth. Carmelit. MSS., pag. 87).

20. Eliseus a S. Paulino,

Natione Germanus, Viennae in Austria, die 22 iulii natus anno Dni 1656.

Laudabilem observantiam tenuit, consumptus intensissimis doloribus, invicta patientia toleratis, Graecii obiit die 8 octobris, anno salutis 1708.

Scripsit:

Sermones de Festis pro integro Anno.

Paratos habebat alios pro omnibus Dominicis, qui cum aliis Manuscriptis ab eo relictis, servantur in Graeciensi Carmelo.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 151).

21. Eliseus a S. Rosalia,

Domo Panormitanus, in saeculo Paulus Rizzo nuncupatus. Annum agens decimum-sextum, die 25 aprilis anno 1687, indutus est veste Teresiana in conventu nostro Baidae S. Isidori, et ibidem post annum, emisit Professionem.

Vir tum in gravioribus, tum in humanioribus litteris apprime excultus, Sodales suos philosophiam ac theologiam moralem pluries edocuit. De regulari observantia optime meritus, dum in coenobio S. Mariae Gratiarum Messanae Supprioris, ac Magistri Novitiorum munus gereret, ibidem obiit die 15 decembris, anno 1706.

Scripsit, italice, opus quod titulo inscribitur:

Compendium Partis Principalis Orationis Latinae. Panormi, ap. Mich. Constantium, ann. 1703, in 16.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 151).

22. Eliseus a S. Aloysio,

In saeculo Io. Franciscus, celeberrimi Advocati Copel Vesuntionensis Senatus filius, Ortum habuit in eadem civitate, die 21 sept., 1728; et ibi Religionis habitum induit, an. 1744, et solemnem emisit Professionem ann. seq. die 25 martii.

Peracto cum omni laude studiorum cursu, Sodales suae

Burgundiae Provinciae edocuit. Postea, Parisiis per 26 ann., conciones habuit tum ad populum, tum in aula christianissimi Galliarum Regis, cum Auditorum non minori fructu, quam plausu.

Ad immortalitatem transiit Pons-Elaveri (Pont-Arlier), die 11 iunii, anno 1783. Vir scientiarum splendore, atque morum suavitate commendabilis.

Scripsit, gallice :

Sermones, sive Conciones, et Orationes Panegyricas,

Quas Consanguineus suus, et Sodalis P. Coesarius Praelo dedit gallico idiomate.

Parisiis, Typ. Merigot, ann. 1786, Tom. 4, in 8°.

Eodem anno, editae sunt in Germanicum sermonem Bambergae, Tom. 4, in 8, et in hispanic. Matriti, anno seq., Tom. 4, in 4. — (Vid. Diar. Paris., 5 aug. 1783, N. 217. — Feller, T. 5, pag. 39 Dictionar. historic., edit., Parisiis, ap. Mequignon, an. 1824 (Edit. 5) T. XVIII, pag. 47 Biograph. Univers. (venet. edit.).

23. Emmanuel a S. Anastasio,

Natione Lusitanus.

Edidit :

1. *Vitam S. Antonii, cum variis conceptibus.*
2. *Sermones varios.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 151).

24. Emmanuel a S. Bonaventura,

Hispanus, in Burgensi territorio ortus, Vallisoleti Professus; philosophicis ac theologicis disceptationibus clarus, in Burgensi ac Pampilonensi Collegiis eximius theologiae professor.

Edidit opera inscripta :

1. *Disputationes dialecticae. — Tom. 1, in 4.*

Pampilonae, anno 1710.

2. *Ignorantia instructa. (Opus Anonymum).*

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 152).

25. Emmanuel a Cruce, I,

In saeculo dictus Cellot, (Ludovici Cellotii Societatis Iesu, Frater).

Ortum habuit, Parisiis, anno 1611, et ibidem Professus die 9 septembr., 1629. Profectus in S. Montem Carmelum, aliquot annos moratus est vicarius huius sacri loci. Obiit anno . . . .

Scripsit, anno 1650:

Relationem de Monte Carmelo: — Qua usus est Ludovicus a S. Teresia in successione Eliae, cap. 29, pag. 68 — et Lib. II. Annal. Nostr. Galliae, cap. 119, pag. 625.

26. Emmanuel a Cruce, II,

Natione Lusitanus, patria Ulyssiponensis.

Scripsit:

Relationem, quantum faciant ad Divinum Obsequium in Indiis PP. Carmelit. Discalc.

Ulyssipone, anno 1639.

« Huius Emmanuelis Lusitani meminit Franciscus a « S. Maria, in Historia Reformationis Hispanicae Lib. V, « cap. 46. »

« Mentionem etiam habet, eiusdem Emmanuelis, Ludovi- « cus Iacob in sua Bibliotheca Carmelitana MS., pag. 87. »

27. Emmanuel a S. Hieronymo,

Giennii, in superiori Wandalia natus et in coenobio nostro Granatensi professus. In Divinis scripturis eruditissimus, e pulpito eloquentissime populos docuit, tantaque elegantia floruit, ut maximo plausu ubique exceptus, omnibus admirationi esset. Praelectoris, prioris. provincialis, definitoris generalis, nec non historiographi generalis munia sapientissime obivit; ac tandem prope sexagenarius, cum esset patrii sui Collegii praefectus, in oppido de la Mancha-Real; apud suos sodales efflavit animam, anno Dni 1719; aetat. 59.

Scripsit, et edidit hispanico sermone:

1. *Vitam sororis nostrae Matr. Gabrielae a S. Joseph, ubetensis Monasterii:*

« *Cui adjecit vitam Augustini a Cruce, eidem a Con-* « *fessionibus* ».

Granatae, anno 1703, in folio.

2. *Tomum quintum historiae generalis hispanicae Congregationis.*

Matriti, anno 1706, in folio.

3. *Tomum sextum ejusdem historiae.*

Ibidem, anno 1710, in folio.

4 *Compendium vitae sororis nostrae Matr. Mariae ab Incarnatione, Granatensis Monasterii.*

Granatae, anno 1726. — (Opus posthumum).

5. *Vitam venerab. nostri Laurentii a S. Teresia:*

« Quae MS., in folio, servatur ap. nostras Moniales com-
« plutenses ».

6. *Sermones typis paratos. Tom. I, in 4°.*

« Qui MSS. servantur in Archivio provinciae *Baeticae*
« *superioris* ».

7. *Maximas regias in gratiam Asturiarum Principis:*

« Quae MSS. servantur in folio, apud suum germanum
« fratrem quondam civitatis Giennensis decurionem ».

8. *Crisim mysticam adversus corruptores doctrinae S. P. N. Joannis a Cruce:*

« Quae MS., in folio, reperitur multis in conventibus
« provinciae baeticae (hactenus hispane).

9. *Praedicamenta biblica, in quorum lucubratione plures sodales laborarunt. — Latine* (*).

(Martial a S. Io: Bapta, pag. 152. — De-Wiliers, T. I, suae Biblioth. Carmelit., pag. 445, N. 48).

28. Emmanuel a Jesu,

Natione Lusitanus, scripsit:

Historiam progressus missionum nostrarum in Perside, et in Indiis orientalibus.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 153).

29. Emmanuel a Jesu Maria,

Nuncupatus in saeculo Michael de Ambrosio, ex Saponaria Castro regni neapolitani, natus die 1 novemb. 1621, et professus Neapoli, ann. 1640, 25 januar.

(*) Vid. verb. *Joannes a Resurrectione* II.

Nulli sui temporis concionatori eloquentia, vi, energia, ac doctrina cessit, paucissimos habuit aequales, neminem superiorem. Imperatricis Eleonorae Viennae-Austriae ecclesiastes, Romae, Florentiae, Venetiis, Panormi, Placentiae, Januae, Taurini, Bononiae, Melitae etc., tanto Audientium plausu, et fructu auditus est, ut plurimi ex peccatorum faece ad sinum paenitentiae effugerint. Semel et iterum provincialis, definitor, vicarius generalis, et tandem anno 1677 die 8 maij, electus est italicae congregationis XXV praepositus generalis. — Vitam sudoribus, et meritis onustam finivit Neapoli, die 17 septembris, anno reparatae salutis 1692, aetat 71. — Edidit italice :

1. *Flores Carmeli, seu conciones panegyricas de sanctis, Tom. 3, in folio: « Quorum I, et II, Viennae, « ann. 1666, III ».*
Neapoli, ann. 1668.

2. *Fructus Carmeli, seu discursus morales in Regulam Carmelitarum, T. 4, in fol. « Quorum I et II « prodierunt Romae, anno 1667, III, Neapoli, anno 1670, « IV, ibidem, anno 1679 ».*

3. *Myrrham, Thus et Aurum :* « ubi uberrime de « mortificatione, de oratione, et de virtutibus theologicis ».
Neapoli, anno 1677, in folio.

4. *Regnum Mariae :* « in quo solidis rationibus, ex « sacra scriptura et SS. Patribus desumptis triginta sermones « efficit, qui probant B. Virgini convenire sceptrum et coro- « nam regni etc. »
Neapoli, anno 1681, in folio.

5. *Hominem coelestem*, seu *Tractatum de Coelo empyreo, ac de gloria qua fruuntur beati.*
Anconae, anno 1668, in 4°.

6. *Excessum amoris Jesu-Christi in ultima coena cum discipulis suis, Lotione pedum, et institutione Sanctissimae Eucharistiae.*
Neapoli, anno 1691, in folio.

7. *Alphabetum Marianum :* « in quo praecipua titulorum, figurarum ac symbolorum nomina, quibus Dei-para, a Sancta Scriptura, SS. PP., aliisque gravissimis auctoribus ornatur, ac decoratur ordine alphabetico disponuntur ».
Neapoli, anno 1691, in 4°. — Latine.

8. *Historiam panegyricam, de vita, gestis, ac miraculis S. Joachim patris Beatissimae Virginis Mariae,* Ibidem, anno 1692, in 4°. — Italice (Opus posthumum).

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 153. — De-Wiliers, T. I, pag. 415, N.° 49).

30. Emmanuel a S. Teresia, (Laicus),

In Boetica superiori natus; vir simplex et devotus, illius pauperculae viduae inopem largitatem secutus, quae de sua tenui paupertate, duo minuta in Ghazophilacium Templi conjecit, ipse quoque de sua exigua facultate obtulit in Templum Domini, quod habebat, hoc est:

Stimulum devotionis erga B. Virginem Mariam de Monte Carmelo.

Hispane, in folio.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 154).

31. Emmanuella Maria-Anna a S. Joseph,

In oppido de Aguilar, inferioris Boeticae, nobilibus parentibus orta, virtutibus, et miraculis ab adolescentia fulsit. Ad monasterium Antiquarense Monialium nostrarum translata, quasi stella matutina, luna perfecta, et sol refulgens, sic splenduit in Templo Dei. Ad fundationem Seritani Asceterii, superiorum jussu se conferens, illum et erexit, et prudentissime rexit. Ex quo ad aeternas sponsi supremi nuptias vocata, intravit in gaudium Domini, ante et post obitum miraculis clara: Octogenaria major. anno 1708, corpus ejus incorruptum in eodem monasterio manebat ad annum 1727.

Scripsit:

1. *Vitam suam « jussu superiorum, stylo elegantissimo, ut erat sermonis venustate et proprietate ad miraculum praedita ».*

« Decenti Scrinio haec vita MS. servatur in praefato Monasterio ».

2. *Plura etiam Carmina, patrio idiomate,* « quibus suum erga sponsum apposite describit amorem, corda efferatorum hominum, etsi duriora saxis, emollientia ».

(Inquit Martial. a S. Io: Bapta. in suae Biblioth. pag. 154).

32. Emilianus a S. Joseph,

Ex Ascoli (de Marca Anconitana) oriundus, sed natus in oppido del Tronto, regni Neapolitani, litterarum humaniorum peritus, concionator celeberrimus, et illustris historiographus. — Obiit in coenobio Altamurensi circa annum 1670 ut conjicitur, ex Biblioth. Neapolitana Nicolai Toppi, pag. 77.

Scripsit — *Vita S. Emiliani* — in 4°.

« MS. osservatur (saltem olim) in Archivio Conventus Altamurensis ».

33. Emilianus a S. Teresia,

Mediolanensis, Longobardiae provinciae alumnus.

Fuit praelector, pluries prior, definitor, et concionator facundus, atque theologus doctissimus. — Obiit Faventiae actualis prior. die 28 septembris anno 1693, aetatis suae 55.

« Reliquit MSS. *Cursum philosoph., ac theolog.*, nec non *Quadrages.. advent., et quamplur orat. panegyr.*

« Quae omnia MSS. asservab. olim, in Biblioth. ejusd. coenob. »

(Ex Necrolog. praedicti Convent.).

34. Epiphanius a S. Joanne Baptista,

Patria Faventinus (in Romandiola), fundator Mutinensis conventus, anno 1638, et suppressus a Napoleone die 12 maij, anno 1810.

Fuit praelector, pluries prior, ac definitor, anno 1631, in capitulo Cremonae, celebrato die 9 maij, electus fuit VI Longobardiae provincialis; et in comitiis Placentiae habitis die prima maij, ann. 1637, declaratus VIII. Moderator ejusdem provinciae.

Ob eximias virtutes, quibus praefulsit, gratissimus fuit Francisco I. Mutinensi Duci, nec-non Urbano VIII pontif. max., qui eum misit in Indiis visitator. apostolic.

Mediolani obdormivit in Domino die 3 aprilis anno 1650, aetatis suae 70, relicto eximiae sanctitatis odore.

Scripsit :

1. *Litter. Pastoral. ad religiosos suae provinciae Longobardiae.*

2. *Relationem itineris sui in Indiis MS.* (quae servab. olim in Bibliotheca Mediolan. coenob.)

(Ex Necrolog. Longobard. Provinc.).

35. Epiphanius a S. Maria,

Aquitaniae provinciae alumnus, electus XXXVIII praepositus generalis italicae congregationis, die 2 maij, anno Domini 1716.

Obiit Burdigalae die 19 martii, anno 1722 aetat. suae 69.

Scripsit — *Litter. Pastoral ad religiosos suae Congregationis.*

36. Ernestus a S. Joseph,

Provinciae Leodiensis alumnus. edidit opus inscriptum:

Ministerium practicum confessarii; aut *sapiens et prudens dispensator sacramenti poenitentiae. Tom. 2.*

Leodii, ann. 1710 et 1718. — Gallice.

(De Wiliers, T. I. suae Biblioth. Carmelit. pag. 449, N. 60).

37. Ernestus a S. Maria.

Germaniae provinciae S. Leopoli, semel et iterum provincialis.

In idioma germanicum transtulit.

Spirituales sententias ex operibus SS. Teresiae, et Joannis a Cruce extractas: — ediditque Viennae, in Austria, in 8°.

(Martial. a S. Io: Bapta. pag. 154).

38. Eugenius a S. Benedicto,

In saeculo Ludovicus a Monte, Romae natus die 21 martii an. 1588, ibidemque professus, anno 1507. Postea in diversis locis supprior, et prior, provincialis, visitator generalis Belgii, Poloniae, Persidis, ac totius Orientis, deinde procurator ac definitor generalis; et tandem, Romae omnium votis electus XIV italicae congregationis praepositus generalis die 16 aprilis anno 1644.

Vir morum puritate, vitae sanctimonia, divinae gloriae zelo, ingenii perspicuitate, atque variarum litterarum cognitione insignis.

Sanctissime obiit, Caprarolae, anno 1655 die 13 septemb. aetat. 68.

Scripsit — *Epistolas duas Pastorales ad totam suam italicam congregationem.*

« Quarum in prima, quae Romae prodiit ap. Franciscum « Moretum 1646 in 8°, ostendit, quam sit alienum Carmelit. « Discalc. Instituto se in negotiis saecularibus ingerere. Objec- « tioni respondet, exhortatur ad pacem, et mutuam con- « cordiam.

« In secunda vero probat qua maturitate ad superiorum « electionem procedendum sit, et quibus dotibus praediti esse « debeant ». — *Mediolan. 1673, edit. cum praec.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag 154 et 156).

39. Eugenius a S. Joseph, I.

Neapolitanus, patria Altiliensis, philosophiae in Germania lector; deinde in Italiam revocatus Romae in nostro missionum Seminario professor controversiarum constitutus, prior Altiliensis, et Neapolitanus, suae provinciae definitor et provincialis, sacrae Coesareae Majestatis Eleonorae Viduae, post mortem Ferdinandi III concionator facundissimus, Obiit Neapoli in coenobio S. M. Teresiae, postquam scripsisset opera, quae inscribuntur:

1. *Arbor mirifica, tributum funebre in obitu Ferdinandi III imperatoris.*

Viennae, 1657, in fol. (italice) Eleonorae Augustae, dicatum.

2. *Vita ven. sororis nostrae Matr. Teresiae a Spiritu Sancto de la Cerda Ducissae de Monte Alto.*

Neapoli, 1668, in 4. (italice).

3. *Castrum doloris et honoris, seu mausoleum poëticum, Mausoloeo austriaco Ferdinando III augustissimae imperatoris Eleonorae conjugi, in Parnaso exstructum.*

Viennae Austriae, typis Cosmeravianis, 1657, in folio (Latine).

4. *Epigramma latinum, Ferdinando III, Coesari, venerab. P. Dominici a Jesu Maria encomia metrice describenti.*

« Praefigitur vitae ejusd. P. Dominici, quam edidit, in « folio Joannes Caramuel (Latine) in fol. »

5. *Epigramma alterum, in vitam ejusdem P. Dominici descriptam ab eodem Illmo et doctissimo Joanne Caramuele episcopo Misiensi, et suffraganeo Pragensi, in folio.*

6. *Sermones sacri in festivitatibus sanctorum. T. 4, in 4.* (italice). « Quorum duo, ann. 1668, duo postremi, an. 1669, prodierunt ».

(Martial, a S. Io: Bapta, pag. 154. — Nicol. Toppi, in Biblioth. Neapol. pag. 77).

40. Eugenius a S. Joseph, II,

Avenionensis provinciae alumnus, Electus XXXIII praepositus generalis italicae congregationis, die 16 aprilis anno 1701.

Obiit Massiliae, die 5 februarii, anno Domini 1713, aetat. 75.

Scripsit: — *Litter. Pastoral. ad religiosos suae congregationis.*

41. Eusebius a S. Ambrosio, I,

Natione Belga, patria Artesianus, die 30 martii 1598, natus.

Vir sinceritatis, ac omnium virtutum exemplar. Plenus meritis, ac bonis operibus, obiit Viennae in Austria, die 27 maii, anno 1671.

Edidit, idiomate germanico:

Conciones pro Festis, et Dominicis diebus. — Tom. in 4.

Herbipoli, anno 1702. — (Opus posthumum).
(De Wiliers, T. 1 suae Biblioth. Carmelit., pag. 452, N. 70).

42. Eusebius a S. Ambrosio, II,

Natus Salisburgi, die 4 aprilis. anno 1633. — Humanioribus litteris instructus, aetatis suae anno decimo-octavo, Regularium Canonicorum institutum amplexus Augustae-Vindelicorum, emensoque philosophiae ac Theologiae curriculo, sedulum sese Verbi Dei, ac Sacramenti poenitentiae ministrum exhibuit. Humiliorem ac severiorem vitam appetens, obtenta a suo Superiore licentia, Monachii vestem teresianam induit; et ibi Professionem emisit, anno 1668, die 10 iunii. Diversis in locis concionatoris munere, usque ad ultimum fere terminum

vitae, qui contigit anno 1696, die 17 decembris, cum magno auditorum fructu perfunctus est.

Inde prodierunt :

Iria Dominicalia, totidemque Festiv. — *in 4.*

« Quarum unum solummodo lucem vidit Herbipoli. »

(De Wiliess, ut supra N. 71).

43. Eusebius a S. Maria,

Mediolanensis, in saeculo Ioseph Ferdinandus, ex familia Maini, natus die 8 septembris, anno 1713.

In patrio coenobio, anno 1729 die 28 octobris solemnia vota dixit.

Emenso Bononiae cum omni laude studiorum cursu, electus fuit Placentiae praelector, deinde prior Cremonae, definitor, procurator et definitor generalis. Ob mortem R. P. Michaelis a S. Philippo praeposit. generalis, in capitulo intermedio Romae celebrato die 17 iunii, anno 1769, electus fuit Italicae Congregationis LII praepositus generalis; ac in sequenti capitulo Bononiae congregato, die prima maii, anno 1773 in eadem dignitate confirmatus. Anno autem 1781, in comitiis, Placentiae habitis die 5 maii, declaratus, omnium votis. LX Longobardiae provincialis. Piissime obiit in Parmensi conventu, (suppress. postea a Napoleone, ann. 1810) die 30 ianuarii, anno Domini 1807, aetatis suae 93, Mens 7, d. 9.

Vir iudicio sagax, eloquio lenis, urbanitate praecellens, eruditione politus, atque profunda doctrina praeditus. Typis, prae intima modestia nihil committi permisit, sed igni tradidit.

Scripsit :

Litter. Pastoral. ad totam Italicam Congregationem, et ad Religiosos suae Longobardiae Provinciae.

(Ex Necrolog. Parmens. Coenob.)

44. Eusebius ab Omnibus Sanctis,

Provinciae Romanae provincialis, semel, et iterum definitor generalis.

Circa ann. 1730 scripsit, italico sermone :

1. *Historiam Missionum Carmelit. Discalc.* — *Tom. II, aut III.*

2. *Historiam Italicae Congregationis. — Tom. I. (Latine).*

(Martial a S. Io: Bapta, pag. 156).

45. Eusebius a Spiritu Sancto,

Mediolanensis, in saeculo Eusebius Blanchus nuncupatus. In patrio conventu solemnem emisit Professionem, circa annum Dni 1633.

Nedum eruditionis splendore, sed morum etiam probitate commendabilis hic vir, praecipue eximiae humilitatis dum per 20 ann., Ianitoris officium in Mutinensi coenobio exercuit, maxima saecularium aedificatione. Idiomata exotica, haebraeum, scilicet, graecum germanicum, gallicum, hispanicum mirifice calluit. Geometria quoque, architectonica, astrologica studia sectatus, principem in his artibus, aetate sua, locum tenuit. Optimatibus Mutinensibus acceptissimus fuit, quorum pluribus mathematicas et geometricas artes, atque militarem architecturam tradidit. Morte vero iam instante, volumina per viginti annorum curriculum a se conscripta, ut ambitus periculum declinaret igni tradidit: Quorumdam tamen titulos habemus, scilicet:

1. *L' Effemeridi per dieci anni. (Italice).*

« Editas fuisse, asserit Picinellus, in Athenaeo virorum litteratorum Mediolanensium, pag. 274 (nullo tamen indicato loco, anno, vel Typographo). »

2. *Circinus proportionalis Georgii Galchemayr. e germanico, in latinum translatus.* (Hoc opus etiam, in Italicum, noster Ioachimus a S. Anna vertit).

3. *Interpretazione d'una lastra di bronzo, segnata di caratteri ebraici, da lui trasmessa al Sig. Marchese Bentivogli, Senatore di Bologna (Italice).*

4. *Traduzione del libro di Giovanni Enoch Meyers.* Della Fabbrica ed uso delle due tavole tetraconica e cubica. — *(Italice).*

5. *De Iona Propheta in ventre coeti. — (Latine).*

6. *Regole per fabbricare un Organetto, ed anche un Gravicembalo, quali a forza di ruote da per sè suonino. (Italice).*

« Pie obdormivit in Domino P. Eusebius a Spiritu Sancto Mutinae, die 13 octobris, media nocte, anno reparatae salutis 1662, aetatis suae 46. »

(Ex Necrolog. Coenob. Mutinen. — Vid. De Williers, T. 1 suae Biblioth. Carmelit. pag. 453 N. 74. — Philip. Argelati, in Biblioth. Script. Mediolan. pag. 179, N. 432 etc.)

46. Eustachius a Conceptione B. V.,

Provinciae Avenionensis alumnus.

Edidit:

1. *Ius primi Principii theologiae positivae, canonicae, ecclesiasticae et moralis, per quod quidquid praecipuum et difficile in his scientiis occurrere potest, facili ac claro ordine et methodo explicatur etc.*

Avenione, anno 1697. (pag. 458)

2. *Meditationes pro Festis totius anni. T. 1, in 12. Gallice.*

Parisiis, anno 1698,

3. *Meditationes pro Festivitatibus Ordinis Nostri. Gallice.*

Ibidem, anno 1699.

4. *Perfectissimae Notitiae Purgatorii, cum Meditationibus Apocalypsis cum sensu morali, et mystico Psalmorum cum connexione naturali omnium versuum.*

« Emo Marco Danieli Delphino S. R. Eccl. Cardinal. Brix. Episcop. DD. »

Brixiae, an. 1707, Typ Io: M.ae Ricciardi, T. 1. in 8. (Edit. 2.a) Latine.

(De-Wiliers, T. 1 suae Biblioth. Carmelit. pag. 453, N. 75).

47. Eustachius a S. Maria,

Ex comitibus de Sebastianis, Provinciae Romanae alumnus, sacrae theologiae professor, pluries prior, definitor, provincialis, Romanae theologiae censor, S. R. C., et Indicis consultor, suprem. univers. inquisit., ac pro Congregatione Italica, Servorum Dei, in curia romana postulator, nec non theologus deputatus a Summo Pontifice Benedicto XIII in Concilio Romano.

Obiit ann. . . .

Scripsit, et edidit :

1. *Compendium Vitae S. P. N. Ioannis a Cruce.* (suppresso Nomine).

Romae ann. 1717, in 8. Italice.

2. *Vitam eiusdem S. P. N. Ioannis, aliam fusiorem* (suppress. Nom.)

Ibidem, ann. 1726, in 4, Italice.

3. *Compendium Vitae Venerab. Fratr. Nostri Francisi a Puero Iesu.*

Ibidem, ann. 1718, in 8.

4. *Vitam Sororis Nostrae Annae Mariae Teresiae a Iesu.*

Ibidem, eod. anno 1718, in 4.

5. *Historiam Vitae, Virtutum et Factorum Illmi ac Revmi Fratr. Iosephi a S. Maria Carmelit. Discalc.* (*) *(alias Hieronymi de Sebastianis)* : a Clement. X inaugurati Episcopi Hyerapolitani, et in partibus orientalibus Commissarii Apostolici; deinde translati ad Episcopat. Bisignanensem, et postea ad Typhernat.

Dicatam Clementi XI Pontif. Max.

Romae, 1719, in 4. Italice

6. *Scrutinium Sanctitatis in Examine Heroicitatis Virtutum.*

Ibidem, 1729, in folio.

7. *Scrutinium Sanctitatis in Examine Heroicitatis Donorum.*

Ibidem, 1729, in folio.

8. *Scrutinium Sanctitatis in Examine Gratiarum.*

Ibidem, 1731, in folio.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 156 et 157, et De Wiliers, T. I, suae Biblioth. pag. 453, N. 76).

48. Eustachius a S. Raphaele,

Nepos praeced. Eustachii, et eiusdem Romanae Provinciae alumnus.

Pluries prior, definitor, semel et iterum provincialis, definitor generalis, examinator Episcoporum, ac postulator causae

(*) Avunculi Aucthoris.

Beatific. et Canoniz. Servae Dei Sororis Teresiae-Margaritae (Redi) a Corde Iesu, Monialis professae in monast. nostro Florentino, die 7 martii, anno 1770, aetatis suae anno 22 Defunct.

Ultimum diem, in Domino ac pace bona, clausit P. Eustachius Romae die 12 aprilis hoc anno 1826, aetatis suae circiter 80.

Vir, regularis observantiae rigidissimus custos, solitudinis ac litterarum amantissimus, theologus eximius, nec-non concionator ad populum egregius.

Vetustam S. Pancratii Basilicam extra urbem et restauravit et ornavit.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Romanae Provinciae.

(Vid. Diar. Rom. Num. 33, ann. 1826, die 26 april. pag. 2), — Vid. etiam Anonym. Aucthor. Vitae eiusd. Ven. Servae Dei Teresiae-Margaritae, edit. Romae, ann. 1866, p. Anton. Fulgoni, pag. 172).

49. Eustachius a S...

Romanus Missionarius apostolicus, in lingua persica, aliisque orientalibus versatissimus; circa annum 1636 nonnulla Opera scripsit; et eius meminit cum honore P. Philippus a SS. Trinitate, in itinere orientali, nec non Ludovicus Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 89.

1. Fabiano a S. Jacobo,

patria Massensis. Romae, solemnen emisit professionem die 24 januar, anno Dni 1606. Munia magistri novitiorum in Polonia, et definitoris provincialis in Germania, cum omni laude exercuit. Creatori suo animam reddidit Viennae in Austria, die 26 aprilis, anno salutis 1649.

Vir Deo charus, omnibus decoratus virtutibus, doctrina, et revelationibus insignis.

Scripsit :

1. *In cantica canticorum commentaria. MS.*
2. *De custodia caellae, ac silentio, lib. III. MSS.*

« Qui MSS. asservantur in coenobio nostro Viennensi ». (Martial. a S. Io: Bapta, pag. 157).

2. Faustino a S. Laurentio,

Finarii in Duc. Mut., ex nobili familia Belmissiere (extincta in hoc piissimo religioso), natus 31 martii, anno 1709. In conventu Mutinensi solemnia dixit Vota die 9 maij, anno 1728. Fuit praelector, pluries prior, ac definitor provincialis.

Obdormivit in Domino Mantuae, die 14 februarii, anno 1785.

Edidit, italice:

Storia del B. Giovanni Tavelli, detto da Tosignano, dell' Ordine dei Gesuiti Vescovo di Ferrara. — Tom. I, in 4. gr.

Mantova, 1753, per il Pazzoni.
(Tiraboschi, in sua Biblioth. scriptorum Mutinensium, pag. 213).

3. Faustus a S. Hieronymo,

patria Bononiensis, natus circa ann. Domini 1638, patrem habuit Jusephum ex comitibus Griffoni, matrem vero Ursinam ex comitibus Fibbia.

Pluries prior, definitor, ac XXXII Longobardiae provincialis, electus in Capitulo Cremonae, celebrato, die undecima maij, anno 1700.

Per hosce honorum gradus, prudentia, morum suavitate,

ac virtutum ornamento conditis, omnium amorem ac venerationem sibi conciliavit.

Vivere desiit Bononiae, die 20 novembris, anno 1706, aetatis suae 68.

Edidit, italice :

Lettera Pastorale alli religiosi e religiose della provincia di Lombardia, animandoli a sopportare lietamente le gravi correnti tribolazioni, ed ottenere da Dio colle loro orazioni la sospirata pace etc. — Parma, 1702.

(Ex Necrolog. Prov. Longobard.).

4. Feliciana a S. Joseph,

Virgo Calaguritana, idibus martii, anno 1564 nata, filia Joannis Basilii a Santoro, qui sanctorum vitas stylo Hispano pie et eleganter scripsit.

Institutum Teresianum amplexa Coesar-Augustae die 8 septembris anno 1588. Clarissimum heroicarum virtutum omnium, coelestiumque a Deo large concessarum gratiarum exemplar, exuit ibidem corpus, quod adhuc incorruptum perseverat, die 7 junii, prope nonagenaria, anno 1652.

Scripsit ad sororum instructionem, hispano idiomate:

1. *Suae vitae relationem.*

2. *Instructionem Monialium de recreationibus spiritualibus :*

« Quae prodiit cum ejus vita Coesar-Augustae ap. Domi-
« nicum Lapujada, anno 1654, in 4. — Aucthore Dno Mi-
« chaele Bapta de Lanuza ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 157 et 158).

5. Felicianus a S. Rosa,

ex famiglia Ruzzi in saeculo Franciscus, natus in Pago Vigluviensi, Mediolan. dioeces. die 16 decembris anno 1751, et in Mutinensi novitiat. Solemnem emisit professionem, die 6 junii, anno Domini 1769.

Fuit lector, prior, doctor theologus (laureatus die prima augusti 1787) in Bononiensi theologorum Accademia, dicta del Varro, ibi fundata a S. Petro-Thoma M. Carmelit, Constantinopol. Patriarch., circa ann. 1364, et ultimus (LXV)

provincialis, electus die 16 aprilis 1796. in comitiis Bononiae, habitis. Haec Longobardiae S. Angeli provincia sequenti anno 1797 suppressa fuit a repubblica Cisalpina.

Diuturnis gravissimis infirmitatibus, et internis derelictionibus heroice toleratis, Vigluvii, animam Deo reddidit die 20 decembris, anno 1818.

Vir in Divinis scripturis egregie doctus, ingenio subtilis, clarus eloquio, atque theologus profundus,

Edidit, italice, suppresso nomine:

Sacra novena in onore della B. Maria dell' Incarnazione Carmelit. Scalza.

Bologna, 1792 — in 12, et Forolivii, an. 1794 ap. Barbiani.

Scripsit :

Epistolam consolatoriam ad religiosos suae provinciae Longobardiae.

Reliquit MSS. *Vitam P. Germani a S. Petro,* in coenob. Regii-Lepidi defunct. die 7 jul. ann. 1779.

Quadrages., et exercit. spiritual. pro Monialib. — Orat. panegyr., et quamplurim. Dissertat. theolog. in dicta Accadem. del Varro recitata.

6. Ferdinandus a Jesu,

Ob auream dicendi vim et eloquentiam cognominatus, sui saeculi Chrysostomus, Gienni, in Hispania, natus Granatae, a S. P. N. Joanne inter nostros adscitus, anno 1588, sanctitate ac doctrina clarissimus, trium linguarum Latinae, Haebraicae, ac Graecae peritissimus. Giennii, Baeticae, ac Conimbricae, ubi concionatorem egit, celebres in ecclesia Christi fructus protulit, atque maximam in Hispania tota famam comparavit. Superna placidissime petiit, anno 1644, aetatis suae 73.

Artium ac theologiae pluries lector, docuit discipulos ad summam usque admirationem. Innumerabiles libros scripsit, quibus rempubblicam Litterariam affatim decoravit. Plures invidiosa vetustas deglutiit, alios superum favor asseruit, qui MSS. in Archivio Collegii nostri Beatiensis servantur, Latino sermone :

1. *Commentaria in logicam Aristotelis.*
2. *Commentaria in VIII libros physicorum.*

3. *Commentaria in libros de Anima.*

4. *Commentaria super primam, secundam D. Thomae Aquin. a quaest. 6, ad 7, inclusive.*

Conimbricae, anno 1606.

5. *Item, a quaest. 49, ad 54.*

Ibidem, eodem anno.

6. *Item, de donis Spiritus Sancti, et de legibus.*

Ibidem, anno 1612.

7. *Tractatus de Trinitate.*

Ibidem, anno 1606.

8. *De peccatis, a quaest. 71, usque ad 80.*

9. *De gratia et merito. a quaest. 109, ad 114.*

10. *In secundam secundae a quaest. 1 ad 6, inclusive.*

11. *De Regulis Fidei, de Ecclesia, de Pontifice, de Conciliis, de Scriptura sacra, de Traditionibus.*

12. *De Charitate, a quaest. 23, ad 27, inclusive.*

13. *De Sacramentis in genere.*

14. *De Poenitentia virtute, et Sacramento.*

15. *De Justitia et Jure.*

16. *De Electione praelatorum — (hucusque omnia ista opera in 4)*

17. *De forma et modo absolvendius a casibus Papae reservatis, in 8.*

18. *Opusculum de miraculis.*

19. *Institutiones Isagogicae ad Scripturam sacram.*

20. *Antropologia sacro-prophana.*

21. *Poedagogus studentium sacris et onestis litteris.*

22. *Stimulus pro studio Scripturae sacrae.*

23. *Apologia pro scripturarum veritate tuenda.*

24. *Speculum sacrum pro laude scripturae.*

25. *Quodlibeta pro libertate scriptoris canonici.*

26. *Orator evangelicus, cum rethorica sacra.*

27. *Institutiones grammaticae linguae haebraicae.*

28. *Institutiones grammaticae linguae graecae.*

29. *Commentaria in psalmum LXXV.*

30. *Commentaria in Abdiam prophetam.*

31. *Commentaria in Nahum prophetam.*

32. *Commentaria in Aggeum prophetam.*

33. *Elucidarium exegeticum de XII tributus Israel.*

34. *Opusculum de continua serie scripturae a Christo Domino ad nostra usque tempora per Patres.*

35. *Opusculum de nomine Jesu.*

36. *Opusculum de jugi monachorum habitatione in monasterio et in cella, anno 1632.*

37. *Opusculum de throno excelso Dei pro Immaculata Virginis Conceptione* (Omnia haec, idiomate latino, sequentia vero hispanico sermone).

38. *Elogia Carmelitanae religionis.*

39. *Laurus hispaniae S. Laurentius.*

40. *Cathechesis et instructio infirmorum.*

41. *Elucidarium heroïci operis ingressus in religionem.*

42. *Nudipendium Christi, et Apostolorum.*

43. *Tractatus de SS. Elia et Angelo.*

44. *De Christo in Sacramento.*

45. *Notitia insignium nobilitatis.*

46. *Commentaria in tertiam partem D. Thomae Aquin. a quaest. prima usque al 26.*

Beatiae, anno 1613, in 4.

47. *Proemium totius sacrae scripturae.*

Ibidem, anno 1625, in 4.

48. *Conciones ducentae et sexagintaquinque cum multis aliis fragmentis.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 158. — De Wiliers, T. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 469, N. X).

7. Ferdinandus a S. Ioseph,

Mondensis, in Baetica superiori natus, philosophicas ac theologicas disciplinas Malacae et Biatiae egregie docuit. Granatae, inter nostros Deo se dicavit. Postea studiorum regimini praefectus, mirum est quantum Catedrae actibus, pulpitique declamationibus effulserit, eloquentia, ac sanctorum voluminum explanatione clarissimus.

Obiit Arundae, anno Christi 1710, aetatis suae 40.

1. *Apologiam scripsit eruditam pro Abbatibus S. Benedicti et S. Basilii:*

« Ubi de eorum potestate ad conferendos quosdam Ordines, iuxta Concilium Tridentinum, doctissime tractat. »

« Haec Apologia MS., anno 1702 composita, asservatur in Bibliotheca D. Bartholomaei de Espeso et Cisneros, Episcopi Malacitani. »

2. *Plurimas praestantissimas Orationes reliquit, ex uberrimis potissimum S. Ioannis Chrysostomi fontibus, quem sibi quasi primarium benedicendi Exemplar imitandum proposuerat.*

« Quibus multi e suis discipulis divites effecti, praeclarum inter magnos concionatores nomen adepti sunt. »
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 159).

8. Ferdinandus a S. Maria,

Frater Germanus Alphonsi a Matre Dei (vid. art. propr.) in saeculo dictus Ferdinandus Martinez, in oppido S. Romani, prope Astorgam in Regno Legionensi, natus, anno Domini 1558. — Professus Manzerae die 10 iun. 1574, sub disciplina S. P. N. Ioannis a Cruce, et Antonii a Iesu. Potuit hic piissimus Religiosus S. M. N. Teresiam videre, sed egregio modestiae ac mortificationis exemplo clausit oculos, ut in coelis gloriosam videret.

Ob eximiam virtutis ac prudentiae laudem anno 1585, Ianuam missus Convent. S. Annae Supprior et vicarius, ac postea prior electus est.

Anno 1605, die 2 maii, in I. Congregationis Italicae Praepositum Generalem assumptus. Aspahamensem in Perside, promovit Missionem, quae anno 1608 stabilita est.

Post obitum Venerab. Petri a Matre Dei, vicarius generalis institutus; per Litteras didicit, anno 1610, fundationem Missionis Banderabassi, et postea Ormusianam, atque Schirensem, in Perside. — Dionysium a Matre Dei, et Bernardum a S. Ioseph, in Gallias nostrum Teresianum institutum introducturos, ac propagaturos misit.

Anno 1614, die 14 aprilis, iterum electus IV praepositus generalis. Beatificationem S. M. N. Teresiae obtinuit, et primus generalis monasteria Galliae visitavit; testimonium perhibens eumdem Spiritus fervorem in Parisiensi, ac Pastranensi Novitiatu vigere.

Ab Urbano VIII, Pontif. Max., cui aliquando fuit a confessionibus sacris, septem Provinciis reformatis S. Francisci Italiae, commissarius institutus fuit.

Neapoli graves exortas inter Archiepiscopum, et Pro-Regem simultates composuit; et similiter graviorem inter eumdem Pontificem Urbanum VIII, et Pro Regem.

Anno 1629, die 5 maii, tertio electus est IX Praepositus generalis, in veneranda senectute, in seipso legum instituti nostri rigidissimus custos, in aliis eamdem observantiam, non minus verbo, quam opere, suadebat. Constitutiones ab eodem Urbano VIII confirmari curavit. In lethalem morbum incidens costernati sunt omnes: Ipse etiam Summus Pontifex, cui, ut praedecessoribus Paulo V et Gregorio XV erat acceptissimus, ac Urbano VIII, a quo Neapolim legatus missus ad Mariam Infantem Hispaniae, ac Ungariae reginam cum amplo comitatu. Nec mirum, cum gravissima Principum negotia, ipsi commissa, feliciter concluserit, et consilia tam prudenter data, superioris ordinis viderentur.

Romam cum rediisset, plenus dierum et bonorum operum, non sine magna Sanctitatis fama, animam exhalavit, die 23 martii, anno 1631, aetat. 73.

Edidit:

1. *Privilegia Congregationi Italicae concessa. — Tom. 1, in 4.*

Romae, anno 1617.

« Laudantur Tomo I. Speculi Carmelitani, pag. 329, N. 1353. »

2. *Epistolas sex Pastorales, ad totam Italicam Congregationem scriptas.*

« Quae simul prodierunt in Collectione Mediolanensi, pag. 72 et seqq.

3. *Constitutiones Italicae Congregationis.*

« Quae completae anno 1623, difficultatibus nonnullis laborabant, intercedente nostro Ferdinando, Confirmationem acceperunt, anno 1631 die 22 martii, sive pridie obitum eiusdem Ferdinandi. »

4. *Officia propria Sanctorum Ordinis Nostri.*

A Sacra Rituum Congregatione approbata, edi curavit.
Romae, ann. 1609 et 1626, et alibi postea.

Pariter Typ. mandavit :

5. *Constitutiones S. M. N. Teresiae a Iesu pro Monialibus.*
Romae, anno 1610.

6. *Compendium Exercitiorum Monialium Nostrarum.*
Ibidem, eodem anno, etc.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 160. — De Williers, T. I. suae Bibliot. Carmelit., pag, 471, N. 12).

9. Ferdinandus a Resurrectione,

Boeticus, in Superiori Vandalia, Vir omnium bonarum Artium cognitione praeditus.

Scripsit nonnulla, quae in Nostro coenobio Antiquarensi MSS. asservantur, scilicet :

1. *Introductionem in Aristotelis Logicam.— T. 1, in 4.*
2. *De divisione litterarum, seu de ortographia.*

« Cui manum ultimam posuit, anno 1595. »

3. *Sermones varios. — T. 3 in 4.*

« Quos absolvit, ann. 1594. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 161).

10. Florentius a S. Aegidio,

Belga, patria Namurcensis, in saeculo Ioannes Lancar nuncupatus, sacrae theolagiae professor, prior, definitor ac Vicarius Provincialis.

Obiit Namurci, anno 1702, postquam edidisset :

1. *Reflexiones maioris momenti Hominis Christiani.*
Bruxellis, anno 1681.

2. *Colloquia Spiritualia.*
Namurci, anno 1691.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 161).

11. Florianus a Spiritu Sancto,

Germaniae Provinciae alumnus.

Edidit, circa ann. 1660 :

Carmen Latinum in Effigiem Venerab. P. Dominici a Iesu Maria.

« Quod praefigitur huius Dominici vitae a Ioanne Caramuele editae. »

(Ludov. Iacob. in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 92).

12. Francisca a Ss. Sacramento,

Nobilibus parentibus Bernardo de Binseva, et Teresia de Barnuevo, in oppido S. Andreae de Foria, anno 1561, aut 1662; nata pridie idus maii. Se Deo mancipavit Pampilonae, die 11 novembris, 1584, inter nostras moniales, inter quas praecipua erga proximum, et maiori charitate erga animas in Purgatorio detentas praefulsit. Ad videndum Deum in terra viventium, pia virgo divini Amoris incendiis exaestuans, soeculum reliquit die 27 novembris, anno Reparatae Salutis 1629.

Huius nomine prodiit, hispanico sermone:

Lumen vivis, Mortuorum experientia, etc.

Per Sororem Franciscam a SS. Sacramento,

cum Notis

Ill.mi et R.mi D. Ioann. de Palafox, Episcopi Oxomensis.

Matriti, ann. 1654, in 4. ap. Ioseph. de Lanaia.

Cum Vita eiusd. Franciscae per Mich. de Lanuza etc. Coesar-Aug. etc.

(De Williers, T. 1 suae Biblioth. Carmelit., pag. 476, N. 24).

13. Francisca a Spiritu Sancto,

Natione Galla, priorissa divionensis, in Burgundia, Virgo vitae integritate praeclara.

Scripsit:

1. *Vitam et Virtutes simul Venerab. Sororis Desideratae a Spiritu Sancto, Monialis eiusd. Divionensis Monasterii.*

2. *Vitam Venerab. Sororis Mariae a SS. Trinitate, praefati Ascelerii.*

« Utraque vita, circa ann. 1635, script. servab., olim, Divione et Cabillone, in respect. Archiv. »

(Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 93).

14. Francisca a S. Teresia,

In saeculo Tralagia dicta, Lemovicis, in Gallia nata, et Lemovicensis monasterii priorissa.

Edidit, gallice :

Vitam Venerab. Matr. Isabellae ab Angelis, Hispanae.

« Unius e Galliarum regno Fundatricis. »

Parisiis, anno 1658, in 8. apud Petrum Lepetit.

« Hanc vitam approbarunt Illmi et Rmi Episcopi Lemovicensis, Condomensis, Coseranensis, etc. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag, 163. — De Williers, Tom. I. pag. 477, N. 26).

15. Franciscus a S. Alberto,

Provinciae Castellae Veteris alumnus, egregius concionator, egregios quoque sermones praelo commisit Salmanticae, Segoviae, Matriti et alibi etc.

(De Williers, ut supr. pag. 477, N. 27).

16. Franciscus a S. Anna, I,

patria Cremonensis. Fuit praelector, prior, definitor et tandem in comitiis Cremonae, habitis die 19 aprilis, anno 1619. Electus II. Longobardiae provincialis. — Papiae obiit, cum fama sanctitatis, die 16 aprilis 1623; aetatis suae, ann. 48 (ita, ex Necrolog. Longobard. provinc).

Ad suos provinciae subditos scripsit tres litteras pastorales, quae habentur in Collect. Mediolan.. edit. anno 1671 et 1673 — videlicet:

1. *De cura praelatorum erga subditos; de subditorum amore, ac obedientia erga praelatos; ac de mutua charitate fraterna.*

2. *De ferventi erga Jesum Christum amore, ac de SS. Passionis meditatione.*

3. *De electione praelatorum.*

17. Franciscus a S. Anna, II,

Hispanus, qui maxima eruditionis fama obiit Salmanticae, die 1.° octobris, anno 1707. — Edidit et

« *Secundam partem Tomi XII. Cursus theologici* « *Salmanticensis; pluribus auxit* ».
(Martial. a S. Io: Bapta. pag 163).

18. Franciscus a Conceptione B. V.,

dictus Espinet. natione Catalanus, patria Perpinianensis, habitum Ordinis Carmelitici, sub veteri observantia sumpsit, et in Illa perstitit annis fere quinquaginta. Nam, anno 1569, ad reformationem Teresianam transiit, cujus prima jecerant fundamenta S. P. Joannes a Cruce, et Antonius a Jesu, cum duo dumtaxat religiosorum Conventus extarent, scilicet Durveli et Pastranae, in quo quidem horum posteriori admissus noster Franciscus Espinet, sub nomine Francisci a Conceptione B. V.

Is, circa annum 1504, Perpiniani natus est, cujus pater pius erat Ordini Carmelitano, et conventui ejus Perpinianensi, sub nomino Conceptionis purissimae B. V. M., antiquissimo, plurimum affectus.

Franciscus, patris sui devotionem erga Carmelitas haereditare ccepit; nam in tenerrima aetate, Carmelitanum (ut diximus) habitum coepit, et sic B. V. Mariae ab ipsis pueritiae annis devotus, ut ipsam Matrem Suam vocaret.

Vir fuit mortificationis cultor praecipuus, quam in omni occasione exercebat: unde, praeter disciplinas, cilicia, coeteraque poenitentiae instrumenta, novos adinveniebat castigationis propriae modos. Et vero, cum Discalceatus incedere non permitteretur, intra Calceos mittebat scrupulos, et similia pedum offendicula, quibus lederetur. Coeterarum religiosarum virtutum exemplar, quibus bonam aliis aedificationem excolebat; virtutum exercitia, scientiarum studiam conjunxit; et Vir doctus evasit in conventibus Manzerae, Rodae, et Parvae-Rupis, relicto sanctimoniae odore, ubi priorem gessit.

Mortem oppetiit, anno redemptionis nostrae, 1579 relinquens MSS.

Conciones, et nonnulla opuscula ascetica.

Is est, qui ter Romam petiit, in qua peregrinatione trina plurimos labores passus est, crebra vitae pericula incurrit, et notabiles successus Divinae providentiae, Illum mirabiliter praeservantis inter praesentissima pericula, submersionis;

serpentum, et latronum. Unum hic retulisse satis erit, pro regularis observantiae etiam in rebus minimis commendatione.

« Franciscus iter faciens, incidit in latrones: · Illi cum « dubitarent, an vere esset religiosus, an, sub religioso habitu, « speculator, statuerunt experimentum capere ex modo bibendi: « quidam enim illorum latronum notaverant religiosos istius « Ordinis (scilicet Teresiani) bibere solitos ambabus manibus « scypho appositis. Cum igitur eum bibere cogerent, et is « oblatum craterem utraque manu ori admovisset, benigne « demissus fuit, alioquin mactandus, si unica manu bibisset ».

(Philippus a SS. Trinitate, in Decore Carmeli Religiosi, part. 2ª, pag. 24. — De Wiliers, Tom. I, suae Biblioth. Carmelit., pag. 489, Num. 49).

19. Franciscus a Cruce,

ex parente Hispano, Velesii oppidi, cui Didacus Velasquez nomen fuit, dum Neapoli commoraretur, Castri-Novi praefectus, natus est noster Franciscus, qui edidit Hispanice:

1. *Relationem vitae venerab. Servi Dei fratris nostri Ludovici a Jesu, in saeculo dicti D. Henriquez de Toledo, Marchio de Manzera.*

Neapoli. anno 1668, in 8°, ap. Io: Francisc. Paci.

« *In sermonem italicum transtulit Simon a Spiritu Sancto Carmel. Discalc.* »

Ibidem, anno 1675.

2. *Disinganni per vivere, e morir bene (Italice).*

Neapoli, 168?.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 163).

20. Franciscus a S. Cyrillo,

Ulyssiponensis, suae Hispanicae Congregationis definitor generalis, eo tempore, quo foras emisit:

Gloriam Matris Ecclesiae ex consideratione cap. XV, secundum Lucam, scilicet in Ove deperdita, hoc est peccatore ad ovile reducenda.

Segoviae, anno 1637, in folio.

« Et hic quidem primus est Tomus integri operis, quem « alter, et tertius excipere debuerunt, quibus hujus capitis « parabolae tres, singulis quoque Tomis, illustrarentur ».

(Teste Nicol Ant., T. I, Biblioth. Hispanae, pag. 320).

21. Franciscus a S. Elia, I,

Legionensis, in coenobio nostro Pintiensi professus, prior Methymnae de Rio-Sicco, theologus percelebris, eruditione clarissimus, ac inter sui aevi concionatores facundissimus. Anno 1628. Fundationem Convent. Lucrunniensis stabilivit, suisque virtutibus ac litterarum studio asseruit.

Moriens anno 1640 dum Methymnae Rivi-Sicci suis praesset.

Pubblicavit Hispano sermone:

Commentarium, seu instructionem moralem in regulam primitivam ordinis Bmae Virginis Mariae de Monte Carmelo.

Segoviae, ap. Didac. Diaz de la Carrera, an. 1638, in fol.

« Dicat. ad Christophor. de Guzman et de Santoyo,
• Episcop. Palentinum ».

(Martial. a S. Io. Bapta: pag. 164).

22. Franciscus a S. Elia, II,

Boeticus, Hispanicae Congregationis definitor generalis, cui adjudicantur. — *Plures conciones, et commentaria in libros Regum:*

« Quorum omnium meminit historia Hispan. Congregat.
« Tom. 6, lib. 26, cap. 9, nec-non Martial. a S. Io: Bapta.
« in sua Bibliot., pag. 164 ».

23. Franciscus a Jesu, I,

In saeculo Julius Marci-Antonii Ravascheri filius, Januae natus, anno Domini 1587 die 17 januarii.

Fuit professor sacrae theologiae in Belgio, provinciae Januensis moderator, atque definitor generalis. — Obiit, Romae, anno 1647.

« Aucthor est duorum voluminum mystica doctrina re-
« pletorum, quorum titulus est ».

1. *Panegyricus: sive humanae peregrinationis a terra in coelum exacta descriptio.*

2. *Mystica explicatio cantici canticorum, sive praxis Ascensionis mentis in Deum.*

« Dividitur in tres partes: quarum prima tractat de vita

« Purgativa: secunda de vita Illuminativa: tertia de vita « Unitiva.

« Haec due volumina MSS. custodiuntur Romae in Ar- « chivio Ordinis referente Michaele Justiniano; quem ex- « scripsit Oldoinu, in Athenaeo Ligustico, pag. 192 ».

3. *Commentarii litterales, et morales in Apocalypsim. T. I, in fol.*

Lugduni, an. 1648. typ. Joan. Baudrand. (Opus posthum.).

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 171. — De Williers, Tom. I, pag. 492, Num. 54).

24. Franciscus a Jesu, II,

Natione Hispanus, Joanne Jodar, Beatensi Decurione, et Maria Gallegos hispalensi, ac in urbe natus anno 1569. Beatiae tamen educatus, institutum nostrum Teresianum prius professus; licentia a superioribus obtenta, ad antiquiores Carmelitas postea transiit, quos Observantes appellamus.

Sacrae theologiae magister, regibus hispaniarum catholicis, Philippo III, quem paulo post moriturum anno 1621, die 31 martii, praesenti Consilio, atque eloquentia egregie juvit, confirmavitque: necnon Philippo IV hujus filio charus in paucis atque intimus. Utriusque concionatorem, atque Philippi IV destinatione ad examen quandoque rerum gravissimarum admissum; inter haec supremi fidei negotiorum Senatus, cum alias, tum in expurgandis libris censorem magna eruditionis laude, prudentiaeque solertiaeque, ac pietatis exercuit. Episcopalem dignitatem saepius sibi oblatam, constanter recusavit.

Obiit Matriti die 23 septembris, ann. 1634. — Scripsit, hispanice:

1. *Discursus quinque ad propugnandam traditionem apostolatus S. Jacobi in Hispania, adversus quosdam aucthores.*

Matriti, ex typograph. Regia, ann. 1612, in 4.

5. *Defensio patronatus S. M. Teresiae a Jesu pro Hispania.*

« *Hic sermo habitus est coram Philippo IV, Hispan.* « *Rege* ».

3. *Exercitia spiritualia, quae habentur in conventu Matritensi Monialium discalceatarum.*

Antuerpiae, ann. 1622, in 8.

4. *De matrimonio, quod Princeps Walliae praetendit cum Infante Maria.*

Matriti, anno 1623.

5. *Indicem librorum prohibitorum, et expurgandorum,* « jussu D. Bernardi de Roxas et Sandoval Toletani « praesulis, sacraeque Rom. Eccles. Cardin., et general. Hi- « span. Inquisit. etc. ».

Ibidem; ap. Ludov. Sanchez, ann. 1612.

Ejusq. Appendicem, ann. 1614.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 170. — De Wiliers, Tom. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 490, N. 53, et pag. 495, N. 55).

25. Franciscus a Jesu-Maria, I,

Patria Burgensis, sacrae theologiae quondam in Collegio nostro Salmanticensi lector, prior Burgensis, Salmanticensis, et alibi; deinde suae provinciae Castellanae definitor; postea definitor generalis et secretarius, cuius in administratione se gessit praestantissime. Vir omnium panoplia scientiarum perornatus, ac magnum Hispanicae Congregationis ornamentum. Obiit an. 1677.

Edidit:

1. *Tomum Primum Cursus Theologiae Moralis Salmaticensis, in quo reperiuntur: Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de Eucharistia et de Extrema Unctione.*

Salmanticae, anno 1665.

« *Item Lugduni, ann. . . . . Item Antuerpiae — anno 1672.*

« *Item Matriti, anno 1709 latine, in fol.*

2. *Commentarium in Apocalypsim.*

Lugduni — ann. 1648 et 1649 — Tomis duobus, in folio.

« Quorum meminit Iacobus Lelong in bibliotheca sacra, pag. 630. »

3. *Tractatum de sensibus Scripturae Sacrae.*

4. *Incentiva animae fidelis ad amorem.* — *(Hispano Idiomate),*

Salmanticae, anno 1680. — *(Editio secunda).*

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 171. — De Williers, T. 1, pag. 493, N. 56).

26. Franciscus a Iesu Maria II,

Cognomento Beatus, a vitae rectitudine, natus in civitate de Antequera, dioecesis Malacitanae, in lucrandis animabus operator assiduus, dum ex conventu de Alcaudete ad oppidum de Luque, ex obedientia iter instituisset mortem invenit anno Redemptionis nostrae 1720.

Eius Corpus a pluribus annis incorruptum perseverat.

Scripsit: hispanico idiomate:

Tractat. De Animabus gubernandis, cum Exercitiis quotidianis.

(De Williers, Tom. 1. suae Bibliothec. Carmelitan. — pag. 249, N. 57).

27. Franciscus ab Incarnatione,

Hispanus, tum genere, tum pietate in Nova Castella clarus, et inter nostros professus.

Edidit, hispane:

Conciones, Tom. II.

Matriti, anno 1724.

(De Williers, ut supr., N. 58).

28. Franciscus a S. Maria I,

In saeculo Ferdinandus de Pulgar et Sandoval nuncupatus, ex Avia Nepos S. M. N. Teresiae a Iesu, natus est Granatae Idibus augusti anno Dni 1567. — In Pintiano coenobio nostro religiosam professionem emisit anno 1587, die 25 martii.

Disciplinis philosophiae et theologiae docte comparatis ad sacerdotium anno 1591 provectus est: atque philosophiae, et postmodum theologiae in collegio nostro Salmaticensi, ubi primus propria docuit scripta: (prius enim, ad universitatis aulam Religiosi Nostri ad excipiendas lectiones procedebant); in magisterio utriusque scientiae, duodecim annos insumpsit.

Fidelis solitudinis amator, eremum de las Batuecas dictam fundavit, cuius post fundationem rediit Salmanticam ad suum theologiae magisterium. Rigidus mortificationis sectator, usque ad annum quinquagesimum vino abstinuit, nec aquam ad sitim complendam bibit: supra nudam tabulam cubans, ciliciis, catenis acutis carnem suam spiritui subiecit: obedientiae, humilitatis, paupertatis, coeterarumque virtutum cultor eximius.

Anno Dni 1601 fuit conventus Vallisoletani vicarius: paulo post fit rector collegii Salmaticensis: anno 1604 Granatensis, postea bis et ter ad idem officium electus. Anno 1610 propter negotium suae provinciae Boeticae, Romam profectus est: in qua peregrinatione multa historiae carmelitanae monumenta collegit. Factus est postea prior Hispalensis, deinde Biacensis. Provincialis primum anno 1631, et iterum anno 1644 electus, iis muneribus perfectissime functus est.

Viribus tandem destitutus, iamque coelo maturus, Ecclesiae Sacramentis munitus, animam Creatori suo reddidit, die undecima septembris, anno 1649 Matriti febre correptus.

Cuius corpus, post quinque annos et aliquot menses inventum est incorruptum, excepta carne capitis, coniunctis omnibus membris.

Stylo usus elegantiae masculae, hoc est modestae, ac religiosae, in lucem edidit Opera, quae tum hispano, tum latino idiomate inscribuntur:

1. *Historia Prophetica Ordinis B. V. Mariae de Monte Carmelo. T. 1 in Folio.*

Matriti, anno 1630.

« Quam et propugnare opus habuit adversus aliter de Nostri Ordinis origine sentientes, ob cuius elegantissimam structuram, Titus Livius Boeticus ab omnibus meruit nominari. »

Matriti etiam, anno 1649.

« Latine vero Romae: quam citat Io: Bapta de Lezana, Tom. 4. Annalium, ad ann. 1647, num. 3, pag. 488. Magnopere commendat Ludovicus a S. Teresia in successione Eliae, cap. 273, pag. 627. »

2. *Eiusdem continuatio a tempore Christi, usque ad ann. 415. (Hispane).*

(Asservat. MS. Matriti in Archivio General. Congregat. Hispanicae).

3. *Apologia primi Tomi Historiae Propheticae etc.* Valentiae, ann, 1642, in Fol., ap. Chrysosth. Garriz.

« Expensis Bernardi Noguez, cum amplissima approbatione R. P. M. Ambrosii Roca de la Serna carmelitae Valentinensis, doctoris theologi, et cum licentia Isidori Aliaga, archiepiscopi Valentinensis. »

« Ad Inquisitionem etenim hispanicam delata fuerat Historia prophetica, ex quo evasit immunis, quidquid in contrarium dixerit P. Raynaddus. »

4. *Reforma de los Descalços de Nuestra Segnora del Carmen de la prima observancia. Tom. II.*

« Quorum primus, anno 1644 Matriti, secundus, anno 1655 apud Didacum Diaz de Cabrera, matritensem typographum in Folio. »

« Istam historiam, gallice reddidit P. Gabriel a Cruce Alenconius provinciae nostrae Parisiensis, eamque edidit Parisiis, ap. Sebast. Huré, 1655, in folio. — Prodiit quoque italice, correcta et aucta studio et labore P. Gasparis a S. Michaele provinciae nostrae Ianuensis. — Ianuae 1654 in folio ap. Petrum Ioannem Galenzanum. — Hanc versionem citat Nicolaus Haym in bibliotheca italiana, sive notitia de libris raris in linguam italicam versis, pag. 72, num. 3. — Alii aucthores eam historiam, quae desinit ad obitum S. M. N. Teresiae prosecuti sunt, nuncque sex thomis in folio constat. »

5. *Tractat. de Virtute Religionis.*

6. *Tractat. de Reelectionibus non faciendis.*

7. *Qualificatio solemnis Reliquiarum Martyrum Urgabonensium, sive de Ariona, Lib. VIII.*

« Ad instantiam E.mi Cardinal. Balthassaris de Mosco et Sandoval, Episcopi Giennensis. »

« Asservat. MS., in archivio Ecclesiae Giennensis. »

8. *Lux mirabilium, quae Deus operatur in Animabus.*

« Hoc opus nonnulli scriptores prae manibus habentes, suppresso veri Aucthoris nomine proprio ediderunt. »

9. *Responsio ad Consultum grave* (instante accademia Salmantina).

« Huius operis quod aliqui aucthores vocant : *De Rebus Theologicis Praelectiones*, meminit historia generalis Congregationis nostrae Hispanicae. — Tom. VI, Lib. XXV, cap. 13. »

10. *Apparatus historicus :* (de quo eadem historia generalis loco citato).

11. *De Essentia Theologiae Mysticae.*

« Rogante D. Leandro Granatensi, qui sub diversis notis eam inseruit Vitae S. Gertrudis. Latina est elucubratio et essentia Theologiae Mystica. »

12. *Commentaria ad Marcum Maximum.*

(Martial. a S. Io : Bapta, pag. 172. — De Williers, T. 1 suae Bibliot. Carmel., pag. 502, N. 63).

29. Franciscus a S. Maria II,

In saeculo Iacobus Gresse Parisinus, die 14 septembris, anno 1617, natus.

In Parisiensi nostro coenobio solemnem emisit professionem anno 1635 die 24 iunii. Omnibus fere officiis suae Provinciae laudabiliter functus, in illud continuo incumbebat, ut in Lege Domini, ac sacrorum librorum meditatione die ac nocte versaretur.

Obiit, Aureliis, die 12 martii, anno 1691.

Edidit :

1. *Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce. — Bruxellis, ann. 1674, in 8., gallice.*

(Primas tantum Nominis sui Litteras apponens).

2. *Libros XII in Sacros Codices scripsisse fertur.* (MS. asservab. olim, in convent. Parisiensi).

(De Williers, T. 1, suae Biblioth. Carmel., pag. 504, N. 64).

30. Franciscus a S. Maria, III,

Scripsit :

Commentaria in Pöemata et Carmina S. P. N. Ioannis a Cruce, in 4., anno 1676.

« Quae Lermae (oppidulum Castellae Veteris) asservantur MSS. »

(De Williers, ut supra, N. 65).

31. Franciscus a Matre Dei I,

Patria Matritensis, Ruizii Garziae Archiatrorum Comitis, et Isabellae de Castillio filius. Pastranae, anno 1579. Professus; sacrae theologiae lector Complutensis, diversis in locis prior, deinde provincialis, et tandem in comitiis generalibus Pastranae celebratis anno 1600, electus hispanicae Congregationis generalis. Sanctissime ex hac vita migravit Mantuae Carpentanorum anno Christi 1616, postquam edidisset:

1. *Coeremoniale Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Hispanicae, Romano, et antiquis Ordinis consuetudinibus accomodatum.*

Matriti, anno 1606, ap. Ioan. de la Cuesta, in 16.

2. *Epistolam Pastoralem ad religiosos, et Moniales suae Congregationis.*

(De Wiliers. T. I, suae Bibliot. Carmelit., pag. 506, N. 67).

32. Franciscus a Matre Dei II,

Natus Almonacidae, in Nova Castella professus Pastranae. Ab ingressu religionis, exultavit ut pigas ad currendam perfectionis viam. Magistri peritissimi novitiorum munus per quindecim annos exercuit, ex quo invitus ad alia officia evectus est. — Edidit Hispanice libros inscriptos:

1. *De oratione mentali.*
2. *Servitus Bmae Virginis.*
3. *Instructio pro exercitiis spiritualibus.*

Matriti, anno 1666, in 8°.
(Martial, a S. Io: Bapta, pag. 173).

33. Franciscus a Praesentatione B. V.,

Natione Hispanus. — Edidit:

Orationes panegyricas, ac eruditas conciones.

« Quibus Hispania Beatificationem S. P. Joannis a Cruce « celebravit anno 1675, Tomis duobus ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 174).

34. Franciscus a Puero Jesu (Laicus),

In saeculo dictus Pasqual in loco, qui dicitur Villa-Palatios, dioecesis Toletanae, ortum habuit. Hebes admodum in infantia

et pueritia visus, usque ad 24 annum pastor pecorum; unde ad Xenodochii complutensis laetus se mancipavit. Jam multis annis in eo virtutum exercitiis omnium clarissimus, habitum Teresianum sumendi, votum emisit. Facultatem a Philippo II rege catholico nedum non obtinuit, sed ipsemet rex voti dispensationem impetravit a Summo Pontifice, theologorum sententia confirmatus, ad gloriam Dei magis cedere, si Franciscus in saeculo remaneret. Iterata eaque certa vocatione, iterum repulsam passus, tamdiu apud eum institit, ut eum tandem in sua libertate reliquerit. Anno itaque 1598 in conventu Matritensi admissus, tanto fervore viam mandatorum et consiliorum cucurrit, ut brevi perfectiores superaverit.

Emissa inter fratres conversos solemni professione, die 13 aprilis ann. seq., cui etiam multi praelati, magnates, nobiles, ac Curiae regiae ministri interfuere: Philippo II, Isabellae-Clarae-Eugeniae charissimus fuit: Domum foeminarum poenitentium erigendi facultatem obtinuit cum sexdecim aureorum millibus.

Conventum Matritensem a tanto populi concursu liberare volens Rmus P. Generalis, eum (absente Matriti Curia) Pastranam misit: Inde, cum ibi latere non potuisset, ad eremum de Bolarque; sed cum ea sacra solitudo populorum frequentia non minus turbaretur, Matritum revocare coactus est, ubi variis infirmitatibus detentus et oppressus, receptis sanctae ecclesiae sacramentis, animam Deo reddidit anno 1604, die 26 decembris.

Plures scripsit epistolas, quae summam ejus innocentiam, ac pietatem eximie redolent, « inquit Nicol. Anton., in sua Biblioth. Hispana, T. I, pag. 345 ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 174).

35. Franciscus a SS. Sacramento I,

Natione Hispanus, patre Francisco Gazero, matre vero Elvira Garzia in Oppido, seu pago Castellae-Novae dicto Guintanar, natus, anno Domini 1568. — In Pastranensi coenobio vota solemnia dixit anno 1586, die 6 aprilis, ubi paulopost, magister novitiorum institutus est: deinde in complutensi collegio suos sodales philosophiam ac theologiam edocuit. Romam ad

novellae Italicae Congregationis subsidium missus (et ipse unus fuit ex quinque eximiis patribus, qui anno 1599 ad condendas primas constitutiones convenere), ibi educandis novitiis praefectus. Post haec prior Januensis et deinde Neapolitanus; tum anno 1605 definitor generalis, et in eodem officio confirmatus anno 1608. — Animam Deo exhalavit Neapoli, eodem anno 1608, die 7 julii.

Scripsit:

1. *Exhortationes asceticas in Regulam Carmelitarum MSS.*

2. *Exercitia super eamdem Regulam. MSS.*

3. *Litteras quasdam de S. M. N. Teresiae Laudibus. MSS.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 176. — De Wiliers, T. I, pag. 512, Num. 87).

36. Franciscus a SS. Sacramento II,

Vocatus in saeculo Joannes Baptista Excmi D. Fabritii Lucini Passalacqua, et Dnae Septimiae Odescalchi (Innocentii XI. Pontificis Max. Amitae) Novocomi in Mediolan. Ducat. natus die 6 maij, anno Domini 1598.

In Januensi coenobio solemnem emisit professionem, die 31 maij, an. 1620. Pluries fuit prior, visitator generalis convent. Galliae; et in Capitulo intermedio Bononiae celebrato die 3 novembris, anno 1647 (ob mortem R. P. Joannis-Damasceni a S. Joseph Ferrariensis, actual. provinc.) electus XII Longobardiae provincialis. Anno autem 1650 die 5 maij in Comitiis generalibus Romae habitis, omnium votis, declaratus XVI. Italicae Congregationis praepositus generalis.

Innocentio X Romano Pontifici adeo fuit acceptus, ut ter ab Eo una die, quibusdam urgentibus Congregationis negotiis meruerit audiri.

Praematura, sed non improvvisa morte ereptus est Romae, die 20 decembris, anno 1654, aetat 56 (ita, ex necrolog. Longobard. provinc. edit. Bononiae, ann. 1752, pag. 8).

Vir, qui cum summa doctrina semper praeclaram conjunxit pietatem, atque vitae integritatem; et cujus aucthoritas non solum apud suos religiosos, verum etiam apud Summos

Pontifices, praesertim Innocent. X, et principes Mutin., Parmen et Mantuan, magno fuit in praetio.

Scripsit ad totam Congregationem suam Italicam, Epistolam Pastoralem :

De necessitate, quae Carmelitis Discalceatis incumbit vacandi studio orationis.

Romae, typ. Francisci Monetae, anno 1651, in 16, Latine.

« *Iterum prodiit in Collectione Mediolan. Epistolar. Pastoral., parte I, pag. 25* ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 178. — De Wiliers, T. I, pag. 513, Num. 88).

37. Franciscus a SS. Sacramento III,

Hispanus, pietate insignis, scripsit:

Expositionem in Nostram regulam primitivam.

(Corpus hujus Francisci adhuc incorruptum perseverat).

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra).

38. Franciscus a S. Thoma,

Pastranae, tum naturalem, tum spiritualem et religiosam vitam initiavit.

Rexit pastor optimus coenobia Bolarcense, Complutense, Matritense, ac totam provinciam. — Obiit, anno 1707.

Edidit opera, quae inscribuntur :

1. *Via scientiarum : (duobus opusculis absoluta).*

Matriti, anno 1686, in 4.

2. *De Universis regulis, et principiis argumentandi, ac in qualibet materia rationes efformandi.*

Ibidem, eodem anno.

3. *De principiis, et regulis se recte ab argumentis defendendi.*

Ibidem, eodem anno.

4. *Medulla mystica, (Hispane conscripta).*

Ibidem, anno 1702.

5. *De relationibus praedicamentalibus, intentione qualitatum et modo unionis.*

(MS. asservatur in Eremo nostro Bolarcensi).

(De Wiliers, T. I, suae Biblioth. Carmelit. pag. 520, N. 95).

39. Franciscus a Virginis,

Natione Navarrus, patria Pompejopolitanus. Coenobia Matritense, et Coesar-Augustanum prior rexit. Aragoniae provinciae superior praefuit, definitoris generalis munus sapienter exercuit. Vir Deo, angelis et hominibus multum amabilis, migravit Matriti Carpentanorum anno Domini 1624 die 31 augusti.

Ejus corpus integrum et incorruptum summa cum veneratione in convent. S. Hermenegildi asservatur ad Sacellum elegantissimum S. M. N. Teresiae.

Scripsit: *Sermonem de Laudibus venerab. sororis nostrae Matr. Agnetis a Jesu de Cassanate Coesar-Augustanae* « quem anno 1620 in Ejus Funere habuit ».

(De Wiliers, ut supra, pag. 523, N. 101).

40. Franciscus-Amidaeus a B. Virgine,

Pedemontanus prior Astensis. anno 1661, et alibi.

Scripsit (ut fertur):

Relationem vitae venerab. P. Joannis a Cruce Burdigalensis Carm. Discalc. « qua usus est. R. P. Philippus « a SS. Trinitate, in decore Carmeli religiosi part. 3, pag. 99, « ut animadvertit Ludovicus Jacob in Biblioth. Carmel. MS., « pag. 93 ».

(De Wiliers, ut supra, pag. 487, N. 28).

41. Franciscus-Borgia a S. Teresia,

Mediolanensis, ex illustri Maldonati familia, natus die 5 januarii anno Domini 1706. Solemnem emisit professionem in patrio conventu die 27 septembris, ann. 1723. Fuit lector, pluries prior, saepe saepius definitor, Longobardiae provincialis LIII, electus in Capitulo Mediolani celebrato die 26 aprilis, anno 1760, ac denuo ejusdem provinciae LVII. Moderator, in comitiis Bononiae habitis die 10 maij ann. 1772, institutus.

Obdormivit in Domino, Mediolani, mense august., anno 1786. — Vir in regenda provincia prudentissimus, celebris mathematicus, et vates.

Scripsit:

1. *Litteras pastorales ad suos Longobardiae provinciae religiosos.*

2. *Cursum Philosophicum, metro.*

3. *Cursum theologicum, prosa.*

(Ex Necrolog. Mediolan. Coenob.).

42. Franciscus-Ignatius a S. Teresia,

Ex nobili familia Candiani. Ortum habuit Mediolan., die 20 sept. anno salutis 1720; ibidemque Solemnia dixit vota, die 26 septembr. 1739.

Munus praelectoris in coenobio nostro Parmensi magna cum laude exercuit.

Pie obiit Mediolan. mense februarii, anno redemptionis nostrae 1794. — Vir eximiae humilitatis : subesse potius, quam praeesse, Ordinis praelaturas semper recusavit.

Edidit (suppresso nomine) eruditissimam dissertationem.

De statu Salomonis.

Parmae, anno 1757, in 4.

(Ex Necrolog. Mediolan. Convent.).

43. Franciscus-Joseph a S. Margarita,

Parisiensis. Vir indefessi laboris in legendo et scribendo, qui plura benigne pro Bibliotheca sui coenobii adornanda, suppeditavit monumenta.

Obiit Parisiis die 14 decembris, anno 1728.

Edidit :

Necrologium Carmelitarum Discalceatorum provinciae Parisiensis, Monial. ejusd. Ordin., provinciae Lotharingiae; praepositorum generalium italicae Congregationis; et Episcoporum reformati Carmeli, a Monasteriorum fundatione in Galliis, usque ed annum 1718.

Parisiis, anno 1718, in 12.

(Martial. a S. Io : Bapta, pag. 180).

44. Franciscus-Maria a S. Jacobo,

Mediolanensis, fuit pluries prior, definitor. et in Capitolo Cremonae celebrato die 3 maij, anno 1727. electus XLI Longobardiae provincialis.

Animam creatori suo reddidit actualis definitor, in coenobio Parmensi die 26 augusti, anno 1736, aetatis suae 76.

Vir suo muneri fideliter intentus, omnem adhibuit et diligentiam et operam, ut in sua provincia regularis observantia floresceret.

Scripsit:

Litteras Pastorales ad suos subditos.

(Ex Necrolog. Provinc. Longobard.).

45. Franciscus-Maria a S. Syro,

Papiensis, Longobardiae provincia alumnus-Missionarius apostolicus. Apoplexiae morbo correptus obiit Mediolani, die 24 aprilis, anno 1736, aetatis suae 78.

Edidit, Romae, anno . . . .

Vitam Illmi et Rmi Dni Fr. Eliae a S. Alberto Carm. Discalc., Archiepiscopi Aspahamensis. T. I, in 4. (Italice).

Scripsit: — *Itinerarium suum Orientale et Occidentale. T. 2, in 4. (Italice).*

(Ex Necrolog. Convent. Mediolan.).

46. Franciscus-Maria a S. Teresia,

Parisiensis provinciae alumnus, electus XXXIV Praepositus generalis italicae Congregationis, die 22 aprilis, anno 1704.

Obiit Parisiis die 30 januarii, anno 1734, aetat 75. — Scripsit:

Litteras Pastoral. ad religiosos suae italicae Congregationis.

47. Francus-Maria a S. Ambrosio,

Etruriae provinciae alumnus, Edidit:

Orationes Sacras. T. I, in 4.

Florentiae anno 1827 — (Italice)

« Dicat. Illmo et Rmo Dno Fr. Io: Ant. Guadagni, Ep. Aretino, et postea S. R. E. Cardinal. »

(De Wiliers, T. I, pag. 520, N. 96).

48. Francus-Maria a S. Benedicto,

Provinciae Januensis alumnus, edidit, Italice:

Orazione detta in occasione della solenne incoronazione di Nostra Signora dell'Orto nella città di Chiavari.
Genova, 1769, stamperia Genesiana.

49, Fridericus a S. Antonio.

Laudae Pompeiae (in ducat. Mediolan.) natus die 30 octobris, anno salutis 1720. Nomen sortitus est Caroli, ipsiusque parentes fuere perillustres Dni Antonius Carozza et Catharina Ardemagna. Quamquam unicus esset, et quindecim tantum annos natus, maturo consilio voluit Teresiano Ordini nomen dare. A mortali siquidem morbo recreatus, quampridem audierat, dum fortuito ad ipsius aram funderet preces, et nescius omnino esset tum Ordinis, tum Matris, vocanti Teresiae alacriter obsequutus est. Magno animo in Mutinensi novitiatu iter Religionis aggressus. sub die undecima novembris 1736 suam emisit Professionem.

Philosophiae ac Theologiae cursum peregit in conventu Bononiensi, et impensam semper curam adhibuit tum praescriptis, tum gratis studiis. Praecipue sese, nunquam satis laudabili labore exercuit, suumque ingenium in comparanda sibi et scriptorum Ordinis, et gestorum sanctae Parentis Nostrae absoluta notione.

Ad moderandam cathedram philosophiae ac theologiae in Placentino coenobio una cum R.mo P. Eusebio a S. Maria, qui fuit postea Praepositus Generalis Ordinis (vid. suo artic.) designatus, se totum lectioni et scriptioni omnigenae eruditionis dedit, et multiplicem sibi comparavit litterariam suppellectilem.

Varii ingenii sui monimenta moliebatur, quae postea nequivit absolvere. Maximi in studiis labores, et protractae vigiliae nullo ipsi erant detrimento in his, quae Deo et regulari observantiae debebat. Continuo mentali orationi vacabat, et quam intus servabat animi collectionem ac fervorem, semper hilari fronte, dulci sermone, simplicibus modis praeseferebat. Docendi munere functus, in audiendis confessionibus et

sacris concionibus habendis perpetuo sese occupabat, quin interea de suis, quos parabat ingenii foetibus, animum operamque avocaret. Nunc temporis coepit in vulgus edere publico praelo opera sua, quorum Cathalogum in fine subnectemus.

A Religiosissimo Principe Ferdinando I, Parmensi Duci, suffectis Teresianis, expulsis Iesuitis, in his omnibus, quae ad excolendam Placentinae civitatis, et publici S. Petri Gymnasii iuventutem in pietate, et Religionis Officiis spectant, statim P. Friderico difficillima undequaque cura demandata est, cui oneri ad octo et amplius annos tanto plausu, et spirituali iuventutis fructu satisfecit, ut in ore omnium esset eius virtus et fama, eique debitas laudes tum Princeps, tum Ordo impenderet.

Ad eius capessenda consilia et vota plurimi conveniebant frequenter tam Ecclesiastici, quam saeculares viri primae notae, qui aeque simul mirabantur doctrinam ac humilitatem ipsius. Renuntiatus interea fuit definitor Provincialis, ac deinde Prior Mantuae. Tot denique, tantosque in proximorum salute promovenda, et in scientiis, praecipue sacris, excolendis, exornandisque lucubrationibus dum hauriebat labores, eius valetudo passim attenuata est; vitiato enim sanguine, plura et saniosa ulcera in cruribus ac foemoribus serpere visa sunt; indeque contractis nervis miserrime iuxta hominem vivebat. Ad quatuor annos molestissimum hunc morbum summa patientia toleravit, et demum sensuum et rationis usu omnino expers, accepta extrema unctione in Domino quievit die 3 decembris, anno 1779 in conventu Placentiae, omnium moerore.

Opera publicae luci data:

1. *Il Divoto di Maria del Carmine. — T. 1 in 8 (Italice).*

Venezia, 1751.

« Quod denuo auctum edidit ibidem, anno 1763. »

2. *Dissertationes apologeticae. De Carmelitarum Ordine, de SS. Teresia et Ioanne a Cruce,* adversus L. A. Muratori.

« Quae editae sunt Tom. VII, pag. 703, operum celeb. P. Liberii a Iesu, Carm. Discalc. »

Mediolani, Typ. Malatestae, anno 1754. (Latine).

3. *Vita della S. M. Teresa di Gesù.*

« Ampiamente descritta con ordine cronologico, piena di erudizione e santa unzione. »

Venezia, per Zerletti, 1753, in 4. gr. (Italice).

« Iterum ibidem ann. 1761 et 1768 (3. Edit.) atq. an. 1789 p. Io: Anar. Foglierini (4. Edit.) »

4. *Vita della Ven. M. Maria Francesca dello Spirito Santo, Carmelitana Scalza*, al secolo Ser.ma Principessa Eleonora d'Este, sorella di S. A. Rinaldo I, Duca di Modena, dedicata all' A. S. Enrichetta Langravia d' Hassia d' Armstatt etc.

Milano 1754 per Carlo Giuseppe Ghislandi — T. 1 in 4. (Italice).

5. *Avvertimenti sopra il libro della regolata divozione, di L. A. Muratori.*

Venezia 1757 per Occhi. (Italice).

6. *Storia del Santuario della Madonna d'Einsidlen. (Italice).*

Milano 1761 per Marelli, in 8.

7. *Il Pellegrino ad Einsidlen. (Italice).*

Ivi 1766, per Gio. Kalin, in 8.

8. *Istruzioni Famigliari sull' Orazione Mentale, tradotte dal Francese, coll' aggiunta di molte cose proprie. (Italice).*

Venezia 1762 per Zerletti, in 16.

9. *Novena in onore della N. S. Madre Teresa di Gesù (Italice).*

Genova 1773 Stamperia Genesiana, in 16.

10. *I Pregi di S. Giuseppe, Sposo purissimo di Maria Vergine, esposti con Meditazioni ai suoi Divoti.*

Ivi 1777. (Italice).

Alia Opera ipse Praelo parata, et sunt seqq.:

1. *Latinam Versionem — Del Divoto del Carmine. (Latine).*

2. *Adnotationes ad Dictionarium Macri, et ad historias Antonii Sandini, satis diffusae. (Latine).*

3. *Sermoni per le Congregazioni dei Studenti di S. Pietro di Piacenza.*

4. *Quaestiones Theologicae. (Latine).*

5. *Miscellanea responsionum. (Id.)*

6. *Instructiones Confratrum Carmelitarum. (Id.)*

7. *Tre Lettere di risposta all'occasione di una Profezia attribuita alla S. M. Teresa di Gesù.*

8. *Epistola, sive Apologia satis erudita ad evellendum supposititiam S. M. Teresiae a Iesu Prophetiam, qua praedicebatur perpetuitas Societatis Iesu. (Latine).*

9. *Catechismum, in quatuor partes distributum.* (Duae tantum primae Partes absolutae sunt). Italice.

10. *Nuova Raccolta di Lettere della Ven. M. Maria Francesca dello Spirito Santo.*

« Ad Calcem huius Collectionis Epistolar. habentnr (Italice) seqq.:

« *Vita della Ven. M. Maria Cecilia di S. Paola, Confondatrice del Monastero delle Teresiane di Reggio, in Lombardia*, Professa nel Monastero di detto Ordine, in Modena, li 29 giugno 1666, al secolo Leonilla, Figlia del sig. Conte Ottavio Scotti, e Sig.a Contessa Paola Tedeschi, Nobili Piacentini — defunta nel Mon. di Reggio, 19 settembre, 1699, d'an. 52.

« *Compendio della Vita del R. P. Bassano di San Francesco Lodigiano, XXX Provinciale di Lombardia.* — (vid. suo Artic.)

« *Elogi ai seguenti Religiosi, stati Direttori della sopradetta Venerab. M. Maria Francesca dello Spirito Santo.*

« *P. Lorenzo di S. Abondio, XXXI Provinciale di Lombardia.*

(Vid. suo Art.)

« *P. Filippo Maria di S. Agostino*, al secolo sig. Giuseppe Caroluzzi di Soresina, Diocesi di Cremona, defunto nel convento nostro di questa città di Cremona, li 17 dicembre 1707, d'anni 58.

« *P. Sigismondo-Antonio di S. Giuseppe*, al secolo sig. Lucca Bonini di Castelnuovo di Garfagnana, nel ducato di Modena defunto in Bologna li 12 Novembre del 1726, di anni 69.

(Haec omnia, ex Necrolog. Coenobii Placentini).

50. Fulgentius a S. Io: Baptista,

Mediolanensis ex perillustri Familia Isola, natus die 3 Decembris anno Domini 1717. In patrio conventu solemnia dixit vota die 29 iunii, 1737.

Fuit pluries Prior, saepe saepius definitor, semel et iterum praelector, ac tandem LXII Longobardiae Provincialis, electus in Comitiis Bononiae celebratis, die 28 aprilis, anno 1787. Obdormivit in Domino in Parmensi coenobio die 4 ianuarii anno 1793.

Vir innocentissimae vitae, necnon variis donis et charismatibus insignitus, angelicae doctrinae sectator tenacissimus, et in tolerandis infirmitatibus patientissimus.

Scripsit italice:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Provinciae.

Reliquit MSS. quamplurim. Tractat. et Dissertat. Theologic.

« Quae olim asservab. in Biblioth. praedicti Convent.

(Ex Necrolog. Parmens. Coenob.)

51. Fulgentius a S. Ioseph,

Ex Nobili Familia Gidoni Mediolani natus, anno Reparatae salutis 1613.

Fuit S. Theologiae professor, pluries prior, concionator ac definitor provincialis.

Non tantum in patria sua eloquentiae dedit testimonia, sed et Cremonae, atque Placentiae, necnon in aliis Italiae urbibus, usquedum ad 72 annum aetatis suae piissime obiit Cremonae die 28 septembris, ann. 1685.

Edidit italice:

1. *Panegirico in lode della Nostra S. M. Teresa di Gesù, detto in Cremona li 15 ottobre 1648, in memoria della liberazione di quella Città dall'Assedio delle Armate Francesi.*

Cremona, 1643.

2. *Orazione, detta nel monacarsi fra le Teresiane*

di Parma la Ser.ma Principessa Cattarina Farnese, assumendo i Nomi di Suor Teresa Margarita dell' Incarnazione.

Parma, 1662.

3. *Vita della Venerab. M.re Anna dell' Ascensione, Fondatrice nel 1673 del Monastero delle Teresiane di Piacenza.* — MSS. Tom. 1, in 4. — (Vid. suo artic.)

Reliquit MSS. *Quadragesimal., Advent., Sermon. et Orat. Panegyr.*

« Quae omnia servab. olim in Biblioth. Cremonensis Convent. »

(De Williers, T. 1. suae Bibl'oth. Carmelit., pag. 527, N. 109 — et Necrolog. eiusd. Coenob.

1. Gabriel a S. Angelo,

Nascentis hispanicae Congregationis secretarius: vir vita, virtutibus, ingenio, elegantia et doctrina insignis.

Scripsit latino idiomate:

Acta trium priorum Capitulorum generalium.

« Quae a PP. dictae Congregationis Matriti celebrata « fuerunt, scilicet anno 1587 die 25 novembris. Ann. 1588, « die 9 jun. et anno 1590.

« Quibus usus est Franciscus a S. Maria, in historia ge« nerali, reformationis S. M. Teresiae, lib. VIII, cap. 38, « pag. 544 et seqq. etc. »

(Pe Wiliers, T. I, suae Bibiblioth. Carmelit., pag. 528, N. 1).

2. Gabriel a Christo,

Biatiae in Hispania anno 1566, nobili ex prosapia natus est. Adolescentia, magna ex parte sub militantibus vexillis transacta, Teresianum Institutum amplexus est Hispali anno 1587. In sua provincia ad plures praelaturas evectus, imo et ad totius provinciae regimen electus, optimi ac vigilantissimi pastoris partes implevit. Sui memoriam posteris relinquens: Emo Cardinali Sandovalio, aliisque tum ecclesiae, tum saeculi principibus venerabilis. Obiit in patrio suo coenobio anno 1645 die 6 februarii.

Scripsit:

1. *Commentaria in Bullam Cruciatae, T. I, in 4. MS.*
2. *Commentaria in totam fere partem primam, et in primam secundae Summae D. Thomae Aquin. MS.*
3. *Varia opuscula spiritualia, patrio idiomate exarata. MSS.*

« Quae cum aliis MSS. citatis, servantur in Biatiensi « Archivio ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 181).

3. Gabriel a Cruce,

Natione Gallus, provincia Neustrius, patria Alenconius, in saeculo Gabriel Lecomite nuncupatus, anno Domini 1617 die 17 maij natus.

Ea fuit illius ingenii acies, ut decimumquintum annum agens, philosophiae cursu jam confecto, non sine stupore thesibus praefuerit. At aeternae salutis cupido, relicto Beneficio sibi ab Archiepiscopo Rhemensi collato, cujus praelati consiliorum erat particeps, ad coenobium nostrum Parisiensem advolavit, et in eodem solemnem emisit professionem anno 1636 die 21 septembris.

Rhothomagensis prior, desertum Lupariense (in Dioecesi Ebroïcensi) La Gharde-Castel dictum, nomine R. P. Dominici a SS. Trinitate, Parisiens. provinc. alumn., tunc Italicae Congregationis praepositi generalis, accepit possidendum, ex diplomate regio anno 1660 die 29 februarii dato, et Rmo Dno Aegidio Boutaut Episcopo ebroïcensi jussis regiis obtemperante die decimanona augusti, ejusdem anni.

Gabriel summa modestia praeditus, humilitatis ac solitudinis amantissimus, Divinae gloriae zelator eximius, totus orationi, lectioni, aut libris scribendis incumbens, pie obiit Rothomagi die nona martii, anno salutis 1697.

Edidit:

1. Ex Hispanico idiomate transtulit in Gallicum sermonem, seq. opera:

Effata perniciosa perfectionem status religiosi evertentia.

Rhothomagi, anno 1652 in 4.

2. *Tom. I et II Historiae generalis Hispanicae Congregationis.*

Parisiis, ap. Sebast. Hurè, an. 1656, in folio.

« *II autem Tom. ibidem editus ann. 1666, ap. Bloisot, in fol.* »

3. Ex eodem idiomate Hispan. translatos reliquit moriens *duos alios Tomos ejusd. Historiae generalis,* qui incipiunt ab anno 1582.

4. *Expositionem Cantici Canticorum, una cum applicatione ejusdem ad Ordinem Bmae Virg. Mariae de Monte Carmelo.*

« Quam versionem Ei adjudicat Ludov. Jacob in sua « Biblioth. Carmelit. MS., pag. 106 ».

« Asserit etiam Ludovic. Jacob. in ead. pag. 106,

« Gabrielem a Cruce, ante ingress. in Ord. Nro, Accademiae « Rhemensis rectorem, et Ecclesiae Metropolitanae Canonicum « fuisse ».

5. Ex latino, in Gallicum transtulit insigne Opus R. P. Mauritii a Cruce Carm. Disc.; in quo ex verbis evangelicis exprimitur :

1. *Quis sit Dominus Jesus?*
2. *Quid fecit?*
3. *Quid docuit?*
4. *Quae passus est?*
5. *Quomodo glorificatus?*

« Hujus operis, inquam, compendium a duobus Sorbonicis « doctoribus approbatum, quod morte praeventus, non potuit « edere, confecit Gallico sermone sub titulo :

Sinopsis Tabulae Evangelicae, sive :

« *Jesus Christus, Agens, Docens, Patiens, Glorificatus* ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 181. — De Wiliers, T. I, suae Biblioth., pag. 130, N. 7).

4. Gabriel a S. Joseph I,

Natione Belga, Graecii Lector sacrae theologiae scholasticus.

Scripsit, circa anno 1637:

Commentaria in primam secundae, et in tertiam partem summae D. Thomae Aq.

(Ludovic. Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 105).

5. Gabriel a S. Joseph II,

Hispanus, in villa Almonaciel de Zorita natus, Pastranae professus, virtute et doctrina insignis: officiis theologiae praelectoris, prioris, provincialis, ac definitoris generalis clarus; plenus dierum obiit Compluti anno 1690.

Edidit copiosum opus latinum, ad probandum sacramentum Eucharistiae esse in coelo.

Inscribitur:

Statera Eucharistica in 4.

« Haec elucubratio videtur eadem esse, de qua PP. Sal« manticenses consuli possunt, tractat. de sacramentis in ge« nere, Disput. 3, Dub. 6, § 12 et seqq. ».

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 182).

6. Gabriel a Matre Dei,

Patria Leonicensis, prior diversis in locis, anno 1638. Definitor et secretarius generalis, rector Salmanticensis anno 1641, provinciae Castellae-Veteris provincialis anno 1655 electus, ac anno 1660 (post obitum Didaci a praesentatione generalis), vicarius generalis, atque tandem anno 1661 Pastranae, in Comitiis generalibus ibi habitis ad supremam Congregationis Hispanicae praefecturam evectus.

Scripsit:

Epistolam pastoralem ad religiosos, et moniales suae Congregationis.

(De Williers, T. I. suae Biblioth. Carmelit. pag. 532, N. 13).

7. Gabriel a S. Vincentio,

Patria Laudensis ex per illustri familia Beonio, aut Bevonio (existit adhuc (1827) haec familia in Ducat. Mediolan.) lector philosophiae ac theologiae, pluribus etiam annis in seminario nostro Missionum in Urbe, cum magna laude praelectoris controversiarum munere functus, provinciae romanae aggregatus, in conventu S. Mariae de Victoria in Urbe, peregrinationem suae mortalitatis complevit ann. 1671, die 17 septembris, aetatis suae 70.

(Ita, ex Necrolog. Provinc. Longobard., part. I, pag. XI),

Quamvis fere semper podagra, chiragra opprimeretur, in scribendo tamen aut dictando fere fuit a doctis, et magnatibus saepe consultus: prioris, definitoris, visitatoris generalis Januensis provinciae insignitus: Silentium, cordis custodiam, jugem Dei praesentiam, observantiae regularis curam, ac sui ipsius contemptum in deliciis habuit: tam eximius sectator solitudinis, ut quamvis per duodeviginti annos urbem incoluerit, vias tamen communiores ignoraverit. Plura pubblici juris facere cogitabat: plura edidit Romae, quae inscribuntur.

1. *De Incarnatione — ann. 1656, in folio.*
2. *De Sacramentis — eod. anno. Tom. IV, in 4.*
3. *De Censuris — ann. 1661, in fol.*
4. *De justitia et jure — eod. anno, in fol.*
5. *In primam partem D. Tom. Aquin. — anno 1664, in fol.*

6. *In secundam partem D. Tom. Aquin.* — *anno 1665, in fol.*

7. *De fide, spe, et charitate* — *anno 1666, in fol.*

8. *Anagogia christiana* — *eod. anno, in fol.*

9. *De remediis ignorantiae* — *anno 1667, in fol.*

10. *Summa moralis* — *eodem anno, in fol.*

11. *Consilia varia* — *anno 1668, in fol.*

12. *Logica* — *anno 1669, in fol.*

13. *Physica* — *anno 1670, in fol.*

14. *De generatione e corruptione, et metaphyfisica, eod. anno, 1670, in folio.*

15. *Philosophia moralis* — *anno 1670, in fol.*

16. *De gratia* — *eod. anno, in fol.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 182. — De Williers, T. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 533, N. 16).

8. Gabriel-Antonius a S. Hieronymo,

Etiam iste patria Laudensis, natus anno Domini 1692. — Fuit prior, magister novitiorum, praelector, definitor, a sacris confessionibus ac theologus Emi Ruffi Cardinal. legat. a Latere, et Archiep. Ferrariae. — Obiit Cremonae, die 14 april. 1762, aet. 70.

Reliquit *T. I, in fol., Consultat., et quamplur. tractat. theolog.*

(Ex Necrolog. Convent. Cremonae).

9. Gaspar ab Annuntiatione,

Natione Belga, patria Bruxellensis, in saeculo dictus Joan-Baptista de Doncker.

Obiit Londini missionarius anno 1692.

Edidit, Hispane:

Vitam S. P. N. Joannis a Cruce.

Bruxellis, anno 1678, in 8.

Ex italico in hispanum idioma vertit:

Vitam venerab. sororis Matr. Teresiae a Spiritu Sancto.

Coloniae 1667, in 8.

(De Williers, T. I, suae Biblioth. Carmelit., pag. 535, N. 21).

10. Gaspar a Jesu Maria,

In Castella-Nova, natus. Scripsit, idiomate Hispano:

1. *Palladium Castellae, Tom. I, in 4.*

Matriti, anno 1609.

« In ista elucubratione perhibet originem. progressus, ac « miracula cujusdam imaginis B. V. Mariae, in oppido Ille-« scas celebris ».

2. *Vitam venerab. servi Dei P. Josephi a Virgine, Carmelit. Discalc., virtutibus et miraculis clari.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 183).

11. Gaspar a S. Joseph, I,

Catalanus elucubravit opus, inscriptum:

Cor vulneratum quadraginta telis. Tom. I, in folio.

« Asservatur MS. in conventibus de Reus, et Cardon »

« In isto opere aucthor describit B. V. M. dolores in « passione filii sui ».

(De Williers, Tom. I, suae Biblioth. Carmel., pag. 536, N. 26).

12. Gaspar a S. Joseph II,

Natione Arago, qui ex juris civilis professore Valentino Publico, Institutum nostrum amplexus est.

Scripsit, ante religionis ingressum:

In leges regni Aragoniae commentarium.

« Et obiit circa annum 1598 in coenobio Logolladensi « ut refertur lib. VIII. Historiae generalis, reformationis « S. Teresiae cap. 28 num. 5, per R. Franciscum a S. Ma-« ria scriptae ».

(De Williers, ut supra N. 27).

13. Gaspar a S. Maria,

Hispanus, haebraicae ad graecae linguae peritissimus.

Scripsit Hispane, quoddam defensorium, quod praenotatur:

Apologia pro patronatu S. M. Teresiae a Jesu in Hispaniarum Regnis.

Barchinone, anno 1630.

« Insuper elegantissimis Carminibus respondet cuidam « libello supplici, quem Franciscus de Queredo obtulit Regi

« Catholico patronatum S. M. Teresiae satagens evertere ».
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 183).

14. Gaspar a Matre Dei,

Natione Belga patria Tornacensis. Obiit montibus Hannoniae, ann. 1647, postquam ex germanico in latinum transtulisset :

1. *Sententias spirituales ex operibus SS. Teresiae a Jesu, et Joann. a Cruce excerptas, pro qualibet die et festivitate totius anni, olim editas per P. Angelum a S. Joseph italicae Congregat.*

Ann. 1642, et Parisiis ann. 1668.

2. Ex Hispano sermone in Gallicum vertit :

Praelatorum regularium consiliarium spirituale.

« *Ab Alphonso de Jesu M. Hispan. Congregat. compositum.*

Antuerpiae, typ. Verdussen, ann. 1643; in 4°

3. Eiusd. Alphonsi donavit gallico sermone :

Pericula et remedia perjectionis religiosae.

Ibidem, anno 1644.
(Martial. a S. Io: Bapta. pag 183).

15. Gaspar a S. Michaele,

Patria Januensis, concionator, et theologus eximius. — Vertit, ex Hispan. sermone in Italicum :

1. *Tom. I et II historiae generalis Congregat. Hispanicae.*

Januae ap. Petrum Calenzanum. ann. 1664, in fol.

« Quam versionem italicam laudat Nicolaus Franciscus « Haim in Bibliotheca italica, pag. 72, Num. 3 ».

2. Scripsit: *Sermones Dominicales, Festiv., et per Advent., et Quadragesim.*

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 184).

16. Gaspar a S. Nicolao,

Patria (etiam iste) Januensis. — Circa ann. 1620 edidit volumen

Sermonum, pro singulis festis Dei-parae Virginis, in quo pro qualibet festivitate conciones, seu Sermones decemplices reperiuntur, « ut excerpsit ab Appendice Bibliothe- « cae Marianae Hyppoliti Maracii, Augustinus Oldoïnus id « referens in Athenaeo Ligustico, pag. 222, et 223 ».

(De-Williers, T. 1, Biblioth. Carmelit. pag. 539 N. 33).

17. Gaspar a S. Petro,

Boeticus, patria Granatensis, professus Pastranae, in Lusitaniam missus anno Christi 1682, magnum concionatoris nomen sibi comparavit: deinde anno 1586 primus vicarius coenobii Segoviensis fuit constitutus. Tandem anno 1588 primus prior conventus Giennensis.

Scripsit:

Sermonum. — Tom. 1.

(De Williers, Tom. 1, suae Bibliothecae Carmelitanae — Pag. 539, N. 34)

18. Gaspar a Resurrectione,

Natione hispanus.

Scripsit:

Epigrammata nonnulla Latina.

« Quorum unum legitur Mantuae Carpentanorum in honorem S. M. N. Teresiae, aureis litteris, in sacello teresiano inscriptum. »

(De Williers, ut supra, pag. vero 541, N. 36).

19. Gaspar a Ss. Sacramento,

Lugduni quidem in Gallia natus, sed in Hispania professus Pastranae.

Plus adolevit scientia, quam creverit aetate: vix enim iuvenis, curricula philosophiae et theologiae perfecerat, cum

Elogium S. P. Ioseph transtulit in hispanicam linguam.

Editum, anno 1683. in 4.

In Genesim Commentaria Typographiam salutabant.

» Sed morte praeventus occubuit. »

(Teste Martial. a S. Io: Bapta, pag. 184).

20. Gaudentius a S. Margarita,

Mediolanensis in saeculo Fidelis, ex familia Santini, natus die 26 iulii anno 1743. Solemnem emisit Professionem die 29 septembris, anno Domini 1762. Ferrariae praelector, pluries definitor, et tandem in Capitulo Bononiae celebrato die 20 aprilis, anno 1763 electus fuit LXIV Longobardiae Provincialis.

Obiit senex in Thuscia, apoplexiae morbo correptus, mens. septembr. anno 1816.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Longobardiae Provinciae.

21. Gerardus a S. Joseph,

Natione Delphinas patria Viennensis, Carmelita antiquioris observantiae primum alumnus, ubi nomine gentilitio Antonius Emerac appellabatur; sed postea ad nostram reformationem transiit anno Domini 1625.

Fuit prior convent. Massiliensis ann. 1640, Camberiancensis ann. 1643, Lugdunensis ann. 1649, et iterum ann. 1652: postea definitor provincialis ann. 1656.

Vir probitate et eruditione conspicuus, qui Venerab. Sororis nostrae Matr. Mariae Laetitiae a S. Teresia (Princip. de Luxemburgo) fuit a confessionibus sacris, quoties P. Gregorius a S. Ioseph non esset praesens.

Vivebat Gerardus etiam ann. 1664, quo scripsit gallico sermone:

1. *Vitam Venerab. Sororis Nostrae Matr. Magdalenae a Iesu Maria Senensis, Fundatr. Monasterior. Avenion. et Camberiacensis.*
2. *Meditationum varios Tractat. MSS.*
3. *Exercitia Spiritualia MSS.*

(De Williers, Tom. 1, suae Biblioth. Carmelit., pag. 553, N. 61).

22. Germanus a Nativitate B. V.,

Natione Burgundus, patria Antissiodorensis, natus ann. 1588 13 octobris. Ex Canonico ecclesiae cathedralis Carmelita Discalceatus anno 1616 die Dominica prima Adventus factus, anno probationis elapso, die 8 decembris 1617, vota solemnia emisit. — Vir, charitate, innocentia, obedientia, vitae austeritate, sanctimonia et eruditione haud infimus, et adeo summa exercitiorum etiam minimorum praxi praefulgens, ut in Choro suum prae manibus Breviarium etiam ponderosum semper teneret, quia haec ipsi Novitio (inquiebat) gestatio fuerit imperata, et proinde per totam vitam sedulo servanda. — Migravit ad Dominum Parisiis ann. 1619, die 19 Novembris.

Postea ann. 1620, die 20 martii, ex antiqua Ecclesia in novam S. P. Josephi cadaver ejus fuit translatum.

Scripsit gallice :

Exercitia Spiritualia pro omnibus Diebus Hebdomadae.

« Servab. olim in Biblioth. illius coenobii. »

(De Williers, ut supr., pag. 555, N. 64).

23. Germanus Philalethes Eupistinus,

Idem est atque Carolus ab Assumptione (vid. suo artic.) qui graece vocari voluit, quod latine dicitur — Frater veri amator, fide dignus — quando Opus latine typis dedit inscriptum :

Thomistarum Triumphus etc.

24. Germanus a S. Vincentio, I.

Patria Bononiensis. Fuit praelector, pluries prior, definitor, V Longobardiae provincialis, electus in comitiis Cremonae habitis, die 13 maii 1628, visitator generalis, atque Ordinis vicarius generalis. Obiit in odore sanctitatis Venetiis die 13 aprilis ann. 1646, aetat. 62.

(Ita ex Necrolog. Prov. Longob. p. 1, p. 7).

Scripsit :

Duas Epistolas Pastorales ad suae Provinciae Religiosos, quae habentur 2 Part. Collectionis Mediolanensis,

1. *Disserit de unione divina et de zelo, quo fervere debeant Praelati pro Regulari Observantia.* — Ann. 1628.

2. *Ann. 1631 scripta ostendit — Quanta charitate superiores erga subditos maxime imperfectos praeditos esse debeant,*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 184. — De Williers, T. 1, pag, 558, N. 68).

25. Germanus a S. Vincentio II.

In saeculo Nicolaus Barbarati Panormi natus est, progenitoribus Ioseph et Nimpha : a tenerioribus annis animam bonam sortitus est.

Cum nondum explesset annum decimumquintum in Panormitano conventu S. Mariae de Remediis Religionis indutus habitu, anno 1655 die 24 iunii in eodem vota sua Domino reddidit, anno 1657 die 4 ianuarii.

Vir fuit numeris omnibus absolutus, regularem observantiam ad apicem usque coluit. Contemplationi tenacissime addictus, ut ei liberius incumberet, in eremum Ianuensis provinciae secessit, ubi diuturna corporis maceratione, ac seria divinarum rerum contemplatione, spiritum ac virtutes egregias fovit et auxit. Modestia et humilitate, quibus intuentes ad pietatem excitabat fuit insignis, unde Exc.mus Comes S. Stephani, Siciliae Pro-Rex, cui aliquando a sacris confessionibus fuit, et in arduis negotiis in consiliis adiutor, testatus est, hominem vere sanctum se cognovisse. — Ad novitios regendos semel et iterum adhibitus, tum verbis, tum exemplis ad perfectionem erexit. Pluries prioris munere, ac visitatoris provinciali, summa laude functus, in osculo pacis Domini obiit anno 1683, die 13 septembris aetat. 43. Panormi, cuius coenobium tunc gubernabat. postquam in lethalem morbum lapsus Cacodaemonis conflictum, quo Germanum hic a spe salutis aeternae avellere nitebatur, non solum sustinuisset, sed hoste etiam devicto fuisset eruditus auditus est exclamare: *Oh magnitudines! oh magnitudines! Quaenam Theologia has describere poterit?*

Edidit, italice:

Testamento spirituale, utilissimo per ben vivere e morire.

Palermo. p. Giacomo Egino 1684 in 12 (e di nuovo, 1685, in 8. il Celleni).

« Reliquit etiam volumen eloquentia et eruditione insigne, in quo habentur *Orat. Panegyr. LX*, teste Anton. Mongitore in biblioth. sicula Tom. I, pag. 256. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 184. — De Williers, Tom. I. pag. 558, N. 67).

26. Gervasius a S. Elia,

Nuncupatus in saeculo Carolus Benedictus Bizozerus, natus Mediolan. die 21 octobris, anno Domini 1623. — In patria, Teresianum institutum suscepit, die 6 novembris ann. 1651.

— In studiis, pietateque ita emicuit, ut a superioribus tam in disciplinis tradendis, quam in concionibus habendis adhibitus fuerit, praecipua eius cum laude, et non tantum in patria, sed etiam Bononiae, quae magnificum eius virtutum fuere theatrum. Munera in hac secunda civitate, examinatoris synodalis, ac S. Officii consultoris peregregie gessit. — Inde Mediolanum reversus suos implevit annos in conventu Concesiae, Dioeces. Mediolanensis, die 17 iulii, anno 1696, aetat. 64.

(Ita, ex Necrolog. Provinc. Longobardiae part. I pag. 19).

Edidit :

1. *Falsa ac vera Ethica Christiana.*

Bononiae ann. 1680 in 4. — et iterum ibidem ap. Monti 1684, ad ann. 1686. Tom. 4 in 12.

« Ad Rectorem, atque Alumnos perinsignis Collegii S. Clementis, Nobilium Hispanorum Bononiae, nuncupatum. »

2. *Sermones Dominicales.*

Ibidem, ann. 1684.

3. *Fons Eliae, seu Discursus de Sacro Scapulari.— Tom. 3, in 12.*

Ibidem, ann. 1686.

Reliquit MSS. :

1. *Tractatus de iure publico et iure privato, methodo Theologica confectus in fol. MS.*

2. *Universi iuris Canonici compendium. — in Folio MS.*

3. *De Theologia Parochorum. — in Folio. MS.*

(Haec tria MSS. servabantur olim in Biblioth. Coenobii Concesiae fundat. ann. 1647 die 27 mart. ab E.mo Cardinal. Cesare Monti, et a Napoleone suppress. mense iun. anno 1805).

(Pauca de nostro Gervasio a S. Elia, in sua Biblioth., pag. 185; dicit Martial. a S. Io: B.)

(Vid. Williers, Tom. 1 suae Biblioth. Carmelit. pag. 558 Num. 89, et Philip. Argelat. in Bibliothec. Scriptorum Mediolanensium, pag. 173, Num. 244).

27. Gesualdus a S. Andrea,

Neapolitanae provinciae alumnus.

Edidit. italice :

1. *Orationes Sacrae. — T. 1, in 4.*

Neapoli Lyp. Reg. Seraphini Porsile anno 1751.

« In illis orationibus conspicitur aucthor optime versatus in ludo humaniorum Litterarum, quas apprime colere solent Teresiani, inquit Diarium Eruditorum ann. 1751 mense novembr., pag. 757, Editio in 4. »

2. *Quadragesimale.* — *Tom. 1, in 4.*

Ibidem, Typ. Simonianis, ann. 1777.

28. Graeciensis Conventus,

Nomine Carmelita Discalceatus

Edidit, germanice :

1. *Monile aureum, in quo agitur de Privilegiis, Gratiis, Indulgentiis Archi-Confraternitatis Sacri Scapularis B. M. V. de Monte Carmelo.*

Graecii, ap. Sebast. Hault, anno 1643.

2. *Vit. Patriarch. S. Iosephi Confessoris.*

Ibidem, anno 1682, in 4.

« De priore Opere loquitur Ludov. Iacob in sua Bibliot. Carmelit. MS., pag. 117. »

« De posteriore autem habet mentionem noster Martialis a S. Ioanne Bapta., in sua Bibliothec. Carmelit. Discalceat. pag. 185. »

29. Gregorius a S. Angelo

Hispali professus, anno 1576. — Cum S. P. N. Ioann. a Cruce, et aliis Segobiam profectus, coenobium B. V. Mariae de Monte Carmelo die 3 maii anno 1586. Deinde in capitulo generali, anno 1588 Matriti celebrato, secretarius Congregationis et Capituli constitutus, etiam anno 1591 ac definitor generalis, prior Villae-novae de Xara, et 1595 Granatensis, S. P. N. Ioann. a Cruce, intimus.

Scripsit :

Relationes de Congregatione Hispanica.

(De Williers, Tom. 1, suae Biblioth. Carmelit., pag. 570 N. 91).

30. Gregorius a S. Francisco,

Patria Senensis in Thuscia, Provinciae Romanae alumnus, et in ea bis definitor provincialis.

E latino sermone in italicum vertit circa ann. 1668.

Vitam Ven. P. Dominici a Jesu, praepositi general. Italicae Congregationis composit. a R. P. Philipp. a SS. Trinitat., ejusd. ord.

(Teste Lud. Iacob, pag. 120).

31. Gregorius a Iesu Maria

Ianuensis patria, philosophiae ac theologiae anno Dni 1631 in provincia Germaniae professor; deinde prior Graeciensis, postea prior Ianuensis, ac tandem provincialis Ianuensis provinciae. Vir divinae gloriae zelo, regularis vitae observantia, morum integritate, rerum experientia et litterarum cognitione praeclarus.

Scripsit opus inscriptum:

Ascensus mentis in Deum per viam naturalis cognitionis.

In quo juxta meram doctrinam Angelici Doctoris, ex visibilibus ad invisibilium Dei cognitionem perveniendi legitimus modus proponitur.

Viennae, anno 1639, in 4.

(De-Wiliers, T. 1 suae Biblioth. Carmelit. pag. 573, N. 95).

32. Gregorius a S. Ioseph

Natione Segusianus, patria S. Stephani (Gallice, S. Etienne en Forêt) Dioecesis Lugdunensis, in saeculo Metare cognominatus, Prior Parisiensis, Charentonensis anno 1622, et Tolosanus anno 1623. Vir probitate, ingenio, et litteris celebris.

Scripsit, gallico sermone:

1. *Crucem Victoriosam.*

« In qua multa, magnaque profert encomia in laudem Ordinis Carmelitarum. »

2. *Tractatus nonnullos ascethicos.*

Quibus titulos non adhuc praefixerat, morte praeventus.

3. *Poëmata quaedam gallica.*

In Laudem generosae separationis Mariae Laetitiae Principiss. de Tingry, et Henrici de Levi de Vantadour, ducis et Paris Franciae, ex mutuo amborum consensu, ut liberius Deo servirent, et eiusdem Dominae ingressus in Avenionensi Monasterio nostrarum monialium.

Haec Opera servabantur quondam MSS. apud Dnum Metare, civem S. Stephani Segusianorum Aucthoris Fratrem Germanum, post mortem Gregorii a S. Ioseph, qui obdormivit in Domino Avenione anno gratiae 1641 mense februario.
(De Williers, ut supr. N. 96).

33. Gregorius Nazianzenus a S. Basilio

In saeculo dictus Lambertus Borbone natione Campanus, patria Baro ad Albulam, in Dioecesi Lingoniensi, natus die 19 octobris 1585 (aliis die 7 octobr. 1584).

Vir egregiis animi dotibus exornatus. Ingenium ab adolescentia ita excoluit, ut Lutetiae Parisiorum artes liberales, philosophiam ac theologiam accurate didicerit, imo etiam non sine applausu pubblice in collegio Bellovacensi philosophiam docuerit.

Anno 1613 et 1614 erat Sacrae Theologiae Baccalaureus, et Henrico Lefevre, qui eodem anno 1614 apud Teresianos indutus veste religiosa, vocabatur Basilius a S. Ludovico (vid. art. propr.) amicitia coniunctus intima.

Huius suasu valedixit mundo, et in eamdem Congregationem Teresianam ingressus est die 23 martii, feria secunda post Pascha anno 1617, in conventu Charentonensi prope Parisios, et aetatis suae 32, aut 33. Anno probationis elapso, solemnia vota Deo dixit, quae usque ad annum 1677 fideliter servavit, quo Parisiis die 26 iunii obiit. Fuit in suo conventu Parisiensi professor sacrae theologiae ac suae Provinciae annis 1628, 1634, 1637 et 1646 definitor: necnon celeberrimi monasterii Cluniacensis reformator, Ill.mi Iacobi de Veny d'Arbouze Abbatis socius, anno 1627.

Scripsit, gallico sermone:

1. *Adoptionem Filiorum B. V. Mariae ad Ordinem, et Confraternitatem Nostrae Dominae de Monte Carmelo.*
Parisiis, anno 1646.
apud Dionysium de la Noüe, et Sebast. Huré, in 8. (pag. 1173, absque indicibus).

« Hic Tractatus in tres Partes dividitur: Quarum prima Pars tractat fuse, et docte de Protectione B. V. Mariae Secunda, de sacro scapulari Ordini Carmelitarum a Dei-para

dato, et ex professo omnia dubia declarat, et obiectionibus respondet, quae circa praedictum scapulare, et Bullam Sabbatinam fiunt a pag. 529 ad paginam 933: — Tertia Pars enarrat debita officia et obligationes, quibus tenentur sodales scapularis vestimento inducti. »

2. *Instructionem Familiarem pro sacri scapularis Confraternitate.*

Parisiis, anno 1646, in 24, ap. Sebast. Huré.

Iterum ibidem ap. Simeonem Piget, anno 1653, in 24.

3. *De Arte bene moriendi librum: seu Oeconomia morituri.* — *Latine.*

Lugduni, Typ. Chrystoph. Fourny, ann. 1663. in 4. (pag. 488).

« Ad Ducem de Longa Villa Henricum Aurelianensem. »

4. Ex hispanico in gallicum sermonem metrice vertit: *Tria Cantica Mystica S. P. N. Ioannis a Cruce.*

« Quae suis libris praefiguntur traducta. »

Parisiis. ap. Vid. Petri Chevalier, anno 1641. in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag, 186. — De Williers, Tom. 1. pag. 576, N. 99).

34. Gregorius Nazianzenus a S...

Natione Hispanus, patria Villarubrianus, S. M. N. Teresiae a Iesu familiaris, magister novitiorum, prior Rodae, Vallisoleti et bis Matriti; deinde Castellae-Veteris, et Boeticae definitor, atque provincialis.

Vir ob morum candorem, vitae integritatem, regularis observantiam, iudicii maturitatem, consilii prudentiam et eruditionis famam valde in sua Congregatione hispanica celebris

Ex hac vita terrena ad coelestem Patriam migravit circa annum Christi 1596 provincialis Castellae-Veteris.

Scripsit:

Epistolas quamplurimas ad S. M. N. Teresiam a Jesu.

(quae aliquando fortassis lucem videbunt).

(De Wiliers, T. 1 suae Biblioth. Carmelit., pag. 575, N. 98).

35. Guillelmus a S. Ioseph.

Germanus natione, patria Coloniensis, primum Carmelita antiquae regularis observantiae, deinde amore strictioris instituti

accensus, in Nostram Italicam Congregationem ingressus anno Dni 1613.

Prior Coloniense et Herbipolense coenobia rexit: Vir puritate vitae, virtutis amore, Religionis zelo, morum austeritate, ingenti acumine et amplitudine scientiae clarus: Herbipolensi Antistiti et Franciae Orientalis duci summe charus, concionator egregius et theologus non ignobilis, migravit in coelum Pragae Bohaemorum anno salutis 1629 die 4 Augusti.

Ex hispanico idiomate in germanicum sermonem vertit:

1. *Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce.*

Coloniae, Typ. Gualterianis, anno 1624, in 8.

2. *Methodum discernendi spiritualem animae profectum.*

« A R. P. Thoma a Iesu compositum. »

Ibidem, ap. Petrum Brachel, in 12.

3. *Meditationes super Orationem Dominicam.*

« A S. M. N. Teresia a Iesu compositam ut fertur a multis scriptoribus. »

Ibidem, Typ. Gualterianis, in 12.

4. *Quaedam* scripsit *Pietatis Exercitia.*

« Quae leguntur in fine praedictarum Meditationum.

(De Williers, ut supra pag. 602 N. 237).

1. Hermannus a S. Barbara

Natione Germanus.

Edidit duo Opera, quorum tituli inscribuntur :

1. *Carmelus Triumphans etc.*

Leodii, anno 1698.

2. *Meditationes ex Operibus S. M. N. Teresiae desumptae et in Orationem Dominicam.* Gallice. (suppresso Nomine).

Ibidem, anno 1705, in 8.

(De Williers, T. I. suae Biblioth. Carmelit. pag. 633, N. 30).

2. Hermannus a S. Norberto,

Natione Belga, patria Edamensis, pietate et doctrina insignis.

Fuit magister novitiorum, prior, definitor provincialis, missionis Batavae vicarius provincialis. — Obiit Lugduni-Batavorum die 3 martii, anno Dni 1686.

Aucthor est Operum inscriptorum :

1. *Cibus solidus Perfectorum :* seu *De Voto Seraphico S. M. N. Teresiae a Iesu.* Latine.

Antuerpiae, anno 1670, in 12.

2. *Via media Confessariorum.* Latine, in 12.

Lovanii, anno 1675. — Item Coloniae, anno 1679.

3. *Confraternitas Filii Dei paucis nota.* — Flandrice, in 12.

Antuerpiae, anno 1679.

4. *De Institutione et Originae Matricolarum, vulgo Marollarum.*

Coloniae, anno 1678, in 12.

5. *Religiosarum Legum Observantia*, sive *Sacrum Collyrium ad Legum Sanctitatem intelligendam.*

Coloniae, anno 1681, in 12.

6. *Meditationes S. M. N. Teresiae a Iesu post Sacram Communionem.*

« Ex hispano idiomate in versus belgicos translatae. »

Coloniae et Bruxellis, anno 1678, in 12.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 187).

3. Hieronymus M. a S. Anna

Neapolitanae provinciae alumnus.

Scripsit, italice :

1. *Historiam Genealogicam Familiae Romanae ac Neapolitanae patria de Ponte.*

Neapoli, anno 1708, in folio.

2. *De Antiqua et Catholica Religione Civitatis Neapolitanae, eiusque Ill.ma Nobilitate.*

Ibidem, anno 1707, in 4.

3. *Historiam S. Ianuarii Martyris, Neapolitanae Civitatis Patroni.*

Neapoli, anno 1707, in 4.

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 187).

4. Hieronymus a S. Carolo I.

Natione Ottomanus ; dum puerulus in navi veheretur, in Equitum Melitensium potestatem incidit, indicio vestium non vulgaris Originis deprehensus est. Felicem pueri indolem victricis navis dux Verospius Romanus noscens, ipsum Fidei rudimentis imbui curavit, Sacro Fonte expiari ac Paulum Verospium nominari voluit. Captivo in Filium adscito, ea qua Filium decebat educatione felici sorte instituit : Qui humanioribus ac philosophicis disciplinis instructus, in utroque postea iure, doctoris laurea decoratus est.

Annum agens circiter 23 ob eximiam indolem ac praeclarum ingenium, Romae in nostro tyrocinio S. Mariae de Scala aggregatus, ibidemque die 14 martii anno 1666 Professus, confecto postea studiorum curriculo, praelectoris munere praeclare functus, inde ad praedicandum Dei Verbum animum adiiciens, Romae, ac praecipuis Italiae Civitatibus, nec non in aula Leopoldi I. imperatoris, per quadragesimam cum plausu auditus est. In Romana provincia prior, definitor, nascentem Etruriae provinciam, primo ut Vicarius, deinde ut provincialis rexit. Rector deinde Seminarii S. Pancratii in urbe, ac definitor generalis, post plures, gravissimasque infirmitates, apoplectico morbo correptus, obiit, anno....

Praelo dedit :

1. *Decades Sacras Concionum.* (Italice) Tomis tribus, in 8.

2. *Opuscula Poëtica Latina.* Tomis duobus, in 8.

3. *Cursum Quadragesimae,* typis paratum, *pluresque alias Conciones.*

« Quas, morte praeventus, edere non potuit. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 187).

5. Hieronymus a S. Carolo II.

Ex Pago Vailati, Dioecesis Cremonensis, ex illustri familia Giani natus anno Domini 1694.

Honorifice munus praelectoris exercuit Cremonae. Ingenio, voce, gestu rite aptus ad concionatoris officium; triginta et amplius annos illud peregit summa cum laude in praecipuis Italiae urbibus. Illud mirandum, quod nulla tangebatur invidia, imo gaudebat, quod alii eum eloquentia antecellerent; eosque patrocinio et commendationibus suis fovebat.

Apoplexiae ictu, obiit Placentiae die prima octobris, anno 1767, aetat. 73.

(Ita, ex Necrolog. coenob. n.vi Placentini).

Reliquit:

MSS. Quadragesimal., et Orat. Panegyr.

6. Hieronymus a Conceptione B. Virg. I.

Natione hispanus, ex Vico Valdemoro, Dioecesis Toletanae Professus Pastranae, undecimus fuit suae Hispanicae Congregationis generalis anno 1640 electus.

Obiit Guadalaxarae anno 1663, dierum plenus, postquam scripsisset, hispane:

Carta a los Religiosos de su Congregacion.

(De Williers, T. 1 suae Biblioth. Carmelit., pag. 641, N. 44).

7. Hieronymus a Conceptione B. Virg. II.

Patria Gaditanus, Cordubae professus; rerum divinarum ac humanarum peritia, in historicis inquisitionibus assidue versatus.

Scripsit, vernaculo idiomate:

1. *Emporium Orbis, Gades illustratae in suae magnitudinis et antiquitatis Historia, seu Magnalia Gaditana.*

Amstelodami, anno 1690, in folio (magnae magnitudinis).

« Primam urbem contendit Hieronymus hanc esse fundatam post diluvium a Tharsi filio Iubal, filii Iaphet, quem Iaphetum vocat Neptunum.

« Plurimos in testimonium adducit scriptores, qui Herculem Gade defunctum asserunt esse eumdem atque Noë, quem vixisse annis 1195, referunt. »

2. *Hystoriam Martyrii V. P. Dionysii a Nativitate, Carmel. Discalc., Galli, Cosmographi Regis Lusitaniae*, continentem Discursus septemdecim, absolutam Hispali anno 1693, MS., in 4.

« Asservatur MS. in conventu de Guadalaxara, in Inferiori Boetica. »

3. *Vitam Fernandi, in folio.*

« Haec postulante Ecclesia Hispalensi, ad eius capitulum remissa est, apud quod creditur hodie asservari MS. »

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 188).

8. Hieronymus a Cruce,

Novitius et professus Biacensis, prior Cordubensis et alibi.

Scripsit, ann. 1591:

Relationem de Virtutibus Coelestibus S. P. N. Ioannis a Cruce.

« Cuius fuerat Novitius, et in vita religiosa discipulus et filius. »

« Relatione ista usus est Hieronymus a Sancto Ioseph lib. IV. Vitae eiusd. Sancti, cap. 13 et 15 etc., sicuti notat Ludovicus Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 148. »

9. Hieronymus a S. Eliseo,

Hispanus, vir multarum virtutum praerogativa venerabilis, sua aetate concionator magni nominis, Venerab. Matr. Mariae Vela Ordinis Cisterciensis sanctimonialis Abulensis, revelationum gratia conspicuae, director, atque illi a sacris confessionibus.

Scripsit, circa ann. 1600, hispan.:

Sermones de Nuestra Segnora.

(De Williers, T. 1, pag. 643, N 48).

10. Hieronymus a S. Hyacintho,

In saeculo dictus Andreas Cyrus, natione Polonus, patria Cracoviensis natus anno 1603, Samuele Cyro et Dorothea de Pipanono, nobilissimis parentibus, Carmelita Discalceatus anno 1619, die 1 novembris factus, sacrae theologiae professor et provinciae Poloniae definitor, Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis concionator percelebris, haereseon profligator strenuus, adversus quos Thorunii anno 1646 publice cum illis disputavit die 3 octobris, magno omnium catholicorum applausu, haereticorum confusione. — Obdormivit in Domino Cracoviae, anno Christi 1647 die 27 ianuarii, magna cum Sanctitatis opinione, aetatis suae 44 tota civitate lugente.

Anno 1631 primus Varsaviensis conventus prior fuerat electus, deinde in Cracoviensi et aliis principalioribus Coenobiis.

Scripsit :

1. *Ideam Colloquii Thoruniensis, habiti cum Dissidentibus, anno 1645 indicti.*

Cracoviae, Typ. Andreae Petriconii, anno 1646, in 4.

2. *Animadversionem in Ioannem Hulsemannum, Ministrum Westebergensem, cum defectione satisfactionis ab illo in colloquio Thoruniensi requisitae, et ibidem exhibitae.*

Ibidem, ap. eumdem Typ., et eodem anno, in 4.

3. Alia quamplurima, praelo parata, IV. Tom. comprehendenda, scilicet :

Fundamentum Vitae Spiritualis.
Modus ordinate vivendi.
Secreta Vitae Spiritualis.
De Honestate Religiosa.
Instructio Eremitae.
Instructio pro Moribundis.
De vera et falsa Charitate.
Exercitium pro Adventu.
Instructio Episcopi.
Instructio Confessariorum Monialium.
Instructio vitae spiritualis saecularibus.

Exhortationes in regulam Carmelitarum.

Conciones pro Dominicis et Festis per annum.

Typus perfectionis evangelicae etc., adversus tractatum P. Didaci Bezae. S. T. — De Christo transfigurato.

4. *Thomae a Jesu — Modum examinandi spiritualem profectum,* « *transtulit in idioma Polonicum* ».

5. *Joannis Molinae Chartusiani — Instructionem sacerdotum,* « idiomate Polonico donavit ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 188. — De Williers, pag. 650, N. 52).

II. Hieronymus a S. Joseph,

Natione Celtiber, in oppido Mallen in Aragonia. nobilibus parentibus natus, theologiae, ac utriusque juris sapientissimus doctor, Teresianis nomen dedit, cum in saeculo nomine Hieronymus Esguerra de Rozas nuncuparetur, Ferdinandi filius supremi rerum italicarum in Curia Hispana senatus patriae, ordinis historiographus, postquam primum tomum, ut generalis chronologista, electus est, ad alia scriptorum genera se transferens, miram eruditionem, vimque dicendi ad stuporem usque ostendit. — Coesar-Augustae, anno 1654, die 18 octobris, maximo omnium moerore corpus exuit. in perpetuas aeternitates cum coelestibus regnaturus.

Scripta Ejus sermone Hispano inscribuntur.

1. *Delineatio vitae S. P. N. Joannis a Cruce, primi Carmelit. Discalc.*

Matriti, anno 1629.

« Prodiit cum ejusd. Joannis operibus mysticis, in 4.

2. *Vida del venerable (nunc S.) P. Juan de la Crux, primer Descalço Carmel.*

« Haec vita prodiit quoque Matriti, sed anno 1641, in 4. »

3. *Historia del Carmen Descalço.*

Matriti, anno 1639.

(Haec tamen domesticis non placuit; ideo non pubblicata fuit in folio inquit Nicolaus Antonius).

4. *Genio de la Historia.*

Coesar-Augustae ap. Didacum Dormet, ann. 1651, in 4.

5. Parabat *Vitam S. Bertholdi,* cujus Ipse meminit volumine primo laudatae Historiae Carmelitarum, lib. I, cap. 9.

6. *Epistola latina ad Joannem-Franciscum Andresium Coesar-Augustanum, Regni Aragonum historiographum,* in qua — *De aucthore martyrologii, et De mortyrologio ipso* fusius loquitur.

(Legitur ante tomum 2 hujus martyrologii Lugduni, 1652, in folio, edita).

7. *Elogium Michaelis-Captistae de la Nuza, in approbatione vitae venerab. sororis nostrae Matr. Isabellae a S. Dominico legitur.*

8. *Vita S. P. Josephi, sponsi B. V. Mariae. MS.*

9. *Apologia, et vita P. Nicolai a Jesu Poloni Carmel Discalc. MS.*

10. *Historia de Nuestra Segnora del Pilar. MS.*

« Quae tria ultima opera MSS. dicuntur asservari in nostro « coenobio Coesar-Augustano ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 188. — De Williers, T. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 651, N. 53).

12. Hieronymus a Matre Dei I. (Gratianus),

Nobilibus parentibus, in aula regis catholici Vallisoleti anno 1545. Patre Didaco Gratiano de Aldorete, Carolo V, et Philippo II a secretis, Matre Joanna de Anshisco nobilis Poloni, regisque Poloniae apud Carolum V. Oratoris filia ortus est. Translata Vallisoleto matritum Curia, ibi grammatica ac humanioribus litteris instructus, in celebri postea Complutensi Accademia, variarum linguarum peritia, Medicinae ac mathematicarum, sui aevi miraculum appellari meruit, summa cum laude philosophiae etiam ac theologiae laurea decoratus. Morum honestate, virtutum omnium exercitiis, devotione erga B. Virginem, omnibus juvenibus praelucens, ad Diaconatus ordinem evectus, mirabili successu, concionatoris munus exercuit, sacerdotio initiatus cum magno S. Virginis Teresiae, totiusque suae reformationis applausu, habitu illius indutus Pastranae, anno 1573, aliis triginta Tyronibus praeponi meruit, multa passus, variisque Doemonum tentationibus, incommodis, ac difficultatibus invicta patientia superatis, emissa professione, statim ab apostolico commissario, nostrorum imo et aliorum Carmelitarum visitator constitutus, non multo post Nicolai

Ormaneti, nuntii apostolici aucthoritate, ac regiis Hispaniae consilio, et ipse commissarius apostolicus eorum provinciae Boeticae, et Castellanae institutus est; revocatus postea ab Ejus successore, qui Roma contra novam reformationem praejudiciis plenus, in Hispaniam venerat.

Pacata tempestate, quae reformationis Naviculam pene submerserat, ac erecta authoritate apostolica nostrorum provincia, a solo magistro generali dependente, primus illius provincialis electus est anno 1581 sed oh inscrutabilia Dei judicia! Qui saeviente persecutione, tanta pro illius conservatione, invicto animo pertulerat, qui tot labores tanta constantia perpessus fuerat, charitatis obtentu, multas relaxationes, primaevum reformationis spiritum extinguentes introduxisset, nisi S. Teresia vivens adhuc, ac paulo post mortem, coelestibus per venerab. Catharinam a Jesu intimatis, remedium aliquod apposuisset, In capitulo provinciali, anno 1585 convocato correptus fuit, quod relicto praecipuae novellae reformationis Instituti spiritu, scilicet contemplationis, nimium exterioribus exercitiis occupatus, communem vitam non sectaretur, quod Ei lapsus occasionem proebuit, ut venerab. Annae a S. Augustino divinitus praemonstratum fuit, et ab Eadem secreto Ei manifestatum; idem ipsi paulo ante mortem indicavit S. M. Teresia, maxima cordis teneritudine, ipsum tamen ex parte consolata, ob obsequia quae Deo, et proximo, in alio habitu redditurus erat, et ob multos labores quos pro Christi nomine pateretur. Non solum non aequo animo monitionem a capituli patribus factam tulit; sed apologiam etiam scripsit, cui titulum fecit: — *Apologia pro defensione charitatis contra aliquos, qui titulo regularis observantiae debilitant ipsam, et religiones perturbant;* — volens igitur in suo sensu abundare, epistolis, libellis, aliisque modis Congregationem perturbans, nec subesse volens, cum aliud tunc non appareret remedium, a religione dimissus est, anno 1592. — Novit quidem, sed sero novit, quantum a suo Instituto deflexisset, uno in quodam Ejus dialogo, quem se legisse testatur Philippus a SS. Trinitate in ejusdem patris vitae compendio, se scrupulos passum testatur, quod suo regimine ansam quantum in ipso erat, relaxationi dedisset, obstinationis itaque ipsum poenituit,.

miserator et misericors Dominus, culpas diris laboribus elui voluit. Romam itaque navigans ut Summi Pontificis authoritate denuo reciperetur, Philippus II ad suum oratorem scripsit, ut talem reditum impediret; data Ei optio est, alium ordinem eligendi sed a Chartusianis, Dominicanis et Capuccinis repulsus, Neapolim appellans, parum a ministris regiis acceptus, in Siciliam trajecit, ubi parem sortem expertus, dum Romam navigaret, a piratis captus ac denudatus in pedum plantis, ignito ferro, crucis figuram inusserunt Tunetum perduxerunt. In loco subterraneo cum aliis captivis inclusus, erecto ibi altari, missam celebrabat, sacramenta administrabat, verbum Dei praedicabat, eorumque saluti maxime invigilabat.

Dum quadam die a barbaris illis fustibus plecteretur, ipsum Beatissima Virgo cum dilectissimo Filio, ac S. Ioseph consolari dignata est, quam visionem cum in charta delineatam misisset ad Venerab. M. Elisabetham a S. Dominico, quae continuas ad Deum pro ipso preces fundebat, et quae etiam Eum ad Religionem induxerat, ipsa eiusdem visionis conscia, Hieronymum monuit, in praedicta delineatione omissum esse S. Ioseph, quem cum aliis raepresentare oblitus erat.

Anno 1595 a sua captivitate liberatus, Romam rediens, Summi Pontificis mandato, ad nostros PP. antiquioris observantiae transiit, aliquamdiu in conventu S. Martini de Montibus permansit, a Cardinali Deza in suum theologum electus, quinquennio post Vallisoletum. Matrem adhuc viventem visitaturus perrexit; inde in Belgium, ubi fuit Archiduci Alberto charissimus; ibi post universos labores perpessos, tum pro Reformatione, tum apud barbaras gentes pro fide catholica, gloriosus Christi confessor, non sine magna Sanctitatis opinione obiit anno 1614, die 21 sept. in Carmelo Bruxellensi.

Eius exequiis interfuit tota Curia Bruxellensis: habuitque funebrem Orationem R. S. quidam Pater e familia Ordinis Praedicatorum, peracto sacro, quod devotissime fecit Carmelitarum antiquioris observantiae provincialis, sepultus in Domo Capitulari.

Anno vero 1631 adinstantiam Dom., ac P. Hieronymi Domin., Hispani Carmelitae Commissarii generalis, necnon Episcopi Cathariensis electi, translata fuerunt ossa iuxta sacellum

S. Annae, et anno 1639 honestae Cistae imposita, inter summum Altare et sacristiam collocata sunt. Postea circa annum 1672, in praefatae Ecclesiae Choro novum fuit constructum Altare Maius, et inter illud ac Murum Sacristiae Cista ista decenter collocata fuit a parte australi, sen Epistolae; quam a se visam, testatur Daniel a Virgine, Tom. 2 Speculi Carmelitani, pag. 988.

De Hieronymo Gratiano, non sine laude pluries meminit S. M. Teresia a Iesu in suis fundationibus, in pluribus Epistolis. Venerab. etiam Franciscus a S. Maria eum commemorat, Tom. 1. et 2. Histor. General., Hispan. Congregat., et maxime Andreas Marmolinus eum extollit in Lib.: *De Gestis Hieronymi Gratiani* etc.

Non solum pietate, sed doctrina fuit clarissimus, in philosophicis ac mathematicis disciplinis, in theologia tum scholastica, tum polemica, tum mystica versatissimus; in historia tum sacra, tum prophana peritissimus; concionator, suo tempore, celeberrimus et eloquentissimus, ut ex sequenti operum suorum indice patebit.

Ea autem inscribuntur:

1. *Elucidatio veri spiritus* « in quo declaratur doctrina S. M. Teresiae a Iesu. »

Matriti, anno 1601, et Bruxellis, anno 1608, in 8.

2. *Theologia Mystica.*

Bruxellis, anno 1609, in 4.

3. *De Spiritu Devotionis et Oratione.*

Ibidem, eod. anno, in 4.

4. *Iosephina, seu Summarium Excellentiarum S. P. N. Ioseph.*

Ibidem, eod. anno, in 4.

5. *Zelus Propagationis Fidei.*

Ibidem, eod. anno, et antea Ulyssiponae, anno 1586, in 8.

6. *Lampas accensa Compendii Perfectionis.*

Ibidem, eod. anno, et antea Pampillonae, anno 1588, in 8.

7. *Brevis summa Confessionis et Communionis.*

Bruxellis, anno 1608, in 4.

8. *Annotationes in Conceptus Divini Amoris, et in quaedam loca Cantici Canticorum S. M. Teresiae.*

Ibidem, anno 1611, in 12.

« Editum est etiam Valentiae, in Hispania, ann. 1613, in 8. »

9. *Miles Catholicus, in quo probat pluribus historiis, exemplis et rationibus indoctos non debere disputare de Fide contra haereticos.*

Bruxellis, anno 1611.

10. *Defensorium verae Orationis contra falsos Mysticos.*

11. *Vita Animae in imitatione Christi.*

Bruxellis, anno 1609, in 4.

12. *De Redemptione Captivorum.*

Ibidem, eodem anno.

13. *Modus cognoscendi astutias diaboli.*

14. *Devotio erga B. Virginem.*

15. *Musica Spiritualis, (ubi tractat de SS. Sacramento).*

16. *De Virtutibus et Fundationibus S. M. Teresiae a Iesu.*

Bruxellis anno 1611.

17. *De Origine Conventuum Nostrorum.*

Ibidem eodem anno.

18. *Devotus Peregrinus, seu Modus Sancta Loca visitandi.*

19. *Ars brevis amandi Deum.*

20. *Explicatio Orationis Dominicae.*

21. *Explicatio Salutationis Angelicae.*

22. *Abecedarium Spirituale.*

23. *Discursus de Mystico Nomine Mariae.*

Bruxellis anno 1612.

24. *Regula Virginis.*

25. *Leviathan insidiosus.*

Bruxellis anno 1614.

26. *De Tentationibus et de Conscientia tentata.*

Romae 1596, in 8.

27. *Lamentationes miserabiles status Ateistarum sui temporis.*

Bruxellis anno 1611, in 8.

28. *Disciplina Regularis, seu Commentaria in Regulam Carmelitarum.*

Venetiis anno 1600, in 8.

29. *Modi duodecim recitandi Rosarium B. V. Mariae.*
Florentiae anno....

30. *Tractatus de Iubilaeo, et Anno Sancto 1600, in 8.*

« Hunc italice transtulit Iacobus Bossius, aucthor hi-« storiae Melitensis, ediditque Romae anno 1599 apud Zanetum. »

31. *Suffragium pro defunctis.*
Romae, anno 1603. in 8.

32. *Ars bene moriendi.*

« Saluberrimum opus, et eruditione plenum, ut ait Nicol. Anton. in sua Biblioth. Hispan., nec diu ante mortem Aucthoris elucubratam. »

33. *Vita et Mors Patriarch. Ioseph.*
Valentiae, anno 1602, in 8.

« Prodiit italice Venetiis, an. 1613 et gallice Parisiis, ann. 1619. »

34. *Tractatus de Septem Angelis Principibus: De illorum Officiis et Nominibus.*

(Scriptus quo fuerit idiomate, non designant Aucthores).

« Pleraque ex iis prodiere Matriti (Hispane scripta) in uno volumine in folio, anno 1616 et anno 1661. »
(Ita Martial. a S. Io: Bapta).

« Ut autem erat ingenio facili et copioso, plura alia MSS. reliquit apud Fratrem Germanum Gratianum Thomam, ut testatur Andreas Marmolinus in libro citato: *De Gestis Hieronymi Gratiani*, ut

1. *Harmoniam Mysticam Antiquitatis et Successionis Carmelitarum,*

2. *Alias Historias Ordinis.*

3. *Commentaria in Apocalypsim.*

(De hoc Opere meminit Leloug in sua Bibliotheca sacra, pag. 749).

4. *Dialogos de felici Morte.*

5. *Methodum, qua utebatur in suis Precibus.*

(Ex quo Opere plura fragmenta refert Marmolinus: *De Gestis Hieron. Gratiani*, cap. 6).

6. *Peregrinationem Anastasii, seu De suis Peregrinationibus et Laboribus.*

7. *Alias Relationes.*

8. *Victoriam Fidei.* — (Librum lectu iucundum esse testatur Nicol.-Anton.)

9. *Varia Opuscula et Epistolae.*

10. *Adversus quosdam novas haereses.*

11. *Flores Carmeli.*

12. *De Potestate Papae, adversus Librum Ferdinandi de las Infantas.*

13. *De Regula Ioannis Sorethi Carmelitarum Prioris Generalis.*

14. *De Chronographia Carmelitana.*

15. *De Reformatione Religionum.*

16. *De quinque Talentis Hypocrisis.*

17. *De Hierogliphicis.*

18. *Examen Spiritus.*

19. *Dialogus de Statutis Ordinis.*

20. *Mysticam Scripturam.* — (Grandi Volumine tempore Captivitatis, composito.

21. *Artificiosam Metaphysicam, ad disputandum de omnibus Scientiis.*

22. *De Quinque Mundis.* — (Grande Volumen).

23. *De Martyribus in Turcia et Barbaria.*

24. *Confessionarium Captivorum.*

25. *Modum disputandi contra Saracenos et Iudaeos.*

26. *Apologia contra Agibacalema.*

27. *Architecturam Vitrurii redditam in Vernaculam Linguam.*

28. *Abecedarium quinque Linguarum Graecae, Haebraicae, Arabicae, etc.*

29. *Collationes Patrum.*

30. *Vitam S. Angeli Martyris Carmelitae.*

31. *Altare Eliae.*

32. *Tractatum de Melanconia.*

33. *Recreationes Sanctas.*

34. *De Novitiatibus Carmelitarum Discalceatorum.*

35. *Dialogos Perfectionis.*

« Praeter haec relata a Nicolao-Antonio Tom. 1 suae Biblioth. Hispan. pag. 441, 442 et 443, ad manus illius

pervenit amplior Cathalogus aliarum Elucubrationum, quae in Belgio manserunt in schedas coniectae; exinde Romam ad R. P. Ludovicum Perez de Castro Carmelitam, studiorum praefectum in coenobio Transpontinae. Has lucubrationes theologicas, philosophicas, astronomicas, politicas, historicas, concionatorias, polemicas adversus haereticos, asceticas, miscellaneas, duo alii eiusdem Instituti in Lingua Hispana versati collectas quinque Tomis comprehenderunt, quarum Index, quem prolixitatis vitandae causa omittimus, videri potest apud eumd. Nicol.-Anton., in Appendice Tomi 2 a pag. 297, usq. ad 305. »

« Vid. etiam Tom. 6 Histor. General. Congregat. Nostrae Hispan. Lib. 26 cap. 29. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 190-195. — De Williers, T. 1, suae Biblioth. Carmel. pag. 645, N. 51).

13. Hieronymus a Matre Dei II. (Laicus)

Patria Coesar-Augustanus, ex Milite Carmelita Discalceatus Laicus, anno Dni 1613 in Belgio factus. Vir, praeter animi candorem, ingenii amenitatem, et litterarum cognitionem, cunctis Venerabilis. — Obiit Antuerpiae anno 1661.

Edidit:

1. *Fasciculus Florum.*

Antuerpiae, ap. Ioachim. Trogmesium, anno 1629.

« Hic Fasciculus continet Poemata Hispanica, ex celebrioribus sui temporis Poetis Collecta. »

2. *Colloquia Angelica inter Dei-param Virginem, et Peccatorem.*

Ibidem, anno 1634.

3. *Relatio brevis de sua Miraculosa in Deum Conversione.*

« Quae legitur ap. Mich. de Lanuza in Vita Isabellae a S. Dominico. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 189. — De Williers, T. 1 suae Bibliot. Carmel., pag. 652, N. 55).

14. Hieronymus a S. Nicolao,

Neapolitane provinciae alumnus.

Edidit italice:

1. *Chorum Patriarcharum, sive de specialibus praerogativis Patriarcharum et Fundatorum Religionum.* — *Tom. 2, in 4.*
Neapoli, anno 1697.

2. *Vitam Venerabilis Catharinae de Cardona.* — *T. 1, in 12.*
Trani, anno 1676.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 189).

15. Hieronymus a Regibus

Boeticus, in inferiori provincia, pie doctus, ac Immaculatae Conceptionis B.mae Virginis Mariae propugnator acerrimus.

Edidit:

1. *Opus de Immaculata Conceptione B. V. M.*
2. *Miracula Imaginis Iesu Nazareni.*

« Quae in nostro Coenobio de Alcaudete maxima veneratione colitur. »

3. *Expositionem Panegyricam et Moralem ad Caput 48. Ecclesiastici, circa Laudes ibi Eliae Prophetae admirabili attributas.*

(MS. servatur in conventu nostro de Coronil.)
(Martial, a S. Io: Bapta, ut supra, pag. 189).

16. Hieronymus a S. Teresia,

Cremonensis. Patriam suam primus e nostris, doctrinae suae radiis illustravit. Philosophicum ac theologicum cursum jam in Belgio perlegerat, cum hunc in Italia exorsus est, unde non mirum si discipulos suos adeo solerter ac excellenter instruxit, qui jam illas disciplinas prius docendo, sese in eis consummatum exhibuerat. Insignis fuit verbi Dei concionator et gallice, hispanice, ac italice, tanta eloquentia peroravit, ut celeberrima pulpita ultro illi et certatim oblata, summo applausu decoraverit, unde pubblica encomia non voce tantum, sed libris etiam excusis meruit. Officia prioris, Longobardiae XV. Provincialis (elect. Bononiae 17 aprilis 1655), definitoris ac vicarii generalis sic exercuit, ut quiquid ipsi fama tribuerit, aut Ejus meritis longe inferius. aut vix aequale censeri debeat. Tanta pietate fulsit, ut cunctis admirationi esset. Vix

quisquam in tota Congregatione legum nostrarum peritior, stylo religionis doctior, sanctarum consuetudinum observantior, ideoque ad Illum velut oraculum, lidiumque lapidem plerique aut accepturi responsa, aut experimenta facturi confugiebant, ut pote qui paucis, infidisque verbis, difficilia quaeque abstrusaque dirimebat, ardua et obscura explanabat, nodosa et implexa dissolvebat. — Obiit Parmae dum aeger ad definitorium generalem Romae celebrandum, ex obedientia perrexisset die 15 octobris, anno salutis 1661 (*).

« Quaedam typis edidit, quaedam MSS. praelo dignissima « reliquit ».

Ex Hispano in Italicum idioma transtulit:

1. *Praxim, sive Exercitium bene moriendi* « per « Martinum a Matre Dei Hispanum Carmelit. Discalc., tra- « ditum ».

Bononiae, typ. Clementis Ferroni, anno 1633.

2. *Historiam vitae, et excellentiarum Beatae Virginis Mariae* « a Josepho de Jesu Maria compositam ».

Patavii, anno 1658, in 8.

3. *Tomum secundum historiae generalis Hispanicae Congregationis* « Qui prodiit ».

Bononiae anno 1692 (postumus).

4. Transtulit ex hispano in italum idioma *Vitam V. Francisci a puero Jesu P. Josephi a Jesu Maria, quae Brixiae prodiit 1629.*

Reliquit MSS.:

1. *Morales diversas super orationem Dominicam.*

2. *Jus Carmeliticum.*

3. *Quadragesimal. — Advent. — et plurim. Orat. Panegyric.*

« Jusserat R. P. Ferdinandus a S. Maria, praepositus

(*) Hic piissimus religiosus natus est. die 15 octobris 1594.
Vestem Teresianam induit — 15 octobris 1610.
Professionem solemnem emisit — 15 octobris 1611.
Primam Missam celebravit — 15 octobris 1618.
Defunctus — 15 octobris 1661.
Aetatis S. M. S. Teresiae. scilicet ann. 67 (ita ex necrolog. Longobard. Provinc. part. I, pag. 9).

generalis italicae Congregationis, ut commentaria in scriptura sacram elucubraret.

« Jam primum et magnum volumen mille quaestionum resolutionem complectens conflaverat, et ad secumdum adornandum quingentis quaestionibus constans, indefesso labore incumbebat, cum incognitus surripuit e cella.

— Tantam jacturam Boni pubblici, maxima aequanimitate sustinuit « Vir patientissimus ».

(Vid. Petrum a S. Andrea, Tom. I. Historiae nostrae generalis, lib. I, cap. 43 pag. 237 et seqq., et Martial. a S. Io: Bapta, pag. 189).

17. Hieronymus-Eusebius a S. Anna

Natione Ubius, patria Bolonensis, scripsit suppresso nomine:

1. *Mausolaeum in Augusto Funere posthumum, materia Laudum ac immortalis gloriae sempiternum Ser^mae ac Potentissimae Mariae de Medicis. Franciae ac Navarrae Reginae, gloriosis manibus erectum.*

Coloniae, typis Kempensibus, anno 1642, in 4.

2. *Honoris Aulam, quam virtute comite ac pietate Emus ac Rmus Princeps Carolus Rossetus, SS. D. N. Urbani VIII.*

Ejusdemque sedis pro pace universali legatus de latere etc.

Dum auspice supremo Numine, gratificante Roma. — Summo omnium assensu, et accursu, totoque applaudente Parnasso, in Urbe catholicissima, famosissima, ac vetustissima Colonia, S. P. R. Agripin. sacra cardinalatus Tiara inauguretur, feliciter subivit gratulando, cecinit:

Fr. Hieronymus-Eusebius a S. Anna, Carmelit. Discalceat.

Coloniae, typis Arnoldi Kempens, anno 1643, in folio.

« Haec olim scripsit Paulus ab Omnibus SS., in cathalogo MS. scriptorum Carmelit. Discalc., quem Ludovic. Jacob cui fuerat datus, citat in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 149 ».

18. Hilarion ab Omnibus Sanctis

Parisiensis provinciae alumnus, fuit prior, provincialis, definitor, et in capitulo generali Romae celebrato, die 24 aprilis anno 1779 electus LIV. Praepositus generalis italicae Congregationis.

In comitiis autem generalibus in eadem alma urbe habitis, die 16 aprilis anno 1785 ex Brevi Apostolico confirmatus fuit, plaudente tota Congregatione.

Obiit Romae actual generalis, mense septembr. anno 1787.

Praesul fuit egregiis ornatus dotibus, regulari observantia insignis, praecellenti donatus ingenio, et colloquio jucundo hilaris. omnibusque suis amabilis fratribus.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad religiosos suae Italicae Congregationis.

19. Hilarion a S. Reparata,

Niceae ortus, et in nostra Avenionensi provincia professus.

Cum procuratoris generalis, ac vicarii generalis munia laudabiliter exercuisset, in XLIX. Praepositum generalem Congregationis Italicae assumptus die 19 aprilis, anno 1755.

Prope sui Gubernii finem obiit Romae in nostro seminario S. Pancratii die 23 novembris, anno Reparationis humanae 1760, aetat. 62.

Vir ob pietatem, beneficentiam, ac spiritus suavitatem omnibus charus.

« Ad universam Congregationem suam scripsit *Litter.* « *Pastoral.* ».

20. Hilarion a S. Ursula

In saeculo dictus Le Roy, natione Hanno patria Montensis, Philippi Cospean Episcopi Nannetensis et Lexiovensis Nepos; prior Abbavillensis ann. 1641 electus; anno 1643 definitor provincialis, et iterum anno 1649.

Reginae christianissimae Annae Hispaniae, concionator.

Decessit Parisiis, eodem anno 1649 die 31 decembris, aetat. 50.

Scripsit:

1. *Orationem funebrem Sermae Principissae Dom. N. a Lotharingia, Abbatissae Jotriensis.*

Prodiit Parisiis, anno 16 . . . , in 4.

2. *Orationem funebrem Ludovicae Borboniae, Abbatissae Fontebraldensis.*

Parisiis, anno 1638.

3. *Sermones MSS.* (qui olim, servab. in Biblioth. Coenob. Nri Parisiensis).

(De Williers. Tom. I. suae Biblioth. Carmel., pag. 657, N. 67).

21. Hilarius a S. Anastasio,

In saeculo dictus Anastasius Vochet, natione Germanus, gente Suevus, patria Nendelheimensis, ex canonico regulari S. Augustini Monasterii S. Crucis Augustae Vindelicorum ad Lycum Fluvium, Teresianus anno 1640 factus; et Monachii in Bavaria, novitiatu elapso, solemnem emisit professionem anno sequenti.

Vir magnis decoratus virtutibus, prudentia et ingenio clarus, nec-non in omni tum sacra, tum prophana eruditione valde peritus; theologus, concionator, orator et poeta celebris, sed praesertim haereticorum flagellum insigne: piissime vivens, piissime obiit Viennae in Austria die undecima junii, anno 1656.

Cum esset virtutum et musarum cultor singularis, apud canonicos regulares quam plurima edidit; quorum cathalogus hic est et titulus eorum inscriptus :

1. *Thaumaturgus Eucharisticus, Augustanis Vindelicis divino munere concussus etc.*

Augustae-Vindelicorum, typ. Andr. Asperger, anno 1637, in 8.

2. *Coena Domini sub una et utraque specie achatolicis Augustanis oblata, et ibidem luci data.*

Augustae-Vindelicorum, ap. eumd. typ. ann. 1631, in 8. — Germanice.

3. *Assecuratio cauterialis conscientiae haereticorum in puncto reformationis Augustanae sub Ferdinando II. Coesare.*

Ibidem, eod. anno, in 8.

4. *Patronus Beatorum Coelitum, sive catholica defensio articuli de invocatione sanctorum contra Blasphemias achatholicorum.*

Ibidem, eod. anno, in 8. Germanice.

5. *Strennae Januariae; sive responsio ad quatuor difficultates acatholicorum, quibus illucusque deterriti videbantur ad catholicam fidem. deserta Haeresi, amplectendam.*

Ibidem, in 8. Germanice.

6. *Cathechismus poenitentiae pro confessione generali vel ordinaria instruenda.*

Ibidem, in 12. Germanice.

7. *Pallium tutelare Dei Matris.*

Ibidem, anno 1636, in 12. — Germanice.

8. *Vetus catholicorum pietas erga Dei-param, pie hodie in nostratium cordibus renovata.*

Ibidem, in 12. Germanice.

9. *Tricesimum SS. Virg. Mariae scriptum, et Luci pubblicae commissum.*

Ibidem. — Germanice.

10. *Oratio de Praelio et Victoria Ramiri regis contra Mauros.*

Ibidem anno 1625, in 4.

11. *Gratulatoria Poesis heroico Carmine scripta, dicata Excmo Dom. D. Marquardo Fuggero, Comiti etc.*

Ibidem eodem anno.

12. *Camaena poetica vario Carminis genere scripta, et oblata Excmo Dno Comiti Joanni-Ernesto Fuggero.*

Cum in Album Equitum S. Jacobi de Spada per Solemnem professionem reciperetur.

Ibidem etc.

« Sequentia opera dedit sub nomine Hilarii a S. Augu-
« stino, quorum titulum hic damus ».

1. *Compositum, sive ratio inita priscae fidei catholicae circa praecipuas catholicorum et haereticorum controversias agnoscendi.*

Viennae, anno 1646, in 8. Germanice.

2. *Opusculum didascalicum de christiana juventutis adamussim catholicae fidei et pietatis institutione.*

Viennae-Austriae, p. Matthaeum Cosmerovicum anno 1647, in 8. — Germanice.

3. *Cathechismus poenitentiae ab aucthore recognitus, et octies editus,*

Ibidem, anno 1650, in 8.

4. *Antiquissima catholicae religionis Semita.*

Ibidem ap. Jacobum Kirmerum anno 16 2, in 12 Germanice.

5. *Perspicilia catholicae veritatis, lippis acatholicorum oculis applicanda.*

Ibidem, anno 1653, in 12. Germanice.

6. *Divisio lucis a tenebris, pura catholicae fidei, et haereticorum sectae comparatio, et ab invicem juxta separatio.*

Ibidem in 12. Germanice.

7. *Lucifuga haereticus, sive Nicodemi Vespertilio ad lucem invincibilis veritatis catholicae pertractus.*

Ibidem in 12. Germanice.

8. *Comitia Parthenica, sive nova ratio sanctissimam Dei-param corona stellarum duodecim coronandi.*

Ibidem anno 1653, in 4. Germanice.

9. *Promotorium bonae Spei, sive ars bene moriendi nova methodo explicata, et libros III digesta. — Latine in folio.*

Viennae-Austriae, p. Matthaeum Cosmerovicum, anno 1655.

10. *Philocalia Mariana, sive cultus practicus honorandi S. Dei-param Virg.*

Viennae-Austriae ap. eumd typ. anno 1653, in 12.

11. *Achates christianus, sive conceptus praedicabiles Missionariorum bono pro conversione gentium scriptus.*

Ibidem etc.

12. *Archimedes christianus, sive speculum tripartitum doctrinarum saluberrimarum.*

Ibidem anno 1656, in folio. — Latine.

13. *Libellus quodlibeticus concionatorum usui accomodatus.*

Ibidem etc.

14. *Carmen latinum in Rmi Caramuelis historiam venerab. P. Dominici a Iesu Maria* « quod praefigitur *Caremuelis Dominico* ».

15. *Aphorismus praelatorum asceticoe disciplinae vel componendae, vel restaurandae. MS.*

16. *Apicula Carmeli montis illustrissimas Bibliothecas, et mel conficiens ex melioribus asceticae doctrinae. MS.*

17. *Charontis Cymba sceleratos et impertinentes damnabiliter ad Orcum vehens gratis absque Naulo. MS.*

18. *Concionum sacrarum de Dominicis, et festis per Annum, volumina plurima, MSS.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 195. — De Williers, T. I, suae Biblioth. Carmel., pag. 658, N. 68).

22. Hilarius a S. Augustino

Dictus in saeculo Petrus Arias Armendaris, in urbe regni Castellae Var nomine, anno Domini 1578 die 1.° novembris natus, Jacobi Arias Gustume Cantabri, et Annae Armendaris, illustrium parentum filius, natu minor.

Ab adolescentia divinitus illustratus, anno decimotertio etatis suae mittitur Coesar-Augustam ad litteras humaniores ediscendas: deinde Divino Spiritu ductus Salmanticam se contulit, philosophicis et teologicis operam navaturus; ubi cum apud nostras moniales sacrificio Missae deserviret, intuitus S. M. Teresiae imaginem cum solita inscriptione huius versiculi — *Misericordias Domini in aeternum cantabo,* — his verbis quasi sagittis vulneratus, coram sacerdote mirabundo, et venerab. Matr. Anna a Jesu tunc Monasterii priorissa, rapitur in extasim.

Studiis peractis, Coesar-Augustam revertitur, et postea Romam accessit tamquam ad salutis portum, et ibi factus est Carmelita Discalceatus, anno 1606, aetatis suae 28, sub venerab. P. Dominico a Jesu Maria novitiorum Magistro, cujus exemplo in sanctum religiosum evasit, sacrae theologiae professorem in eadem Alma Urbe egit, et examini depositionum pro canonizatione S. M. N. Teresiae, mandato superiorum praefuit. Inde in Belgium missus anno 1610 cum PP. Thoma a Jesu, Francisco a S. Anna, Joanne-Ludovico ab Assumptione, Sebastiano a S. Francisco, et uno Laico, hanc celeberrimam a S. Josepho aedem fundavit: in qua novitiorum praefectus extitit, etiam prior Bruxellensis, et Antuerpiensis, definitor ejusdem provinciae, ac demum quinquies provincialis, et semel per regnum Galliarum visitator generalis.

Obiit Bruxellis cum magna pietatis opinione, anno salutis 1653 die 20 aprilis, aetatis suae fere 75.

Edidit:

1. *Vocem Tubae Angeli Lucis, ad revocandum e Calvinianis tenebris ad Religionem Catholicae Veritatis, Patrem Felicem Emmanuelem,* « Cui nomen in saeculo Dom. D. Emmanuel de Portugal. »

Bruxellis Typ. Hulcti-Anton. Velpii anno 1635, in 8., et iterum Ibidem, anno 1653.

2. *Historiam Vitae suae MS., hispanice.*

« Quam Ludovicus Iacob quondam legit apud nostros PP. Parisienses, beneficio R. P. Ludovici a S. Teresia. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 195. — De Williers, T. I, pag. 659 N. 69).

23. Honoratus a S. Maria,

In saeculo nuncupatus Blasius Vauzelle, honestis parentibus Lemovicis, natus, anno Redemptionis nostrae 1651, die quarta Iulii.

Peractis humanioribus litteris, in coenobio nostro Tolosano, solemnem emisit Professionem die 8 martii, anno 1671. Emenso philosophiae ac theologiae curriculo, salutis animarum zelo accensus, se ad missiones pro earum conversione perrecturum vovit, cum superiores permitterent.

Supprioratu Melitensi expleto, suam in Provinciam Aquitanicam remissus, philosophiae ac theologiae praelector electus fuit.

Prioris, definitoris, provincialis, ac trium provinciarum in Gallia diversis temporibus visitatoris generalis functus est Officiis; sed operibus, quae posteritati reliquit, longe illustrior, rem litterariam ditavit, piissime moriens. Insulis, anno Domini 1729.

Opera Edita.

1. *Philosophiae Disputationes, miro ordine ac artificio digestae tum recentiorum Carthesianorum, ac Gassendistarum, curiosioribus placitis disseruit; adiecto Paralello Thomisticae, ac recentioris Philosophiae, quo ostendit istam a Sacra Scriptura, Conciliis ac SS. Patribus Accademiisque dissidere.*

Claromonti, anno 1686, diebus 13 et 11 Augusti, propugnatae.

2. *Theologiae Propositiones, Elenensis Ecclesiae Canonicis ac Dignitatibus dicatae, eximiaque methodo ab omnibus Doctis magno praetio habitae quarum Titulus est: « Expositio Symboli Apostolorum Dogmatica — Historico — Haeretica et Historico — Positiva et Scholastica etc.*

Perpiniani editae, et propugnatae, anno 1689.

3. *Teologiae Propositiones circa Scripturam Sacram: Quarum Primae circa omnes Difficultates Chronologicas ab Orbe condito usq. ad Christum.*

Secundae circa Inspirationes Scriptorum Sacrorum; circa Canonem Veteris Testamenti Libros; circa aliqua Monumenta aliquibus adscripta; ac circa Traditiones Divinas.

Tolosae, anno 1706.

4. « Cum prodiisset Burdigalae quidam Libellus a Viro Religioso Franciscano scriptus, quem extractum a se assereret ex R. P. Ioannis Cheron antiquiorum Carmelitarum Vasconiae quondam provincialis libro, cui titulus est: *Examen de la Teologie Mystique;* hanc Franciscani excerptionem non aequam esse ostendit noster Honoratus in Libro gallice scripto, cui titulus est:

Dissertation Apologètique, où Réfutation de ce q'on impose aux Mystiques dans quelques Extraits tirés depuis peu de l'Examen de la Tèologie Mystique, etc. — Par le R. P. Honoré de Sainte Marie, Dèfiniteur Provincial des Carmes Dèchaussés de la Province d'Aquitaine.

Burdigalae, ap. Simonem Doë, ann, 1701, in 12, pag. 221.

« Dissertatio haec duas dividitur in Partes, Quarum in prima Honoratus conatur generatim probare *extracta* quae impugnat, iniuriosa esse Ecclesiae, et Summis Pontificibus, contrariaque traditioni et SS. Patribus. In secunda Parte sigillatim impugnat nonnullas Propositiones in Libro sui Adversarii diffusas.

« Huius Dissertationis mentionem habent Ephemerides Trevoltianae ad menses iulii et augusti anno 1701, pag. 81.»

5. *Tractatus de Indulgentiis et Iubilaeo Gallice* edito.

Burdigalae, apud eumd. Simon. Doë, ann. 1701, in 12.

« Editio secunda auctior prodiit Claromonti, et tertia etiam auctior in Belgio, occasione Iubilaei anni 1725. (Omnes in 12.)

6. *Traditio Patrum ac Aucthorum Ecclesiasticorum circa Contemplationem quae tum Dogma, tum illius exercitii praxim continet Gallice.*

Parisiis, ap. Ioann. Nully, ann. 1708, duobus Tomis, in 8.

« Quorum primus, praeter praefationem, approbationes et indices habet paginas 587, — Secundus vero 643 ; refertum est eruditione totum Opus, quod in Hispanum translatum est, et Coesar-Augustae editum anno 1725 , ac ab uno Oratorii Romani Praesbytero in idioma italicum conversum edidit Romae ; et postea Venetiis, anno 1762. »

7. *De Motivis et Praxi Amoris Divini.*

« Opus gallice editum, anno 1713, in 8., continens Paginas 472, et quasi Complementum duorum Voluminum praecedentium.

« Doctrina in eo tradita et solidis principiis, et evidentibus innititur Aucthoritatibus, et in Ecclesiae traditione de puritate Amoris Divini, cuius existentiam et meritum propugnat, funditus Pseudo Mysticorum errores destruit, prout notant Ephemerides Trivoltienses ad annum 1714, pag. 2192. »

8. *Problema Doctis propositum circa Libros, qui Nomine S. Dionysii Areopagitae circumferuntur.*

« In quo postulatur et inquiritur utrum dicendum sit illorum Aucthorem, sua principia, partemque suae doctrinae, et Tractatum, suae Theologiae Mysticae hausisse ex S. Clemente Alexandrino et ex S. Gregorio Nisseno. » Gallice.

Parisiis, ap. Ioan, Nully, anno 1708, in 8, pag. 333.

« Opus istud plurimi aestimatur in diario eruditorum virorum Parisiensium ad annum 1709 die 6 maii, et in Ephemerid. Trivultianis ad ann. 1709 mense maii, artic. 57. »

9. *Reflexiones in Regulas et Usum Artis Criticae, circa Historiam Ecclesiasticam, SS. PP. Opera, Acta Martyrum, Sanctorum Vitas ac Methodum a Richardo Simone datam pro Bibliorum Editione, omnium quae hucusque visa sunt accuratissima, cum Notis Historicis, Chronologicis et Criticis.*

. Trib. Tom. gallice editis, quor. I., ann. 1712 (pag. 609) II., ann. 1717 (pag. 624) III. Lugduni. anno 1720 (pag. 490) in 4., et Venetiis ann. 1738, Lat. ap. Franc. Pittori.

(Vid. Act. Eruditor. Lipsiensia, mens. April. 1724 pag. 181).

« Totum illud Opus, eximia eruditione refertum, a Doctoribus summo plausu exceptum , exquisitis observationibus ornatum, intemperantem quorumdam Criticorum , omnia fere

quae reperiuntur in historia ecclesiastica convellendi pruriginem coercere potest; ac intellectum a praeiudiciis liberum convincere non minus historiae veritati nimiam, quam tardiorum ac fere nunquam datam credulitatem obesse. Clare, nitide, perspicue sua proponit principia, regulas profert, feliciterque adversariorum argumenta dissolvit. Viam aperit, maximeque confert ad iudicii rectitudinem, nec nisi summopere deservire potest ad antiquorum lectionem, et ad historiae pelagum feliciter enavigandum. Summa ubique elucet modestia, eaque citra adulationem, meretur Elogia, quae in diariis Parisiensibus, Trivoltiensibus at aliquibus etiam Protestantium, reperiuntur. Illud in Idioma latinum, italicum et hispanum fuit translatum. »

10. *Dissertationes historicae et criticae de Ordinibus Militaribus, tam antiquis, quam recentioribus, tam Regularibus, quam Saecularibus.*

Parisiis anno 1718, in 4.

Et Brixiae (in Stat. Venet.), ap. Io. M. Rizzardi, ann. 1761.

11. *Defensio Constitutionis Clementis XI.* Unigenitus etc., inscripta.

« Difficultates propositae Aucthori Examinis Theologici, in quibus aequitas Constitutionis Unigenitus, et Instructionis Pastoralis Cleri Gallicani ostenditur. » Gallice.

Suppresso Nomine Aucthoris et Typographi et Loci. — Anno 1710.

Tom. IV, in 12.

« Quorum primus paginas 430 continet: secundus 461, tertius anno 1722 editus, paginas 426 habet: quartus eodem anno 1722 paginas 458 complectitur. »

12. *Observationes Dogmaticae, Historicae, Criticae Operum Iansenii, Sancyrani, Arnaldi, Quesnellii, Petitpied etc.*

« Quae illorum multiplices defectus ostendunt, variaque sophismata manifestant. »

Ypris anno 1724, in 4.

Vicentiae (in Stat. Venet.) anno 1786, T. 2.

Fulginati (in Stat. Ecclesiast.) ann. 1792.

Cura et labore P. Marci a S. Francisco, Venet. Provinc. Alumno.

13. *Justificatio Epistolarum in forma Brevis SS. D. Benedicti XIII ad omnes professores ordinis praedicatorum, contra sparsas in SS. Augustini et Thomae Aquin. discipulos calumnias. — Gallice.*

Bruxellis, anno 1725, in 4. (habet pagg. 418).

14. *Epistola theologi ad quemdam abbatem, seu:*

« Observationes circa decretum novissime Romae emanatum, quibus ostenditur: 1. Unemquemque fidelem teneri se submittere constitutioni Clementis XI Unigenitus etc. — Edita est Gallice die 2 julii 1725 ».

15. *Alia Epistola eodem modo scripta, seu cum eadem inscriptione; Gallice.* — Duaci, anno 1726.

« Scripta occasione miraculi, quod factum est Parisiis die 31 maij, ann. 1725, in processione festi Corporis Christi. In ea epistola ostenditur hujusmodi famosum ac patens miraculum, non solum minime favere iis, qui Constitutionem Unigenitus nolunt admittere, sed eos aperte damnare ».

16. *Dissertationes selectae circa constitutionem Unigenitus etc., Gallice.*

Bruxellis, anno 1727, in 4. (continet pagg. 250).

« Cum approbatione episcopi Brugensis. In iis ostendit, quod etiamsi id omne admitteretur, quod in defensionem hucusque dixere Quesnellistae: v. gr. — Constitutionem non esse canonice ab ecclesia receptam: clerum Gallicanum in suo coetu anno 1714 coactum a rege fuisse ad illam acceptandam: summum Pontificem non habere aucthoritatem infallibilem, id quod objecerunt ex facto S. Cypriani, ex Concilio Ariminensi verum esse; appellationem ad Concilium futurum esse canonicam etc. Haec omnia contra eos validis adeo probationibus retorquet, ut censuerint doctissimi viri, instar demonstrationum, quibus responderi nequeat, habenda esse ».

17. *Vita S. P. N. Joannis a Cruce. — Gallice.*

Tornaci anno 1727 (habet pagg. 234).

« Haec vita fuit edita occasione ejusdem S. P. Joannis canonizationis anno 1726 die 26 decembris factae a SS. D. N. Benedicto XIII Pont. Max. ».

18. *Denuntiatio historiae ecclesiasticae viri clarissimi Dom. abbatis Fleury ad nostros Illmos DD. episcopos.*

Gallice anno 1726 (absque Nomine aucthoris, typ., et loci).

« Ista denunciatio in primis reprehendit dicta Dni abbatis Fleury Claudii:

« 1. De ecclesia romana. — 2. De auctoritate et dignitate Papae. — 3. De depositionibus episcoporum. — 4. De electionibus, divisionibus et translationibus episcopor. — 5. De appellationibus ad summos Pontifices. — 6. De submissione canonibus debita. — 7. De excommunicatione. — 8. De absolutione post confessionem. — 9. De jubilaeo. — 10. De sacris bellis Cruciatarum. — 11. De miraculis. — 12. De reliquiis. — 13. De jurisdictione episcoporum ».

« *Secunda editio data est Mechliniae anno 1727 ap. Laurent. Wander Elst,* quam citat anonymus capuccinus, apud Batavos refuga, in opere Gallico, inscripto — *Justification des discours et de l'histoire eclèsiastique de M. l'Abbè Fleury* — 1736 (absque nomine auctoris, et loci ».

« Ast haec justificatio plurimis erroribus, et erroneis principiis scatet ».

19. *Denunciatio examinis theologici, ad Em^os et Illmos Dom. Dom. Cardinales, Archiepiscopos et Episcopos Regni Galliae.*

. . . . Ann. 1723, in 4. (suppresso nomine aucthoris, et loci).

« Ipse Honoratus meminit hujus operis, in *Praefatione Justificationis Brevis* SS. D. N. Benedicti XIII, de qua diximus num. 13 ».

Opera Manuscripta:

1. *Dissertationes quatuor theologicae. — De gratia, praedestinatione et reprobatione.*

« Praelo paratae, ad defensionem doctrinae thomisticae.

2. *Missa latina,* (de qua locutus est tomo 3. *Regularum critices, Dissertat. 3, pag. 186 et seqq.*

« Cum notis et observationibus, quibus elucidat, quiquid scitu dignius est circa sacrificium Missae. Hujus autem systema de antiquitate Missae Flacci Illyrici, quam fontem et originem aliarum Missarum latinarum sustinet, pag. 228, 243, et in praefat., pag. 5 improbat Petr. Lebrun, in *explicatione litterali, historica et dogmatica coeremoniarum Missae, Gallice scripta, Tomo 2. pag. 346* ».

3. *Flodoardus,* « cujus habuit manuscriptum ex ditissima

Bibliotheca coenobii nostri Claromontani, quem antea possederant canonici regulares S. Augustini, sub nomine Abbatiae Campo-Uncti, Gallice Champtoüin; (uti legere est. ap. Ludov. a S. Teresia in nostris Annalib. Franciae, lib. I, cap. III, pag. 290 et seqq.).

« *Flodoardus*, hic hactenus ineditus (forsan), continet vitas sanctorum Palestinae, Antiochiae, et Italiae: vitas patriarcharum, praecipuorum episcoporum, apostolorum, et summorum pontificum usque ad Leonem VII (*) septem mille carminibus ».

« Has illustrat Honoratus suis Dissertationibus, Notis et observationibus, circa praecipuas difficultates Historiae Ecclesiasticae horum temporum: totum in folio amplo; de quo nihil dixit R. Pater D. Antonius Rivet Benedictinus, Congregationis S. Mauri, in articulo *De Flodoardo*, quem adornavit Tomo VI Historiae Litterariae Franciae, scripto anno 1742, pag. 318. »

« Haec Honorati a S. Maria Opera MSS. asservabantur, olim in coenobio nostro Insulensi Aquitanicae provinciae; sicuti notat eius quondam Discipulus R. P. Martialis a S. Ioanne Baptista, in sua Bibliotheca, pag. 197-206. Ex qua desumpsit Cathalogum omnium Operum dicti P. Honorati, excepta duplici denunciatione, notat. N. 18 et 19, et de qua nihil dixit P. Martialis, desumpsit inquam R. P. Cosmas Williers, Carmelita antiquioris observantiae, et excripsit in sua Bibliotheca Carmelitana, Tom. I, pag. 661-665, N. 73. »

24. Honorius ab Assumptione

In saeculo dictus Iulius-Carolus Guidetti Alassini, sive in Liguria natus, anno Domini 1639. — In Mediolanensi coenobio solemnia dixit vota die 3 septembris, anno 1656.

Praelector, pluries Prior, definitor, XXV Longobardiae Provincialis, elect. in comitiis Bononiae habitis die 29 aprilis 1679, ter Vicarius Generalis, et tandem die 23 aprilis, ann. 1689 XXIX praepositus generalis Italicae Congregationis, omnium votis declaratus.

(*) Creat. ann. 936. — Gubernav. Eccles. ann, 3, mens. 6, et d. 15.

Fuit etiam Delegatus Apostolicus, Sacr. Congregat. Rit., et Indicis consultor, sanctique Officii qualificator, ac Clem. XI Pontif. Max. a Consiliis.

Vir pietate, doctrina ac prudentia clarus. Obiit Romae 15 ianuar. 1716.

Edidit, italico idiomate, Opera, quorum inscriptiones sunt.

1. *Anima devota, Aeterni Verbi Pueri Iesu.*
Mediolani, anno 1677, in 12.

2. *Anima devota in Spiritu et Veritate.*
Ibidem, anno 1678, in 12.

3. *Novenae, in Obsequium S. M. N. Teresiae a Jesu.*
Ibidem, anno 1682, in 12.

4. *Novenae per totum Annum, pro praecipuis Festivitatibus.*
Romae, deinde Parmae, anno 1700, in 12.

5. *Sublimis Contemplatio, ac secura Pax in Christo.*
Romae, 1700, in 12.

6. *Devotae Meditationes Institutionis Eucharistiae, Passionis ac Mortis Christi. — Tom. 2 in 8.*
Ibidem, anno 1704.

7. *Prudentia Spiritus ad aeternam Vitam conducens.*
Ibidem, anno 1707, in 8.

8. *Mystica et Moralis Expositio duorum Psalmorum, qui in quatuor minoribus Horis Officii Divini recitantur.* (Opus posthumum).
Ibidem, anno 1718, in 8.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 206. — De Williers, T. 1, pag. 665, N. 68).

25. Hyacinthus ab Assumptione

Delphinas in Avenionensi nostro coenobio professus, die 8 septembris, anno 1656, concionator insignis, et ibidem defunctus anno 1691.

Ex italico in gallicum idioma transtulit:

Vitam Venerab. Sororis Nostrae Matr. Clarae Mariae a Passione, ex familia Romana Columna, Fundatricis Monasterii Reginae Coeli in Urbe. — Tom. 1, in 4.
Avenione, anno 1687.
(Martial. a S. Io. Bapt., pag. 207).

26. Hyacinthus a S. Catharina

Romanae provinciae alumnus, electus XXXVII. praepositus generalis Italicae Congregationis, die 6 maii, anno Domini 1713.

Obiit Romae die prima aprilis, ann. 1718, aetat. 61.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Italicae Congregationis.

27. Hyacinthus a Cruce,

Natione Gallus provincia Picardus, Dioeces. Bellovacensis prior Attrebatensis, anno 1646; Nivernensis anno 1649, qui Burdigalensis fuerat anno 1628, Meldensis anno 1631, concionator suo tempore clarus.

Scripsit:

Relationem Fundationis Monasterii Nostrarum Monialium Camberii, apud Allobroges.

« Qua usus est Ludovicus a S. Teresia, in Nostris Annalibus Galliae, Lib. I., cap. 114 et 115, et Lib. II., capitulo 11 et 29. »

(De Williers, T. 1, p. 673, N. 84).

28. Hyacinthus a Spiritu Sancto,

Mediolanensis, ex familia Zerbi, natus die 13 decembris anno 1738.

Vestem Teresianam induit die 4 iunii, anno 1756, et anno seq. die 5 eiusd. mensis solemnem emisit Professionem.

Fuit Prior et Concionator suo tempore non spernendus.

In represtinato (anno 1821) coenobio nostro Ferrariensi obiit die 25 martii, anno salutis 1824, aetatis suae fere 86.

Italice edidit Faventiae, ann. 1760, tres Novenas. satis diffus., et notis illustr.:

1. *B. V. Mariae de Monte Carmelo.*
2. *S. P. Iosephi Sponsi B. V. M.*
3. *S. M. N. Teresiae a Jesu.*

I. Iacobus ab Ascentione,

Ionsaci Santonensium oppido, die 27 maii anno 1684, infectis Calviniana haeresi parentibus ortus, ac ab eis in ea educatus, divino illustratus lumine, ad Fidem Catholicam conversus, inter Nostros vehementer et sollicite admitti postulans, variis praemissis probationibus, voti compos factus, Burdigalae in conventu S. Ludovici, habitu Religionis indutus, in eodem solemnem professionem emisit.

Religiosae observantiae cultor eximius fuit usque ad mortem, quae contigit Engolismae die 17 ianuarii, anno Domini 1716.

Scripsit, gallico sermone :

1. *Meditationes Mysteriorum Passionis Christi.*
Tolosae, anno 1702, in 12.

2. *Opusculum de Virginitate.*
Ibidem, anno 1707, in 12.

3. *De Mediis, et Necessitate se praeparandi ad Mortem.*
Ibidem, anno 1712, in 12.

4. *De Quatuor Novissimis — Meditationes.*
Coloniae anno 1713 in 12.

Praeter haec gallice edita, scripsit latine :

1. *Tractatum Controversiarum contra Haereticos.*

2. *Exhortationes paraeneticas in Regulam Carmelitarum.*

(Sed Morte praeventus non potuit edere).
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 207).

2. Iacobus a Purificatione B. V.

Andreae Pruskonsky filius, et Mariae Pruskonsky Episcop Prsemiliensis, regnique Poloniae cancellarii nepos. Vestem teresianam Cracoviae induit mense februario, anno 1609, sub tyrocinio P. Ioannis a SS. Sacramento hispani pastranensis, viri sanctitate clari, novitiorum praefecti, tanta virtute praefulsit, ut ab antiquioribus, adhuc Novitius, ut Sanctus reputaretur. Vix professionem emiserat, cum graves infirmitates,

tribulationes, mentis angustias, invicta patientia sustinens, in lectione et oratione assiduus, ac coelestium contemplatione roboratus die 18 aprilis anno 1632, Lublini spiritum Deo reddidit:

Scripsit:

1. *Commentaria in Traenos Ieremiae.* (Quae MSS. asservantur Lublini).

« Horum meminit Iacobus Lelong in Bibliotheca Sacra pag. 915, colump. 1 B. »

2. *Commentaria in Regulam Carmelitarum.* — MSS. (Ibid.)

3. *Alia quamplurima Opuscula.* — MSS. (Ibidem asserv.)

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 207).

3. Ignatius a Iesu

Forosemproniensis, ex nobili familia Leonella de Sorboloniis, ortus.

Religionis habitu indutus est in conventu Tusculano Sancti Silvestri, die 7 februarii, anno 1622, annum agens 27. Haec mutatio dexterae excelsi, tam efficax fuit, ut pluries ex amicis et familiaribus, aut mundum reliquerint, aut despexerint, inter quos enituere duo Germani fratres familiae Malatestae, quorum unus habitum saeculi retinens, alter eremiticum sumens, in Monte prope Brixiam sito perfectum vitae genus sectati sunt.

Emensis magno proventu studiis philosophicis ac theologicis, cum maturae virtutis et prudentiae argumenta plura praebuisset, anno 1629 in missionem persicam perrexit, sicque studio Linguarum Persicae, Turcicae ac Arabicae incubuit, ut iis non minori facilitate uteretur ac materna.

Aspahamo Schiras missus, eamdem domum, ac deinde Bassoranam rexit, christianosque quos Sancti Ioannis vocant, tanto charitatis affectu prosecutus est, ut magna eorum pars, ad migrandum in Lusitanorum Indias, tuto Catholicam Religionem cultura praesto esset; sed hoc negotium longo tempore et labore promotum, arcano Dei iudicio effectu caruit,

plurs tamen eorum conversos, in alia Catholicorum loca transmigrare curavit. Ex obedientiae nutu, quam semper impense coluit in Syriam vocatus, missionem Aleppensem, ac deinde Tripolitanam, in Maronitarum auxilium direxit; illos plurimis laboribus in Catholica Fide, ac virtutum exercitio promovens, infideles multos, haereticos, schismaticos et apostatas ad Fidem reduxit. In rebus arduis prudentissima consilia praebere solitus, Catholicorum Principum, ac maximis Christianissimi Regis Consulibus, acceptissimus fuit. Annum trigesimum sextum in Apostolicis missionibus impleverat, nullo modo de reditu in Italiam cogitans, cum chiragrae ac podagrae doloribus, in eum statum redactus est, ut nec quidem stare posset; revocatus itaque Romam a superioribus, ibi per biennium lectulo suo defixus, cruciatus intensos hilari semper ac erecto in Deum animo sustinens, iuri oratione ac lectione vim morbi retundens, a Principe Pastorum fidelis administer praemium recepturus laborum vocatus, Sacramentis Ecclesiae pie susceptis, magna spiritus exultatione, in terris vivere desiit die 23 februarii, anno 1667.

Edidit:

1. *Dictionarium Latino Persicum.*
Romae 1651.

2. *Grammaticam Linguae Arabicae.*
Ibidem eod. anno.

3. *Doctrinam Christianam ex Italico in Persicum, et ex Persico in Latinum Idioma transtulit.*
Romae 1652, Typis Propagandae.

4. *Historiam Originis, Rituum et Errorum Christianorum S. Ioannis* (Latine). Cui adiunxit alium Tractatum, in quo confutantur XXXIV Errores eiusdem Nationis.
Ibidem eod. anno et Typograph.

5. *Grammaticam Linguae Persicae, typis S. Congr. de Propag. Fide:* De quo opere verba facit Clarissim. Nost. Pater Paulinus a S. Barthol. in sua *India Orientali.*

« Plura itidem Monumenta MSS. reliquit, Linguarum Orientalium ea Praelo daturus, nisi infirma valetudo et effractae vires obstitissent. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 209).

4. Ignatius a S. Ioanne

Poloniae provinciae alumnus.

Edidit Polonico idiomate :

Commentaria in Epistolas S. M. N. Teresiae a Iesu. ..... Anno 1672, in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra).

5. Ignatius a S. Ioanne Evangelista

Natione Huthaenus, e Prussia oriundus : vir optimis et sanctissimis moribus clarus, pietate, religione, sacris ac humanissimis litteris insignis.

Scripsit, circa ann. 1650, seqq. Sodalium suorum vitas :

1. *P. Andreae a Iesu Sarmatae.*
2. *P. Nicolai a Iesu Poloni.*
3. *P. Iacobi a Purificatione, Poloni.*
4. *P. Hieronymi a S. Hyacintho Poloni.*
5. *P. Vincentii a S. Stanislao Poloni.*
6. *Venerab. Sororis nostrae M. Christinae a S. Michaele Belgae, Fundatricis Monialium Nostrarum in Polonia, Virginis Sanctitate et Prodigiis illustris.*

« Cuius Corpus adhuc incorruptum perseverat quod suavissimum emittit odorem ; et ipsa Virgo saepe post mortem apparuit. »

7. *Venerab. Matr. Dorotheae a S. Maria, Leopoliensis.*
8. *Venerab. Matr. Agnetis a SS. Trinitate.* « Quae et ipsa post mortem soepius visa est gloria coruscans. »
9. *Annales Provinciae Nostrae Poloniae.*

(Vid. De Wiliers, T. I, suae Carmelit. Biblioth. pag. 709, N. 41).

6. Ignatius a Matre Dei

Parisiis professus, anno Domini 1632 die 3 februarii. Sacrae theologiae professor, prior coenobii Ambianensis anno 1648 electus et alibi pluries, definitor ac postea vicarius generalis.

Obiit Charentoni die 10 martii 1684, aetat. 71.

Scripsit :

1. *Tractatum de Gratia contra Iansenium et eius*

Discipulos. — Tom. 3, in 4. contentum, et pagg. 2912, iuxta Decretum a Nostris PP. Charentoni, in capitulo provinciali congregatis, latum anno 1646, die 20 aprilis, teste R. P. Ludovico a S. Teresia in annalibus nostris Galliae lib. 2, cap. 67, pag. 475. Unde non mirum quod Ludovicus de Sancto Amore in suo diario, parte 5, cap. 8, pag. 286, lin. ult. supponat Dom. Ioannem-Iacobum Olier, Seminarii San-Sulpitiani Parisiensis fundatorem, ad Nostros PP. Parisienses, anno 1652 adiisse eis suasurum ut adversus quinque propositiones suscriberent, sed PP. id ei denegasse.

2. *Annotationes in Acta Apostolorum, in Epistolas Canonicas et in Apocalypsim :* « Quae, cum Tractatu praecedenti, olim servabantur MSS. in convent. nostro Rothomagensi. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 212. — De Wiliers, T. I, pag. 710, Num. 42).

7. Ignatius a S....

Patria Ianuensis, ex nobilissima familia Spinola, Carmel. Discalc., saeculo decimoseptimo pietate et doctrina illustris.

Scripsit :

Relationem de Maria a Sole dicta, Miraculis in Urbe celebri.

« Ut refert Guillelmus Gumppenberg in idea Atlantis Mariani, Teste Augustino Oldoino in Athenaeo Ligustico, pag. 379.

8. Ignatius-Ioseph a Iesu Maria,

Natione Picardus, in saeculo Iacobus Samson nuncupatus, Abbavillae anno Domini 1596 die 10 februarii natus. — In Parisiensi nostro coenobio tyrocinium suscepit anno 1618 die 3 novembris. Emenso studiorum philosophiae ac theologiae cursu, ad sacros promotus Ordines, tres post annos a superioribus ad confessiones audiendas et conciones habendas adiunctus fuit. Deinde Lemovicum missus, colloquiis venerab. sororis nostrae Matr. Isabellae ab Angelis usus est. Parisiis redux, supprior constituitur, et inde in conventu Charentonensi magister novitiorum, ad quod idem Officium Tolosae exercendum destinatur.

Ioannis Evangelistae a SS. Sacramento, Galliarum provincialis comes individuus; conventuum Abbavillensis et Ambianensis annis 1640 et 1648 fundationis primus promotor et vicarius extitit. Obiit senex Charentoni regularis observantiae rigidissimus custos die 19 augusti anno salutis 1665.

Vir vario scientiarum genere ornatissimus, ac linguarum Graecae et Latinae peritissimus in volvendis historiis sacris, praesertim sanctorum vitis et actis perscrutandis valde occupatus. — Plura edidit opera, quorum tituli hi sunt:

1. *Narratio fundationis Conventus nostri Parisiensis, sub titulo S. P. Joseph* « Quae anno 1639 in folio *(Gallice)*.

« Prodiit in 2. editione antiquitatum civitatis Parisiensis, anno ut supra ».

2. *Vita S. Mauri Abbatis « duobus libris distincta, in quibus agitur de antiquitate Ordinis S. Benedicti — de Vita Sancta primorum Benedictinorum Galliae — de Erectione primi Eorum Monasterii Glanofolii in territorio Anaehavensi — de Abbatia S. Mauri de Fossatis, prope Parisios., de Ejus privilegiis et beneficiis ab Ea dependentibus — de Abbatibus tam Regularibus, quam Commendatariis ab anno 645, usque ad annum 1640 — de Miraculis antiquis et recentibus S. Mauri. Historia fundationis Capellae B. V. Mariae de Miraculis nuncupatae. (Gallice).*

Parisiis ap. Petrum de Bresche, anno 1640.

3. *Historia Ecclesiastica Urbis Abbaviilae et Archidiaconatus Pontivensis, in Diocesi Ambianensi. — Gallice.*

Parisiis, apud Franciscum Pellicanum, anno 1646 in 4.

« Haec historia citatur in Bibliotheca Telleriana pag. 300, num. 420, et in Bibliotheca Histor. Galliae pag. 71 num. 1615 ».

4. *Relatio Virtutum piissimi Viri Domini Antonii Leclerc de la Forêt, in Curia Parlamenti Parisiensis advocati. — Gallice.*

Parisiis, ap. Ludov. Boulanger, anno 1647 in 8.

« Huic Advocato fuerat Ignatius Joseph a confessionibus in Poenitentiae Sacramento ».

5. *Vita venerab. Matr. Gabriele a Jesu Maria,*

fundatricis Monialium S. Francisci de Paula in Gallia. — Gallice.

Parisiis ap. Pellicanum, ann. 1646 in 8.

6. *Martyrium V. P. Dionysii a Nativitate Cognomento Berthelot Neustrii Hunflorii; et Fratris Redempti a Cruce Lusitani Carm. Disc., apud Achem in India, pro Fide Jesu Christi occisi, jussu Regis Mahometani — Gallice.*

Ibidem, ann. 1648 ap. eumd. typ. in 8.

7. *Vita B. Bernardi Abbavillaei, primi Abbatis et fundatoris Monasteriis SS. Trinitatis de Tironio Ord. S. Benedicti Dioeces. Carnotensis.*

Parisiis, apud Sebast. Hurré, anno 1649. — Gallice.

« Quam yitam R. P. Simon Martin Parisinus, Ord. Minororum S. Francisci de Paula, inter vitas Sanctorum die 16 aprilis, posuit — in folio ».

8. *Histoire généalogique des Contes de Ponthieu et des Majeurs d'Abbèville: où sont rapportés les privilèges, que les Rois leur ont donnés, leurs actions héroïques, les Armoires, et ce qui c'est passé de plus remarquable durant leur Magistrature, dans le Pays de Ponthieu et de Vimeux, tant dans l'Etat Ecclésiastique, qu'en l'Etat Politique; depuis l'ann. 1053, jusqu'en 1657, avec les hommes illustres, qui y sont nés, et qui y sont morts.*

Par T. D. T. M. C. D.

A Paris, chez François Clousier, 1657, in folio.

« De hac historia genealogica P. Jacobus Lelong in Bibliotheca historica Galliae pag. 739 num. 14488 et pag. 856, num. 16706, Ubi notatur quod aptius Historia Chronologica vocanda esset, utpote quae seriem temporum servat ».

9. *Historia Ecclesiastica Dioecesis Ambianensis. MSS. Gallice in 4.*

10. *Historia Sancta comitum Pontiviensium. MSS. Gallice in folio.*

11. *Vitae Santorum Dioecesis Ambianensis. MSS. Gallice in 4.*

12. *Acta septuaginta quatuor Episcoporum ejusd. Dioecesis Ambianensis. MSS. Gallice.*

13. *Exhortationes de virtutibus ad novitios duabus Tomis. MSS. Gallice in 4.*

14. *De Viris Illustribus Carmelitar. Discalceat., qui obierunt in Parisiensi Conventu S. P. Joseph. MS. Latine in 4.*

15. *Chronicon Carmelitarum Discalceatorum Galliae, ab anno 1610 usque ad nostra Tempora, MS. Latine.*

16. *Compendium virtutum heroicarum, et vitae venerabilis Alexandri (Ubaldini) a S. Francisco (Nepot. Leonis XI) Carm. Disc., MS. Latine.*

17. *Vita ven, P. Andreae a Jesu Maria (Boulanger) Carm. Disc. MS. Latine.*

18. *De Laudibus Dei-parae Virg. Mariae, Tractat. MS. Graece.*

« Hunc Cathalogum ipse aucthor Ignatius-Joseph subministravit charissimo suo amico Ludovico Jacob, qui illum inseruit suae Bibliothecae Carmelitanae MS. 171 ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 209. — De Williers, T. I, suae Biblioth. Carmel. pag. 707, N. 39).

9. Idelfonsus a S. Aloyso,

Ortum habuit Florentiae circa ann. Dni 1724 et Ejus progenitores fuerunt Dnus Julius Frediani, et Dna Maria Rastrelli. Aetatis suae circiter 16 se Deo dicavit in novitiatu nostro Aretino, Etruriae provinciae. Emenso summa cum laude philosophiae ac theologiae cursu, has disciplinas edocuit tum Senis, tum Florentiae. Postea Magister novitiorum, prior Florentinus, pluries definitor, semel et iterum provincialis: In Œcumenicis Comitiis Romae habitis die 24 aprilis, anno 1779, proclamatus Ordinis Procurator generalis, invicta humilitate, honorificam hanc dignitatem recusavit Florentiae et Fesulanae dioeces. Examinator Synodalis, Illmi ac Revmi Dni Francisci Incontri Florentini Archiepiscopi a Consiliis, atque inter socios plur. Litterar. Accadem. aggregatus fuit. Dum Monialium nostrarum Florentinae civitatis erat a sacris confessionibus direxit venerab. soror. Teresiam Margaritam (Redi) a Corde Jesu, ibi defunct. cum maxima sanctitatis fama die 7 martii

anno 1770 aetat 22. — Bibliothecam sui S. Paulini, coenobii selecta librorum suppellectili et locupletavit et ornavit.

Atrocissimis colicae doloribus correptus die vigesima februarii anno 1792, omnium moerore, animam creatori suo reddidit, hora decima pomeridiana, cum uno quadrante in Florentino Conventu.

Vir eximiae sapientiae, non vulgaris prudentiae, magni Consilii, singularis silentii ac solitudinis, rarae probitatis et castimoniae, atque exquisita omnigenae Eruditionis fama praestans. — Edidit:

1. *Tractatum — De Legibus — (Latine).*

Emo et Rmo Cardinal. Fr. Joann. Anton. Guadagni.
Dicat anno 1746.

2. *Tractatum — De Gratia — (Latine).*

Illmo ac Rmo Dno Francisco Incontri, Florent. Archiepiscopo.
Dicata anno 1758.

3. *Vita della ven. Mre Maria Agnese (Lomellini) di Gesù, fondatrice del Monastero delle Carmelitane Scalze di Firenze, corredata di erudite note. T. I, in 8.*
Firenze 1762 — (Italice).

4. *Trattato Teologico della Giustificazione della Limosina, dedicato al suddetto Monsig. Arcivesc. Incontri. T. I, in 8. gr.*
Firenze 1770 — (Italice).

5. *Delizie Toscane, ossia una raccolta dei Scrittori del buon secolo della Lingua Toscana e di Storia etc. Tom. XXV in 8. gr. (Opus auream) Italice.*
Firenze 1770 e 1789.

6 *Opera venerab. P. Joannis e Jesu Maria, praeposit gentis Italicae Congregat. Carmel. Discalc., ab Ipso P. Ildefonso aucta, ac doctissimis Notis illustrata. T. III in folio.*
Florentiae anno 1771, typ. Io: Bapt. Stecchi et Soc.

7. *Etruria Sacra triplici monumentorum Codice Canonico — Liturgico — Diplomatico, per singulas Etruriae Dioceses distribut. Tom. circiter XX.*

(Auctor morte praeventus edere non potuit, nisi I. Tom, anno 1782).

8. *Relazione delle virtù e gesta della ven. Suor Teresa Margarita (Redi) etc. « presentata a Monsignor Manciforte, Nunzio in Toscana, da umiliarsi al Sommo Pontefice Clemente XIV » (Italice).*

9. *Elogio del Pontefice Nicolò V da Sarzana, creato nel 1447* (composto per ordine di Monsig. Franceschi, Arcivescovo di Pisa).

(Ita, ex Necrologio coenobii nostri Florentini).

10. Idelfonsus a S. Bernardo

Natione Hispanus Plentiae natus die 24 aug. 1860, ex nobiliss. familia D'Arragon.

Fuit convictor Bononiae in reali hispanico Collegio, ac lector pubblicus in Universitate ejusd. civitatis, Mundo valedixit, et coenobio Mediolanensi habitum Teresianum sumpsit die 16 augusti anno 1707. Obiit Mutinae die 16 augusti ann. 1716.

Vir morum probitate, ingenio et litterarum cognitione praecellens: theologus eximius, ac Juris canonici peritus.

Multa scripta, praesertim theologic. et Jur. canon. reliquit quae olim servab. in Archivio praedicti Convent.

(Sic, ex Necrolog. Mutin. Coenob.).

11. Idelfonsus a Praesentatione B. V.

Austriae provinciae alumnus, electus XLV praepositus generalis Italicae Congregationis die undecima maij anno 1737.

Obiit Pragae die 24 augusti anno salutis 1760 aetat. 68. Scripsit:

1. *Litter. Pastor. ad religiosos suae Congregationis.*

2. *Elogium P. Polycarpi a SS. Sacramento Novariensis Longobardiae provinciae qui ad coelum evolavit, Bononiae die 16 decembris anno 1739.*

(Ex Necrolog. Provinc. Longobard. Part. I, pag. 40).

12. Innocentius a S. Andrea

Patria Tafallensis (in Regno Navarrae) Pastranae professus, Coenobii S. Montis Calvarii fundator, atque Collegii Biacensis, una cum S. P. N. Joanne a Cruce, primarius Erector; cum

superiorum jussu in Boeticam superiorem fuisset coaptatus, in Conventu Granatense se recepit, ubi an. 1620 migravit ad coelum.

Scripsit, Hispanico idiomate:

1. *Tres Tratados de la Oracion Mental.*
2. *De la Mortificacion.*
3. *Del Hombre interior.*

(Qui, sub alio nomine sunt editi anno 1617).
(Martial. a S. Io: Bapta pag. 213).

13. Innocentius a S. Vincentio

Cremonensis. Fuit praelector prior IV. Longobardiae provincialis, electus in Comitiis Mediolan. habitis die 16 aprilis 1625 et fundator Placentini coenobii die 16 julii anno 1627.

Peste correptus, piissime obiit Cremonae die 24 junii anno Dni 1930.

Scripsit ad subditos suae provinciae anno 1625, *Epistolam Pastoralem, in qua ostendit:*

Quantum ad Divinum Amorem in cordibus nostris accendendum conducat debita erga superiores et reverentia et obedentia.

Prodiit, anno 1671, in Collectione Mediolanensi.

14. Ioachinus a S. Maria (*),

In saeculo vocatus Franciscus Garbicellus, Mediolan. natus die 4 novembris anno 1625. In patrio conventu professus, an. 1645 die 22 septembris.

Quantum in litteris emicuerit, satis demonstrant Ejus opera: Ast quod plus est, Deo religionique ita eodem tempore sedulo inserviit, ut si justum elogium Ei texere aliquis cogitaret, integras vix paginas implere posset. Mirum hinc haud dubie videbitur, quod ille in confessionibus audiendis patientissimus, in chori Psalmodia numquam ultimus, sacrisque meditationibus protrahendis impense addictus; tot ingenii sui monumenta posteris relinquere potuerit; etsi quoque corporis

(*) Sed potius a S. Anna, ut eruitur ex Necrologio Longobardiae Provinciae, pag. 20.

mole non exigua praepediretur; itaut conciones suas quadragesimales quater elaboratas, nunquam recitare Ei datum fuerit. Inter alias ipsius virtutes illuxit humilitas, ob quam Ordinis dignitates omnes Ei oblatas, constanter-respuit, donec meritorum, annorumque plenus obdormivit in Domino anno salutis nostrae 1697 die 21 novembris aetatis suae 72.

« Haec ipsum reddunt immortalem:

1. *Mystica Anatomia Sacratissimis nomini Dei-parae Virginis, sub omnium scientiarum et creaturarum Angelicarum et Humanarum operoso compendio, ad raepresentandas praerogativas perfectionis et dignitatis almae Dei Genitricis.*

Venetiis apud Brigontium an. 1690, in fol. (Latine).

2. *Mirabiles excellentiae, sive grammaticae, theologicae, anagrammaticae versiones, et Divina attributa Augustissimi Nominis Jesu.*

« Ad Rmum Honorium ab Assumptione, praeposit. general. Italicae Congregat. »

Mediolani apud Carolum Anton. Malatestam an 1692, in fol.

3. *De interpretatione Sacrarum Vocum ex Divinis Litteris — (Latine).*

« Opus ex Doctrinis SS. PP., sententiisque Ecclesiae Doctorum concinnatum, etymologiarum et verum naturalium investigationibus, philosophis, theologis, mysticae sapientiae speculatoribus, Sacrae Scripturae studiosis, denique verbi Dei praeconibus, ad intelligenda scripturae arcana conscriptus.

« Volumen primum Dno et Rmo S. R. E. Cardinali DD. Gregorio Barbarico Episcopo Patavino dicatum ».

Mediolani ex typ. Ludov. Monti, per Carolum Feder. Gaillardum, anno 1685, in folio.

(Reliqua hujus magni Operis volumina XXII extabant olim MSS. in Biblioth. Coenobii nostri Mediolan.).

4. *Vita della Serva di Dio Suor Francesca del SS. Sacramento, Carmelit. Scalza, defunta nel nostro Monastero di Pamplona li 27 novembres 1629.*

Milano 1673, per Agnelli, in 4. (Traduzione dallo Spagnuolo).

5. *Vita venerab. Fr. Joannis-Caroli a S. Maria Carmel. Discalc., Longobard. Provinc., ex Principibus Gonzagae,* qui prae humilitate habitum conversorum induit

et cum fama sanctitatis, Mediolan obiit die 18 januarii an. 1673, aetat. 75.

Ibidem ann. 1604, ap. eund. typ. in 4.

6. *Vita del venerab. Fr. Diego di Gesù, Carmel. Scalzo*, tradotta dallo spagnuolo in italiano T. I, in 4.

Milano (eodem anno et typ.).

7. *Elogia plura Sacra, edita Mediolan anno 1675, pro Beatificatione S. P. N. Joannis a Cruce* (in quibus Ingenium auctoris mirifice illucescit).

Opera inedita.

1. *Origine della Congregazione d'Italia dei Carmelitani Scalzi ed un'ampia Relazione della Fondazione del nostro Convento e Chiesa di Milano, sotto il titolo di san Carlo, fatta l'anno 1614 in 4. MS.*

2. *Storia della fondazione dei Conventi della Provincia di Lombardia sotto il titolo di S. Angelo Martire Carmelitano*, in cui si parla di tutti li Conventi fondati sino al suo tempo, comprendendo allora la provincia di Lombardia anche lo Stato Veneto, in 4. MSS.

3. *Lettere della N. S. M.re Teresa di Gesù, commentate da Monsig. Palafox*, tradotte dall'idioma Castigliano, nella lingua italiana con erudite note del traduttore. Tom. 2, in fol. MSS.

4. *Declarationes Decretorum Sacrae Congregationis Concilii Tridentini, ab anno 1573, ad sua usque tempora.* Tom. VI in fol. MSS.

5. *Circinus proportionalis Georgii Galchemayr, a P. Eusebio a Spiritu S. latinitate donatus* (vid. suo artic.) *a Ioachimo nostro in italicum sermonem conservat. MS.*

6. *Conciones pro integris quatuor Temporibus Quadragesimalibus recitandis compositae MSS.*

7. *Discorsi Morali. MSS.*

« Haec omnia MSS. servab. in Biblioth. praedicti coenob. nost. Mediol.)

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 214).

15. Ioachimus a Iesu Maria,

Neapolitanus, in saeculo dictus Andreas Galluccio anno 1604

die 30 novembris natus. Solemnem professionem emisit Neapoli die 21 martii 1627.

In comitiis generalibus Romae habitis anno 1653 die 3 maii, electus fuit XVII praepositus generalis italicae Congregationis.

Visitavit provinciam Lugdunensem: Erexit provinciam Pedemontanam et alteram Comitatus Burgundiae.

Obiit Neapoli die 29 iulii anno Domini 1657.

Edidit:

Epistolam Pastoralem, in qua ponderat quanti momenti sint Carmelitis Discalceatis quatuor Monita a S. M. N. Teresia data, pro conservatione et incremento illorum Reformationis.

Romae anno 1664 in 8. (Latine).

Prodiit etiam in collectione Mediolan. ann. 1671, part. 1, pag. 211 e seqq.

(Martial, a S. Io: Bapta, pag. 214).

16. Ioanna a Spiritu Sancto.

Burdigalensis Ioannis De Bernet senatoris et Beatricis De Chimbaut, illustrissimorum parentum filia, anno 1611 die 7 ianuarii Carmelitana Discalceata, prima novitia cum aliis tribus virginibus a Francisco Descoubleaux S. R Ecclesiae Cardinali De Sourdis Archiepiscopo Burdigalensi vestita, postea eiusdem Asceterii priorissa; ex quo quidem S. Iosephi monasterio ad conventum Assumptionis fuit translata, iubente D. Berullio, qui eam suspicatus est de propensione ad regimen Carmelitarum Discalceatorum subeundum. Quod ut vere assequeretur, in Lotharingiam profecta, conventus Mussipontani habitationem accepit anno 1625 et in novo monasterio mortem oppetiit anno 1632 die 7 ianuarii.

Iussu sui directoris scripsit:

Relationem de propria Vita.

« Qua usus est Ludovicus a S. Teresia, in annalibus nostris Galliae, Lib. I, cap. 101, pag. 277 et seqq. »

(De Williers, Tom. 1. suae Bibliothec. Carmelitan. — pag. 718, N. 54).

17. Ioannes a S. Agnete,

Catalanus: vir eximiae pietatis et doctrinae.

Scripsit:

Fidei Christianae Miracula in gratiam SS. Trinitatis. Tom. VI, in fol.

(Qui MSS. asservantur in coenobio nostro Devatusensi).

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 214).

18. Ioannes a S. Andrea

Hispanus, prior Guadalajarrae.

Scripsit circa ann. 1642.

Relationem de Sacris Imaginibus B. V. Mariae Guadalajarrae.

(Qua potitus est Franciscus a S. Maria Tom. II historiae Reformat. nost. Lib. VI, cap. 42, sicut animadvertit Ludov. Iacob in sua Biblioth. MS. 175).

19. Ioannes a S. Angelo I.

Natione hispanus, patria Andujarensis, eremi de Monte Sancto de Penuela professus. Vir poenitentiae solitudinis et litterarum amantissimus.

Munia praelectoris, prioris ac definitoris generalis summa cum laude gessit.

Decessit sanctissime in Eciiensi provinciae Boeticae coenobio, anno salutis 1625 postquam scripsisset excellens Opus praenotatum:

Examen Spiritus. Lib. 1.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 214).

20. Ioannes a S. Angelo I

Natione Boeticus, patria Villanovanus primus prior Perpinianensis in Ruscinone, anno Dni 1589 constitutus ac praedicator apostolicus. Vir, cuius summa virtus, singularis ingenii foecunditas et sana eruditio, aeternam apud hispanos laudem pepererunt. Ex hac vita migravit Baezae, ann. post Christum natum 1628, postquam *Sermones* edidisset.

(Ludovic. Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 176).

21. Ioannes a S. Anna I

Hispanus, patria Sotocanus (Dioecesis Conchenensis), Penuelae novitius et in progressu temporis vicarius coenobii nostri Malacensis. Vir vitae integritate, prudentia et coelestibus donis conspicuus.

Scripsit:

Relationem Fundationis Conventus Malacensis erecti anno Dni 1584.

(Ludovicus Iacob, ut supr. ead. pag.)

22. Ioannes a S. Anna II

Sacrae scripturae professor, in Biacensi Collegio. Vir pietate et eruditione clarus.

Ad discipulos sacris Litteris imbuendos elucubravit anno 1727.

1. *Tractatum Isagogicum Scripturae Sacrae.*

« Eruditione, methodo, stylo apud omnes probatissimum praelo subiiciendum, ut coetera, quae sequuntur: »

2. *Chronicon Sacro-Biblicum, totius Scripturae Sacrae Historicum.*

3. *Deutero-Praebicamenta Biblica.*

(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 215).

23. Ioannes ab Annuntiatione B. V.

In saeculo dictus Ioannes Llanes-Campomanes in civitate Ovetensi, nobilibus parentibus ortus. In coenobio nostro Vallisoletano solemnem emisit professionem, in quo a pueritia enituit, et cum aetate crevit devotio et candor animi.

Salmanticensis collegii moderator et rector: semel et iterum definitor generalis; et tandem communi totius hispanicae congregationis applausu ad supremam praefecturam evectus est.

A doctioribus ac in primis ab E.mo S. Rom. Eccles. Cardinali D'Aguirre saepe consultus. — In suo collegio Salmanticensi extremum diem clausit sexagenario maior, anno Redemptionis nostrae 1701.

Opera eius sunt:

1. *Cursus Philosophicus Collegii Complutensis ad clariorem formam redactus.*

Tom. IV, in 4. edit. Lugduni ann....

« Ad calcem Tomi Tertii addidit Disputationes :

« *De Individuatione* — *De Essentia* — *De Subsistentia et De Existentia* — et Tom. V qui est: *De Coelo et Meteoris.* »

2. *Cursus Theologicus Salmanticensis.* — *Tom. III. De Gratia Habituali.* — *Tom. IV. De Gratia Actuali.* — *Iustificatione* — *et Merito.* — *Tom. V. De Fide et Spe.* — *Tom. VI. De Charitate et Statu Religioso.* — *Tom.VII. et VIII. De Incarnatione.* — *Tom. IX. De Sacramentis in Communi et Eucharistia.* — *Tom. X. De Poenitentia. (Opus posthum.) Omnes in folio.*

3. *Promptuarium Carmelitarum.* — *Tom. 2 in 4.*
Matriti anno 1699.

4. *Epistola Pastoralis ad totam hispanicam Congregationem, in plura capita distincta.* — *(latine).*
Ibidem anno 1697.

5. *Aliam inscriptam, Hispane.*

6. *Monita ad Religiosos suos.* — *Tam. I.* (satis vastae magnitudinis).
Ibidem anno 1698.

7. *Epistola Pastoralis ad Moniales suae Hispanicae Congregationis*, in qua doctissime interpretatur Tractatum S: M. N. Teresiae — *De Modo visitandi Monasteria Monialium.*
Ibidem anno 1699.

« De quibus omnibus consulenda est Historia Generalis Hispanae Congregat. Tom. VI, Lib. 26, cap. 29. »
(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 215).

24. Ioannes ab Assumptione B. V.

Prior Mataronensis, provinciae Cataloniae (Dioecesis Barchinonensis).

Scripsit :

Relationem de Virtutibus Religiosorum Coenobii nostri Mataronensis.

(Fundat. anno 1588, a doctore Ioan. De-Palau, Parrochi eiusdem loci).

(Ita Ludov. Iacob in sua Bibliot. Carmelit. MS., pag, 181).

25. Ioannes a S. Basilio,

In saeculo dictus Montoro, in oppido Lopera provinciae Boeticae natus, et Hispali institutum nostrum professus. Fuit magister novitiorum, nec non magni nominis theologus et haebraicae linguae peritissimus.

Obiit Corellae in regno Navarrae anno 1617, postquam haebraeo idiomate in Hispanam linguam vertisset mirabiliter plurima; sicut testatur noster Martialis a S. Io: Bapt. in sua Bibliot. pag. 216.

26. S. P. N. Ioannes a Cruce I.

Fontiberi (in Hispania) natus est anno Dni 1542, ex parentibus Gondisalvo De Yepez et Catharina Alvarez. Instructus humanioribus litteris et emenso philosophiae cursu, habitum Carmelitarum antiquioris observantiae suscepit anno 1563, Metymnae in coenobio S. Annae sub nomine Ioannis a S. Mathia. Anno sequenti professionem emisit, et anno 1567. primum Missae sacrificium obtulit, peracto Salmanticae theologico studio.

Perfectioris vitae desiderio aestuans, et S. M. N. Teresiae consiliis adhaerens, Durvelum tuguriolum petivit 'anno 1558, ubi cuiusdam coenobii forma extructa, die 28 novembris (Dominica I.a Adventus) vota renovavit cum promissione servandi primitivam Ordinis regulam, ab Innocentio IV, Romano Pontifice confirmatam; qua in renovatione socios habuit Antonium De Heredia, qui Antonius a Iesu et Fr. Iosephum a Iesu, qui Fr. Ioseph a Christo vocari coeperunt, et ipse Ioannes a S.to Mathia vocatus est Ioannes a Cruce: quem suppriorem huius pusilli gregis constituit Alphonsus Gonzalez, provincialis carmelitarum; priorem vero Antonium a Iesu et sacristam atque ostiarium Fr. Iosephum a Christo.

In Ubetensi coenobio ad superos evolavit die 14 decembris anno 1591. Virum Miraculis insignem Beatum declaravit Clemens X, die 21 aprilis anno 1675, et in Sanctorum numerum

retulit Benedictus XIII (Ordinis Praedicatorum) die 26 decembris anno 1726. Clemens vero XII (Avunculus E.mi Cardinal. Fr. Ioan-Anton. Guadagni) ad universam Ecclesiam extendit Offic. et Miss. die 3 octobr. anno 1738.

Scripta S. P. N. Ioannis haec sunt (hispanico idiomate) :

1. *Explicatio aenigmatica totius doctrinae mysticae in aliis Tractatibus expositae.*

2. *De Ascensu Montis Carmeli. — Lib. III.*

3. *De obscura Nocte Animae — Lib. II — sive De munienda undique via ad perfectam Spiritus cum Deo Unionem.*

4. *Canticum Spirituale inter Animam et Sponsum eius Christum, cum eius explicatione.*

5. *Viva Amoris Flamma.*

« Matriti haec omnia, apud Haeredes Viduae P. de Madrigal an. 1629 in 4., priusque Barchinonae apud Cormellas anno 1619 in 4. »

Opuscula.

1. *Cautelae contra Salutis hostes, Mundum, Diabolum et Carnem a veris Religiosis observandae.*

2. *Centum Sententiae Spirituales pro Religiosis sui Ordinis.*

3. *Epistolae Spirituales ad diversos scriptae.*

« Praeter huiusmodi Opuscula, quae reperiuntur in Versionibus Gallicis Cypriani a Nativitate , alia de novo gallice vertit, edique curavit, in vita S. P. N. Ioannis, Dosithaeus a S. Alexio, Tom. 1 pag. 534 et seqq. »

1. *Canticum in Extasi Altissimae Contemplationis.*

2. *Canticum De Amore Divino.*

3. *Canticum raepresentans Christum sub figura Pastoris.*

4. *Canticum gaudium Animae, Christum per Fidem cognoscentis, raepresentans.*

5. *Canticum Litterale et Anagogicum, in Psalmo CXXXVI Super Flumina Babylonis.*

6. *Canticum in Initium Evangelii S. Ioannis « In principio erat Verbum etc. »*

« In quo sublimiter exponit Mysterium SS. Trinitatis. »

7. *Canticum exponens suspiria Iustorum in Lymbis existentium.*

8. *Octo alia Colloquia inter Sponsum et Sponsam.*

« Ita in editione hispana anni 1702. »

De Versionibus et Editionibus Operum S. P. N. Ioannis a Cruce, fuse tractant P. Martialis a S. Ioan. Baptista in Bibliotheca Scriptorum Ord. N.ri, pag. 228 ; et P. Marcus a S. Francisco, provinciae Venetae, in sua Collect. Operum eiusd. S. P. N.ri, edita Venetiis, ann. 1747 ap. Angelum Geremiam. »

27. Ioannes a Cruce II

Hispanus: Vir religiosissimus, in rebus Mysticis edocendis, praecedentis imitator fidelis.

Scripsit (hispanice) anno 1618:

Non obscura Sensus et Spiritus.

(MS. asservatur in coenobio nostro Toletano).

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 228).

28. Ioannes a Cruce III

patria Catalanus. — Reliquit MS. in conventu nostro Barchinonensi.

Librum asceticum et moralem, religiosis perutilem.

(De Wiliers, Tom. I, suae Biblioth. Carmelit. pag. 832, N. 174).

29. Ioannes a Cruce IV

Provinciae Neapolitanae alumnus, nobilissima stirpe progenitus, in difficilioribus negotiis tractandis solertissimus ac prudentissimus, Principibus et Magnatibus acceptissimus. Extremum diem solvit, Neapoli anno Domini 1720.

Edidit:

1. *Reflexiones super quinqus Verba D. Pauli, ad bene vivendum et moriendum, exposita secundum Doctrinam SS. Thomae Aquin. et Teresiae. (Italice)· T. V, in 4.* Neapoli, 1681.

2. *Vit. Servi Dei Aloysii a Jesu, Carmelit. Discalc.* Ibidem 1671 (Hispane et Italice) in 12.

3. *Lumen vivis exemplo mortuorum, a Matr. Francisca a SS. Sacramento Carmelit. Discalc. (defunct. Pampilonae in Hispania die 27 novembr. 1629) scriptum ex Hispanico in Italicum sermone transtulit, et edidit:*
Neapoli anno . . . .

4. *Tubam Ezechielis,* sive *Epistolam Pastoralem Illmi Dni de Palafox,* in haec verba Ezechielis, cap. 38, vers, 17 « *Fili hominis, speculatorem dedit Te Domui Israel etc.* » *ex Hispano in Italicum idioma vertit, et edidit Neapoli, anno 1679, in 8.*
(De-Williers, T. 1, Biblioth. Carmelit. pag. ut supra et N.°)

30. Ioannes a Cruce V,

Natus est in Pago Vigluvii, dioecesis Mediolan. a Dno Josepho Longo et Dna Antonia Buzzi, cui fuit impositum nomen Caroli Francisci die 27 martii 1726.

In Mediolanensii novitatu habitum nostrum induit die 16 novembr. ann. 1731 et anno sequenti, die 17 ejusdem mensis, solemnem émisit professionem.

Bononiam missus, ut studiorum cursum perageret, cum ingenio alios condiscipulos superaret factum est, ut primo Cremonae ad recolenda studia, deinde Placentiae et postea Parmae praelectoris munus exercuerit sicuti et concionatoris.

Tamdem Parma, Mutinam missus, magistri noritiorum officio Ei injuncto; post aliquos menses ejusdem coenobii prior electus est, scilicet anno 1766 die 19 aprilis, et transacto triennio. Confirmatus non levi ejus convent., imo et religionis bono, ac in eadem civitate fuit atque etiam consultor S. officii, examinator synodalis.

Destinatus anno 1772, ut ibidem Monialibus nostris a confessionibus esset, coepit iterico morbo laborare, quo ut convalesceret, ad salubriorem aerem respirandum, Reg. Lepid. aufugit; sed frustra prevalente igitur morbi vi, sacramentis rite munitus, seque multis virtutum actibus, quibus adstantes etiam ad pietatem excitabantur, diem clausit extremum anno Reparatae salutis 1773 die 21 martii aetat suae 47, demptis 6 Dieb.

Vir Magnatibus Mutinensibus, principib. Aetestin., ac

Illmo et Rmo Dno Josepho de Comitibus Fogliani, Mutin. Episcopo, valde charus.

Reliquit MSS. :

1. *Curs. philosoph., theologic. ac moral. T. 3, in 4.*

2. *Consultat., ad Sacr. Inquisit Offic. spectant. T. I, in folio.*

3. *Concion. et Orat. Panegyr. T. 2, in 4.*

« Hoec MSS. servab., olim, in Biblioth. Mutinensis coenob. ».

4. *Dissertat. supr. Officia SS. Dioeces., spectant. ad Regulares (Haec Dissertat. asservab. olim, in Biblioth. Mediolan. Coenob.).*

31. Ioannes a S. Hieronymo I,

Hispanicae Congregationis procurator generalis in Curia Romana, ann. 1591 et 1606. Vir morum candore, prudentia, virtute, ingenio, et doctrina conspicuus: floruisse videtur ad annum 1620.

Vitam, mortem, spiritum, zelum, doctrinam et miracula Servae Dei Teresiae a Jesu, in compendium redacta capita LXI continens.

Scripsit una cum Joanne a Jesu Maria:

« Quod opus latine prodiit Bruxellis ap. Rugerum Velpium anno 1610 in 4., et postea Germanice typis mandatum fuit Coloniae ».

Scripsit insuper:

Epistolam ad R. P. Gabrielem a SS. Sacramento, Procuratorem generalem Matritensem. — De Beata Morte R. P. Melchioris a Matre Dei, definitoris generalis Italicae Congregationis.

(Martial. a S. Io: Bapta. pag. 231).

32. Ioannes a S. Hieronymo II

In saeculo Joannes Garsez natus Ubedae in Hispania die 22 februar. ann. 1579. Pastranae, solemnem emisit professionem die 22 februari anno 1606.

Inter primarios Complutensis Accademiae theologos saeculeris claricus habebatur, cum vitam regularem, non absque magno omnium stupore amplexus est.

Januam in subsidium recens natae Congregationis Italicae missus, philosophiam ibi, et postea Romae Theologiam, summo Doctorum plausu per duodeviginti annos perlegit, atque prioris munere deinceps functus est.

Anno 1631 provinciae Germaniae, SS. Sacramenti titulo Praefecturam occupavit; deinde Romanae provinciae moderator; et tandem anno Christi 1635 die 28 aprilis, in comitiis generalibus Romae, in conventu S. Mariae de Scala celebratis, XI praepositus generalis italicae Congregationis est electus. Quo in Munere, alios verbo et exemplo ad regularem observantiam promovens, sic subditos amavit, ut nunquam potentiorum precibus, si legibus minus congrua peterent cesserit.

Anno Jubilaei 1650, insigni miraculo ab apoplexia, qua ad mortem adigebatur, pede S. M. N. Teresiae (in conventu nostro S. Mariae de scala Romae servato), mirantibus cunctis prodigium, repente sanatus est.

Ejus prudentissimis consiliis plurimi Cardinales ac magnates usi, nunquam obtinere potuerunt, ut quid minimum in proprium aut solatium, aut comodum admitteret.

Omnium virtutum sectator eximius, de corporis sui dissolutione praemonitus, temporalem cum aeterna vita cummutavit Romae die 12 augusti anno Dni 1667 aetatis suae 88, mens. 5, D. 18.

Scripsit:

1. *In univarsam philosophiam commentaria MSS.*

2. *In theologicos tractatus nonnullos commentaria MSS.*

3. *Duas epistolas Pastorales; « quarum 1. disserit De exercitio orationis anno 1636.* Scripta die 22 martii ».

Romae, typ. Ludovici Grignani eod. anno edita in 8.

Item Viennae Austriae typ. Matthaei Formicae, rimiliter in 8., eod. anno.

« Altera tractat — *De obbligatione digniores superiores eligendi — et edita est in Collectione Mediolanensi anno 1671.*

4. *De vita et morte Christi. — De Ejus Sanctissima Matre — ac super Dominicas totius anni. Tom. 2. (Italice).*

5. *Defensorium apologiae P. Nicolai a Jesu Maria Carmelit. Discalc., Poloni; Defunct. Cracoviae, die 5 octobr. anno Christi 1627.*
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 231 et 232).

33. Ioannes a S. Hilarione,

Hispanus, vir doctissimus. — Scripsit, Hispane, librum inscriptum :

Animae recreatio, ac Soliloquia ad Beatissimam Virginem.

« Quibus Ipsam mira teneritudine ac fragrantis amoris delitiis alloquitur ».

(Servat. MS. cum veneratione in Biblioth. Convent. Nri de Reus Principat. Catalauniae.
(Martial. a S. Io: Bapta, ut supr.).

34. Ioannes a Jesu I,

Cognomento Rocca natione Catalanus, ex oppido Sannhuia (dioecesis Urgellensis), Petro Bullon et Elisabetha Rocca parentibus ortus, philosophiae in Accademia Barchinonensi adolescens professor, deinde Complutum petiit, ac in illa praeclara Universitate viris doctissimis eo tempore referta cathedram ambivit. Sed Deo aliter disponente, dum quodam die magistrum Hieronymum Gratianum de Aldorete, tum illius Accademiae doctorem theologum praestantissimum, perorantem audiisset de Sacra et veneranda antiquitate, atque innumeris sanctis Ordinis Carmelitarum, novae Congregationis a S. M. Teresia erectae, se dicare et consacrare constituit. — Quare Pastranam contendit, humili religionis habitu donari petiit et obtinuit Kalendis Januarii, anno salutis 1572, expletoque feliciter tyrocinio, vota solemnia Deo nuncupavit anno 1573.

Tanta polluit in sua Hispanica Congregatione ob ejus zelum ardentissimum et eminentem animi fortitudinem, ut saepius in diversis fuerit locis prior. definitor, provinciae Arragonae provincialis, deinde procurator generalis. Is est, qui Romae a Gregorio XIII Pontif. Max. Bullam Separationis nostrae ab Antiquioris observantiae Carmelitis, pro erectione primae provinciae Hispan. Congregat. (sub obedientia tamen prioris generalis Carmelit.) obtinuit anno 1580 die 22 junii.

Sed et anno 1593 Romam iterum deputatus, alteram obtinuit Bullam a Clemente VIII die 20 decembris, qua Congregatio nostra Hispania, totaliter separata est a prioris generalis antiquioris observantiae juridictione.

Vir, humilitate, modestia, corporis castigatione et districta regularum observantia spectabilis, de sua Congregatione benemeritus cujus fuit firmissima columna, magnus virtutum cultor, ac ingens sanctitatis domicilium.

Ex hac vita, cum maxima sanctitatis opinione, migravit ad Dominum Barchinoniae anno Redemptionis nostrae 1614.

Scripsit:

1. *In universam philosophiam commentaria MSS.*
2. *Tractatum latinum theologiae mysticae MSS.*

« Haec MSS. conservantur in Biblioth. Coenob. Nri Barchinonen. ».

(Vid, De Williers, in suae Biblioth. Carmel., Tom. II, pag. 11, N. 13).

35. Ioannes a Iesu II.

Pastranae Professus, Matriti magister novitiorum, et tandem Provincialis Castellae-Novae.

Vir eminentis virtutis, singularis prudentiae et solidae Litteraturae. Floruit anno 1594.

Scripsit, hispanice:

Instruction del Novicios Descalços de Monte Carmelo.
Matriti ap. Alphonsum Gomez, anno 1591, in 4.
(Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 223).

36. Ioannes a Iesu III.

Patria Victoriensis, prior Corelensis, deinde Medinae de Rio Sicco.

Vir prudentia, integritate, pace, mansuetudine percelebris.

Obiit in coenobio nostro Vallisoletano, anno 1632.

Scripsit Libros valde eruditos.

(Huius Libros valde eruditos se vidisse testatur Franciscus a S. Maria, Tom. 2. Historiae Reformat. nost. Lib. I, cap. 16).

37. Ioannes a Iesu IV.

Anno 1560 Hispali natus ex nobilibus parentibus, et in eadem urbe inter Nostros adscitus est, anno 1583. Biennio post,

nempe anno 1585 ad Occiduos Indos missus in Mexicanas Regiones mirum est, quantum in illis partibus Congregationem suam Hispanicam promoverit.

Prior Angelopolitanus, deinde provinciae S. Alberti Indiarum provincialis, ac definitor generalis denuntiatus fuit. Vir omnibus decoratus virtutibus, summa religione, vitae integritate, regulari observantia, charitate ac doctrina clarus. In Hispaniam reversus, post annum 1632 decessit in conventu Velez Malacae, provinciae Baeticae S. Angeli.

Scripsit plura immortalitate digna. Ex his, quae furtiva manus non tetigit, aut quae recuperari potuere supersunt:

1. *Relatio de Rebus gestis a PP. Carmelit. Discalc. Coenob. S. Sebastiani de Mexico pro Conversione Indorum.*

2. *Relationes aliae de Rebus similiter gestis ab iisdem PP. etc.*

3. *Epistolae Spirituales ad Personas diversi Status, editae Malacae* (Num. 80, satis prolixae) anno 1624, in fol.

4. *Epistolae aliae (prioribus similes) Tomo altero MS., quae asservantur in Archivio Coenob. nostri Matritensis.*

5. *Praeclarissimae Conciones. Tom. 2.*

(MSS. apud Indos suos custodiuntur).

6. *Instructio Religiosorum Carmelitar. Discalc.*

« In qua quemlibet in quocumque Officio eruditissime instruit. »

7. *Relatio suae Vitae.*

8. *De quatuor Novissimis.*

(Repositus fuit MS., in Biblioth. Il.mi Episcop. Oxomensis Ioan. de Palafox).

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 247).

38. Ioannes a Iesu Maria I.

Natione Hispanus, patria Calaguritanus (S. Dominici Ord. Fratrum Praedicatorum Fundatoris, et Fabii Quintiliani Oratoris praestantissimi Concivis); Didaci a S. Petro, philosophiae ac medicinae doctoris eximii, et nobilissimae ac piissimae Annae de Uztarros Filius unicus; unde ante religionis ingressum dictus est Ioannes de S. Petro et Uztarros natus die 27 ianuar. an. 1564.

Mirabilis erga puerum nondum natum enituit Divinae Providentiae dignatio: Mater siquidem gravida, per gradus domus corruens, ossis Tibiae fractionem, acutissimosque in eius curatione dolores perpessa absque dolore, sine obstetricis, aut famularum adiutorio, repentine ipsum enixa est. Futuram illius sanctitatem eidem Matri, Ioannis Matertera (vocata Theresia Espanola) opinione sanctitatis inclyta, morti proxima, sic praenuntiavit hilari vultu: *Laetare Anna: vidi enim, inquit, Filium tuum Romae inter Fratres Carmelitas Discalceatos, eorum habitu vestitum, et Sanctitatis gloria praeclarum.* Quinquennis solum tum Ioannes erat, maternae devotionis voto, Sancti Francisci habitum gestans: vixque tum noti Carmelitae Discalceati, ab uno Anno in tugurio Durveli latentes.

Anno 1582, quo S. M. Teresia a Iesu obiit, inter hos Carmelitas Discalceatos in celebri Pastranensi novitiatu receptus est, quo, miro fervore et omnium virtutum exercitio transacto, sequenti anno 1583 solemnem emisit professionem.

Anno 1585 Ianuam ad Mare Ligusticum mittitur ad novum S. Annae coenobium, ut ibi sacram disceret theologiam sub magisterio venerab. P. Dominici a Praesentatione (vid. art. prop.) Hispani, qui fuit in celebri Accademia Granatensi publicus professor et doctor.

Anno 1593 in comitiis generalibus totius Ordinis Carmelitarum, Cremonae habitis (ubi ex conventione facta, Carmelitae Discalceati ab antiquioribus Carmelitis omnimode separati sunt), tanta doctrinae profunditate, tanta sermonis facundia, et charitate publicas theses propugnavit, ut magnum Reformationi nomen aquisierit.

Inde statim Ianuam remissus novitiorum educationi praeficitur: vocatus postea Romam, ut cum primis Congregationis Italicae incumberet edendis Constitutionibus; iterum, anno 1598 ibidem magister novitiorum electus est.

In primo capitulo generali, nostrae Italicae Congregationis Romae celebrato anno 1605, definitor generalis proclamatus, et cum aliis patribus institutum missionum ad infidelium conversionem amplexatus est.

In secundo capitulo generali anno 1608, procurator generalis.

In tertio autem anno 1611 die 28 aprilis, fuit omnium gratulatione Ill. praepositus generalis renunciatus.

Postea in conventum S. Silvestri Tusculanum (italice Frascati) secedens, vir rarae sanctitatis, innocentissimae vitae, admirabilis probitatis ac profundae doctrinae laudibus illustris: Deo et B. Virgini charus, Paulo V. Pontif. Max., et E.mis et R.mis S. R. E. Cardinalibus, aliisque Magnatibus familiaris, iam coelo maturus, praenuntiato ultimo vitae suae die, Ecclesiae Sacramentis rite munitus in Festo Ascensionis Domini anno 1615 die 28 maii, purissimam animam in manu Redemptoris triumphantis reddidit.

Eius corpus integrum et incorruptum asservatione magna veneratione in Ecclesia praedicti nostri [Coenobii S. Silvestri

Purissima latinitate scripsit quae seqq.

1. *Cantici Canticorum Interpretatio.*

« Ptolemaeo Cardinali Comensi inscripta. »

Romae apud Stephanum Paulinum, ann. 1601.

2. *Instructio Novitiorum.*

« Dedicata R. P. Petro a Matre Dei. »

Romae ap. Carolum Vulliettam anno 1605.

« Quam deinde R. P. Dominicus a Iesu M.a, in italicum sermonem ab uno ex nostris patribus traductam, edi curavit Romae, anno 1612. »

3. *Instructio Magistri Novitiorum.*

« Congregationi S. Eliae FF. Discalceator. Ord. B. M. de Monte Carmelo dedicata. «

Neapoli ex Typ. Tarquinii Longi ann. 1608, in 8.

4. *Liber de Prudentia Iustorum, è verbis Sacrae Scripturae, magna ex parte contextus. Pacifico Regi cordium Iesu Christo consecratus.*

Ibidem ap. eumdem Typ. ann. 1607 in 8.

5. *Stimulus Compunctionis, similiter ex verbis Sacrae Scripturae concinnatus.*

6. *Lamentationum Ieremiae Prophetae Interpretatio.*

« In tres paraphrases: historicam, scilicet allegoricam et tropologicam discreta, cui subiicitur tropologici sensus expensio. »

« Dominico Episcopo Cardinal. Ordinis Protectori nuncupata. »

Neapoli ex Typ. Tarquinii Longi anno 1608 in 8.

7. *Interpretationes in Psal. 136, 83, 41.*

8. *Compendium Vitae S. Matris Nostrae Teresiae a Iesu.*

« Ad SS. Paulum V. Pontif. Max. »

Romae ap. Stephanum Paulinum anno 1609 in 4.

Alia editio prodiit Coloniae Agrippinae, 1814.

9. *Schola Orationis, Contemplationis, Mortificationis, Passionum et aliarum Materiarum principalium in doctrina spirituali.*

« Fratribus ac Monialibus suae Congregationis, italico idiomate.

Romae ann. 1611 et 1629.

10. *Paraphrasis in Librum Iob.* « Cui subiicitur brevis Expositio litteralis, vel tropologica, vel mixta. — Ad Ill.mum Cardinal. Montaltum. »

Romae Typ. Gulielmi Facciotti anno 1611 in 4.

11. *Liber de bono usu Curiae,* « compendio scriptus. »

« Io. Garsiae Cardinal. Mellino dicatus.»

Romae apud Iacobum Mascardum ann. 1612 in 12.

12. *Liber de bono usu, contemptuque bonorum, divitiarum ac voluptatum.*

« Compendio scriptus. »

« Invictissimo Romanorum Imperatori Matthiae, semper Augusto. »

Romae ap. Iacob. Mascardum anno 1613.

13. *Stimulus secundus Compunctionis,* « in quo proponuntur motiva praecipua, magisque efficacia ad eliciendam peccatorum contritionem (italico sermone). »

« Ad Christianissimam Reginam Galliarum regentem Mariam Mediceam. »

14. *Liber de studio Pacis,* « compendio scriptus. »

« Odoardo Farnesio dedicatus. »

Romae ap. eumd. Typ. eod. anno.

15. *Ars Gubernandi,* « compendio scripta. »

« Cardinal. Burghesio dicat. »

Romae ut supr. N. 12.

16. *Tractatus de Amore, Cultuque Reginae Coeli*, « compendio scriptus. »

« Ad SS. Paulum V. Pontif. Max. »

Romae Typ. Iac. Mascardi, ann. 1615.

17. *Disciplina Monastica*, « Exhortationibus digesta in regulam primitivam fratr. Discalceat. Ord. B. V. de Monte Carmelo, R. P. Ferdinando a S. M.a praeposito generali, nuncupata. »

Romae ap. eumd. Typ. et eod. ann.

18. *Ars Concionandi*, « compendio scripta. »

« Cardinal. Roberto Bellarmino, dicat. »

Romae ap. Iacob. Mascardum anno 1610.

19. *Disciplina Claustralis. — Italico Sermone.*

20. *Ars amandi Deum. — Id.*

21. *De Custodia Legum.* (*)

22. *Instructio Principum.*

23. *Theologia Mystica.*

24. *Schola Iesu Christi.*

25. *Epistola Christi ad Hominem.*

26. *De bona Educatione Pueritiae*

27. *Ars vivendi spiritualiter.*

28. *Ars bene moriendi.*

29. *Epistolae diversae.*

30. *Hymni Spirituales.*

31. *Via Vitae.*

32. *Liber de Regimine Monastico.*

33. *Expositio in Symbolum.*

34. *Compendium Vitae Ven. P. Petri a Matre Dei.*

35. *Orationes tredecim in Natali B. Teresiae.*

36. *Orationes in laudem S. Thomae Aquinatis.*

37. *De Missionibus Tractatus quatuor.*

38. *Phisiologia interioris Hominis.*

39. *Professio Fidei.*

(*) Huic Tractatui *De Custodia Legum*, adiunguntur duae Epistolae; quarum 1.a ad suos subditos scripta est cum praepositi generalis fungeretur officio. — 2.a In fine sui generalatus veniam petit defectuum, quos in efficii sui administratione irrepsisse putabat.

40. *Praxis de Amoris delectu.*

41. *Exercitium praeparatorium ad Natalem Domini.*

42. *Affectus varii SS. Virginis Mariae erga Filium suum.*

43. *Epistolae Anagogicae.*

44. *Epistolae Paraeneticae.*

45. *De Oratione Tractatus.*

46. *Exercitium ad obtinendam Perfectionem.*

47. *Poemata Sacra.*

48. *Tractatus de Sacramentis.*

49. *De Scientia Dei.*

50. *Silva locorum communium.*

51. *Epitome Concionum.* — Et alia quaedam etc.

« Haec Opera, pluribus in locis separatim edita, et ex his plura diverso donata idiomate sunt.

« Simul collecta prodierunt Coloniae Agrippinae tribus Tomis in fol. ann. 1622. »

« Iterum in eadem urbe auctiora in quatuor Tomos, in fol., prodierunt anno 1650. »

« Demum, cura et labore doctissimi P. Ildephonsi a Sancto Aloysio, ex-provinciali provinciae Etruriae aucta et illustrata prodierunt Florentiae anno 1771. »

(Martialis a S. Io: Bapt., pag. 232, ad pag. 246. — De Williers Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 12, usq. ad pag. 17, N. 14 — et praedict. Ildephons. a S. Aloysio, Tom. I, pag. XXXIII et XXXIV.)

39. Ioannes a Iesu Maria II.

Hispanus, iuris-canonici peritissimus.

Reliquit Tom. I, in 4., ubi continetur :

1. *De Visitatoribus Regularibus.*
2. *De Ordine Iudiciali.*
3. *De Privilegiis.*

« Qui Tomus MS., servatur in Catalaunia, in Conventu nostro Mataronensi. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 247).

40. Ioannes a Iesu Maria III.

Hispanus. Professionem solemnem emisit in Conventu nostro Tusculano S. Silvestri prope Romam, die 26 februarii anno Domini 1620.

Sedulus Dei minister in Indiis Orientalibus; cum Diviense Coenobium regeret mortem laetus aspexit.

Scripsit tum latine, tum hispanice:

1. *Volumen Carminum facili et eleganti vena.*

Scripsit etiam:

2. *Conciones pro praecip. Anni Festivit.*

3. *De Mysteriis Christi.*

4. *De Gestis Missionariorum quorumdam Carmelitar. Discalceat.*

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra pag. 247.

41. Ioannes a S. Ioachino

In oppido Sesma, Episcopatus Pampilonensis, professionem emisit in Tudensi nostro coenobio. Vir doctus, ac solitudinis amore captus.

Edidit hispanice:

Descriptionem nostrae Eremi De Batuecas, cum vitis quorumdam Eremitarum, qui ibi Sanctitate floruerunt.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 248).

42. Ioannes a S. Ioseph I

Navarrus. — Edidit Pampilonae:

Tomos duos suarum Concionum. in 4.

(De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit., pag. 19). Martial. a S. Io: Bapta, pag. 248.

43. Ioannes a S. Ioseph II

Prior Bolarcensis in Hispania: Vir in SS. Patrum, et historiae ecclesiasticae lectione exercitatissimus.

Scripsit:

Vitam venerab. sororis nostrae Mat. Annae a S. Augustino. T. I. in 4. « MS. asservatur in coenobio nostro Burgensi ».

(De Williers, ut supr. Martial. a S. Io: Bapta, pag. 248).

44. Ioannes a S. Ioseph III

Catalanus, Vir religiosissimus. — Transmisit ad posteros:

1. *De Divinae Legis Meditatione. T. I, in folio. (Latine).*

2. *Historiam Regularem tum Religiosorum, tum Monialium, qui in Provincia Cataloniae, Sanctitatis fama clari decesserunt. T. I, in fol. (Hispanice).*

Barchinonae, anno . . . .

(De Williers, ut supr.) Martial a S. Io: Bapta, loco citato.

45. Ioannes a S. Ioseph IV

Malacitanus, propter linguae Latinae peritiam, Latinus dictus, in provincia Boetica Superiori, praecipuorum Conventuum prior; in Collegium Malacitanum se conferens, pluribus annis in Juribus, in sacra theologia, ac synodi examinatoris munere se exercens, magnam apud suos, et apuo exteros, scientiae famam sibi comparavit.

Obiit anno Reparatae salutis 1712.

Plura monumenta historica reliquit, inter quae eminet.

Historia Malacitana. T. I, in folio. « MS. servantur in coenobio nostro Malacitano ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 248).

46. Ioannes a S. Maria I

Coenobii Toletani. Vixit circa annum 1690, scribens:

Relationem de Virtutibus et Sanctitate S. P. N. Joannis a Cruce.

(Ita Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 527).

47. Ioannes a S. Maria II

Ubedensis in Boetica Superiori, Instituti nostri tenacissimus observator; modestia, humilitate, poenitentia, alisque virtutibus insignis; in sacra theologia scholastica, mystica, morali, positiva, atque expositiva, nulli secundus sui temporis. Concionibus suis peccatores plurimos ad seriam poenitentiam convertit, ac de luto foecis eduxit. His, aliisque pietatis exercitiis insistens Arundae magno sui animi jubilo, ad aeterni praemii consortium, ex hac vita migravit, anno Dni 1701. — Reliquit:

1. *Conciones de Quadragesima.*
2. *De Dominicis per Annum.*
3. *De Festis Sanctorum, ac B. Virginis. Tom. IV.*

(Martial. a S: Io: Bapta, pag. 248).

48. Ioannes a Matre Dei I

Natione Hispanus diversis in Locis prior, definitor generalis Hispanicae Congregationis, anno 1655 electus. Vir doctrinae, ac regularis observantiae laudibus insignis:

Scripsit :

1. *Annotationes in privilegia Carmelitarum Discalceatorum.*

(Earum meminit Joannes Bapt. de Lezana in Mare Magno et Regula Carmelitar.

2. *Orationem funebrem venerab. sororis Nrae Matr. Teresiae a Jesu* (de Velaz, Vallisoletanae), quam dixit anno 1630 die Lunae postera Dominicae Quasi modo « dum Illmus Joannes Torres Ossorius Episcopus Vallisoletanus officium solemne cum musica in Ecclesia Monialium dicti Monasterii, coram tota civitate celebravit ».

(De Williers Tom. II, Biblioth. Carmelit. pag. 54, N. 51).

NOTA - « Confundi non debet cum altero Ioanne a Matre Dei, natione Hispano, patria de Medina Sidonia, vel Frenegal olim Abbate eremitarum, postea Carmelit. Discalc. in Coenob. Pastranensi, Rectore Collegii S. Cyrilli Complutensis anno 1585, postea in Mexicum misso, theologo, et Concionatore egregio, cuius meminerunt Hieronymus Gratianus a Matre Dei, et Franciscus a S. Maria lib. 7 Historiae Generalis Congregationis Hispanicae, cap. 4.

« Attamen de Eo nihil certum, inquit Ludov. Iacob in sua Biblioth. Carmel. MS. pag. 230 ».

49. Ioannes a Matre Dei II

Natione Hispanus, patria Matritensis, fervidus provinciae Flandro-Belgicae (Congregationis Italicae) promotor, sapientia, virtute ac eloquentia conspicuus, concionator regius, pluries prior, definitor et quinquies provincialis Flandro-Belgicae Prov.

Emo Principi Ferdinando Cardinali Hispaniae Infanti, Archiepiscopo Toletano et Belgii Gubernatori a sacris confessionibus et theologus.

Romam comitatus est Christinam, sueviae reginam, cumque haec solemni ritu ecclesiae catholicae reconciliaretur, concionem habuit.

Obiit Bruxellis, die 3 julii anno Domini 1673.

Scripta ejus hispanico idiomate sunt :

1. *Oratio funebris in exequiis Ser.mae Isabellae-Clarae-Eugeniae Hispaniae Infantis.*
Bruxellis anno 1634 in 4.

2. *Oratio funebris, in exequiis Exmi Caroli-Philippi de Croy, Ducis Havraei, Marchionis Rentiani.*
Ibidem anno 1642 in 4.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 248 et 249).

50. Ioannes a Matre Dei III

Collegii nostri Salmanticensis: cujus prodiit:

Volumen Concionum, ac Declamationum Hortatoriarum et Regularium.
Matriti anno 1699 in folio.

51. Ioannes a Matre Dei IV

« Forte idem cum praecedenti: Siquidem eodem tempore florebat; cujus nomine servatur in Bibliotheca coenobii nostri Abulensis volumen vastae magnitudinis continens ».

Conciones ac Consulta varia MSS.

52. Ioannes a Matre Dei V

Boeticus, in exercitio orationis et contemplationis plurimas opes congessit, quas in medium produxit, libr. a se Hispane edit., cujus inscriptio est:

Summa orationis mentalis « pro Tyronibus nostris multoties excusa, ac ultimo ».
Hispali anno 1701.

53. Ioannes a Matre Dei VI

Cujus habentur Tom. VII in 4. variarum rerum spiritualium, ac mysticarum suppellectili constantes: ac plurima Poemata et Carmina miram pietatem redolentia.

« MSS. osservantur in coenobio nostro Hispalensi S. Mariae de Remediis ubi obiit »,
(Haec cursim refert Martial. a S. Io: Bapta, pag. 249 citata superius)

54. Ioannes a S. Michaele,

Hispanus provinciae Boeticae, cui adaptari potest illud Photii de Athanasio ad Tharasium idest.

« In sermonibus ubique locutione clarus est, et brevis, et simplex, acutus tamen et altus et argumentationibus omnino vehemens, et in his tanta Ubertas, et admirabilis. Logicis autem methodis, nihil tenuiter, nihil juveniter, ut pueri et rudes, sed philosophice et magnifice »,

Obiit anno 1730. — Scripsit:

1. *Commentaria in primam partem D. Thomae Aquin, de quaestionibus proemialibus de Deo uno.*

2. *De Visione Beatifica, ac Lumine gloriae.* Hispali anno 1720.

3. *De Scientia Dei.*

4. *De Voluntate Dei.*

5. *De Praedestinatione Sanctorum.*

6. *De Reprobatione Impiorum.* Barchinonae ex typographia Ordinis anno 1723.

(Martial, a S. Io: Bapta, pag. 249).

55. Ioannes a S. Petro

Boeticus, in oppido Linaros natus, in Hispanica sua Congregatione celebris; unacum sacrae theologiae studiis, vitae integritatem, ac regularem observantiam conjunxit. Semel et iterum novitiorum magister electus, verbo et opere illos excellentissime docuit, ac omnibus quae ad primaevum Institutum sustinendum deserviunt, feliciter imbuit. Solitudinis amore captus, eremum B. Mariae Virginis ad Nives religiose gubernavit: ubi anno 1710 hora et die a se praesignatis, animam placidissime deposuit, in conspectu Dei praesentandam, ac inter coelites aeterna duratione victurum.

Servantur in praedicta Eremo Tom. duo MSS., quorum tituli:

1. *De Materiis omnibus ad mores pertinentibus.*

2. *De Virtutibus, et Mediis aquirendae Contemplationis.*

(De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmel., pag. 92, N. 112 post Joann. a Sanctis).

56. Ioannes a Regibus.

Natione Hispanus, in Castella Veteri ortus, Pincianeque ad nostrum Institutum admissus, pluriumque conventuum prior, in

provinciam S. Alberti Mexicanam translatus, ingenii ac eruditionis profundae argumenta praebuit ad annum 1641. Cum enim quidam declamator, e suggestu dictaret Lobiniani delirium, nec non quorumdam Rabbinorum commentum, Prophetam Eliam ex uxore, quam ab eo ductam volebat, plures genuisse liberos, delatum aucthorem ad Inquisitionis Tribunal, Palinodiam canere coegit ac scripsit:

Apologiam pro Virginitate Eliae Prophetae, quam primus ex voto servavit, adversus quemdam concionatorem qui temere dixerat Matrimonium Eum contraxisse.

Mexici anno 1641 editam.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 254).

57. Ioannes a Resurrectione I.

Giennensis, provinciae Boeticae provincialis, ac Indiarum definitor generalis protector; regulari observantia insignis, pluribus dignitatibus, ac Malacitani collegii nostri rectoratu laudabiliter functus, ibi vivere desiit anno 1723, postquam

Vitam S. P. N. Ioannis a Cruce, per Ioannem a Iesu Maria conscriptam, ac Bruxellis, insciis aucthore et Praelatis Hispaniae excusam, ad incudem revocasset, et suo pro illius aucthore apologiam, quam in fronte Operis affixit.

Malacae anno 1617.

(Martial. a S. Io: Bapt., ut supr.)

58. Ioannes a Resurrectione II.

Giennensis in patrio coenobio professus, magno ingenii acumine praeditus, ab adolescentia collegiorum exercitiis addictus in Giennensi per novem annos, theologiam moralem et plura consulta ad hanc materiam pertinentia reliquit post mortem, quae ibi contigit anno 1726, aetatis suae 40.

Praedicamenta insuper, Biblica ab Emmanuele a S. Hieronymo elaborata ad meliorem formam redegit. (De isto doctiss. P. Emmanuel, a S. Hieron. vid. art. prop.)

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 250).

59. Ioannes a SS. Sacramento I.

Natione Hispanus, Pastranae professus; sed postea Italicae Congregationi aggregatus, et Cracoviae novitiorum magister,

theologus et concionator celebris, ex hac vita migravit Panormi ad Orethum Fluvium in littore maris, anno Christi 1620, postquam scripsisset:

Sermones varios de SS. Sacramento Altaris.

(De Williers, Tom. II suae. Biblioth. Carmelit., pag. 88 N. 107).

60. Ioannes a SS. Sacramento II.

In Hispania ad Civitatem Regalem natus ex Ordine Calatravensi sacerdos, in militiam Carmelit. Discalc. transiit, votis Vallisoleti emissis. Diversis in locis prior, ac in comitiis generalibus Pastranae habitis anno 1655 die 17 aprilis, suae Hispanicae Congregationis definitor generalis electus est.

Obiit autem hic vir religiosae vitae tenax, et in utroque iure peritissimus, anuo 1659, Matriti.

Egregium edidit Librum, cui titulus praefigitur:

Prior Claustralis, sive Disquisitiones Regulares, de Officio et Potestate Prioris Claustralis, et de Vicario Religioso.

Segoviae anno 1638 in 4.
Item Matriti ap. Didac, Diaz de la Carrera ann. 1655 in 4.
Item Coloniae ap. Ioann. Busaeum anno 1665 in 4.

« Studio et ope Pauli ab Omnibus Sanctis Convent. nostri Confluentiae Prioris, qui ad calcem Operis adidit Elucubrationem Petri ab Angelis inscriptam:

Iudex Regularis.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 251).

61. Ioannes a SS. Sacramento III.

Natione Lusitanus, ortu et professione Ulyssiponensis. Per plures annos in Conimbricensi nostro collegio, theologiae professor, in ea facultate, ac in sacra scriptura peritissimus, concionandi munus etiam in Capella Regia, cui erat addictus, adeo eloquenter explevit, ut omnium ora in eius laudem resonarent: .

Edidit:

Sermones varios, et Tomum Secundum Historiae Carmelit. Discalc., Provinciae Lusitanae.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 251).

62. Ioannes a SS. Sacramento IV.

In Indiis Orientalibus natus, e conventu Goensi, in Regnum Canara, et urbem Mangalor, Evangelicae praedicationis causa missus, pluribus conversis infidelibus, Goam revertitur, Dominico a S. Nicolao individuus usque ad mortem permanet: et tam vitae quam mortis ipsius anno Dni 1654 die 14 iulii amplam Defuncti historiam descripsit.

(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 137 et 251).

63. Ioannes a Sanctis I.

Theologus praeclarus et philosophiae in [nostro Complutensi collegio professor celebris. Religione praeterea et pietate conspicuus: unus fuit ex illis doctissimis PP., qui composuerunt circa ann. 1640, et ediderunt:

Cursum Philosophicum Complutensem.

« Cuius logicam edidit Didacus a Iesu. »

(De Williers, T. II, suae Biblioth. Carmel. pag. 92, N. 112).

64. Ioannes a Sanctis II.

Cognomento Brinal, patria Sadiviola (Dioeces. Calaguritanae).

Solemnem emisit professionem Pastranae, anno 1587.

Fuit magister novitiorum Toleti et pluries prior. — Obiit Toleti; vir omnibus decoratus virtutibus, ut constat ex Lib. II. Annal. hispan. congregat., cap. 38.

(De Williers, ut supr., loco citato).

65. Ioannes a Spiritu Sancto.

Natione Hispanus, ex Vico Eneifo, Dioeces. Calagurritanae; magister novitiorum, pluries prior, provinciae Castellae provincialis; deinde anno 1622 procurator generalis in curia Romana; tandem Congregationis Hispanicae, anno salutis 1625, Pastranae; et 1637 generalis absens electus est.

Vir prudentia, animi moderatione vitae austeritate, oratione, poenitentia et eruditionis fama illustris. — Obiit Durvelii post annum 1643.

Edidit, hispanico idiomate:

1. *Elogium virtutum, donorumque coelestium venerab. Sororis nostrae Matr. Isabellae a S. Dominico. — Anno 1630.*

2. *Consuetudines Sanctae pro Hispanica Congregatione Carmelit. Discalc.*

3. *Epistolam Pastoralem ad Religiosos, et Moniales suae Congregationis, « De Vitae Christianae Perfectione. »*
Toleti anno 1627 in 12.

4. *Epistolam alteram ad Eosdem.*
Prodiit anno 1639 in 12.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 251).

66. Ioannes a S. Teresia

Toletanus, Vallisoleti professus, coenobii de Manzanares Murciano, ac Toletano praefectus.

Edidit:

Sermones varios.
(Martial. a S. Jo: Bapta, ut supr)

67. Ioannes a S. Thoma.

Provinciae Castellae-Veteris alumnus. Floruit summa eruditione, quam assidua SS. Patrum lectione hausit. Plures scripsit Libros in nostro Burgensi collegio, in quo obiit anno 1683, asservatos.

Sunt autem sequentes :

1. *Sermones varii, in 4.*
2. *Discursus varii, in 4.*
3. *Pratum Spirituale, in 4.*
4. *Patrocinium Dei-parae, in 4.*
5. *Thesaurus Praedicatorum, in 4.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 252).

68. Ioannes a Virgine

Quem Hieronymus Garcia in sua politica regulari, magnum theologum, ac jurisconsultum saepius nominat, splendidum suae patriae Hispalis, ac religionis nostrae decus, in coenobio oppidi de la Mancha Real, ita evolvendis utriusque juris voluminibus incubuit, ut sui temporis oraculum haberetur et sententiae illius ut jura ab altioribus tribunalibus reputarentur.

Praeclarissima edidit :

Commentaria in totum Jus Canonicum, Tom. XII.
« Quorum plura typis edita, alia summo studio servantur in Collegio nostro Hispalensi ».
(Martial. a S. Io: Bapta, loco citato.

69. Ioannes-Albertus a S. Ioseph

Panormitanus: in saeculo Joseph Pasquali, ex Nobilibus Matthaeo et Laura genitoribus ortus. In eadem civitate Panormi in conventu S. Isidori vestem religiosam induit, anno 1637 die 17 martii et anno sequenti solemnem emisit professionem. In religiosae vitae limine totum se addixit divinae contemplationis exercitio, in arcanis mysticae theologiae et animabus in viam salutis dirigendis, omnibus superior. In magistrum novitiorum pluries electus, incredibili zelo, prudentia, magis adhuc exemplo, ad perfectionis tramitem trahebat, in regulari observantia praestantissimus, ac omnibus virtutibus insignis. Matritum ad expedienda quaedam provinciae suae negotia missus, ibi meritis clarus vitam cum morte commutavit anno 1678.

Edidit., italico sermone:

1. *Spirito delle azioni della vita umana.*
Palermo 1651 p. Pietro dell' Isola in 8.

2. *La pietà Palermitana per aiuto de' moribondi.*
Ivi 1672 p. Pietro Camagni in 12.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag· 252).

70. Ioannes-Albertus a S. Michaele

Mediolanensis, ex illustri familia Rodriquez natus 22 febr. ann. 1721. Vestem Teresianam induit Mediolani die 28 decembr. 1737 et anno seq. die 29 ejusd. mensis solemnia vota dixit. Fuit praelector, pluries prior, definitor, atque Longobardiae LIX provincialis electus in Comitiis Bononiae habitis die 9 maij anno 1778. — Fuit etiam a sacris confessionibus Sermi Francisci III Mutinae Ducis, atque theologus. Obiit Parmae actualis prior, 8 febr. ann. 1789.

Vir in gubernandis subditis summa prudentia ac politica praeditus, nec non minori charitate ac zelo regularis observantiae claruit.

Scripsit, italice:

Litter Pastoral. ad Religios., et Monial. suae provinciae.

Reliquit MSS. *quamplur. Dissertat., Tract. Theolog., Juris Canonici, atq. Orat. Panegir., quae olim asservab. in Biblioth. illius Coenob.*

(Ita ex Necrolog. Convent. Parmensis).

7l. Ioannes-Ambrosius a S. Catharina

Mediolanensis electus XXVII provincialis Longobardiae, in Capitulo Mediolani celebrato die 12 maij anno 1685. — Actualis provincialis ibi, obiit cum fama sanctitatis die 24 octobris anno Dni 1687, aetatis suae 56. — Scripsit:

Litter. Pastoral. ad suos subditos. — (Italice).

(Necrolog. Longobard. Provinc. pag. 16).

72. Ioannes-Andreas a Cruce,

Panormitanus, in saeculo dictus Nicolaus, utriusque juris doctoris Joannis-Andreae Rusciani et Antoniae filius, ibi natus est, anno 1640. Florescente adhuc aetate, dum philosophiae, ac amaenioribus litteris operam daret, a Deo ad nostrum Institutum vocatus, illud ibidem in conventu S. Isidori amplexus anno 1656 et sequenti, professione emissa, cunctas quas maximo studio in tyrocinio aquisivit virtutes, tenacissime ad ultimam usque vitae lineam retinuit, ac praecipue externam corporis modestiam, qua intuentium animos rapiens, mores eorum componebat. In regulari observantia nemini secundus, regulae, constitutionum, ac Legum Ordinis custos fidelissimus, Tyronum magister illos adhortationibus suis, movens et erudiens, omnibus antèibat. Plures theologiam docuit, ac in perorando e suggestu, eminentissimi ingenii laudem promeruit. Plurium convertuum regimini praefectus, in iis semper regularem observantiam promovit. Dum prioris munus exerceret Catanae, praenuntiato mortis die ante plures menses, ibi feliciter obiit, die 16 augusti anno Dni 1681.

Edidit, italico idiomate:

1. *Vitam, virtutes et exempla venerab. sororis Nrae Geltrudis a Jesu Maria, Melitensis.*

Romae anno 1671 per Mancini in 4.

« Anno praecedenti 1670 (suppresso nomine) edidit librum inscriptum » :

2. *Pax et tranquillitas Catanensis conturbata per vomitum Ignis e Monte Etna, 2 martii anno 1669.*

Panormi 1671 p. Petrum ab Insula in 12.

(Martial a S. Io: Bapta, pag. 252).

73. Ioannes-Andreas a S. . . . . (*),

Januensis, ex nobilissima familia Centurioni, Vir singulari virtute, pluribusque scientiis praeditus. Floruit saeculo XVII quo typis dedit:

Litteras eruditas (ut inquit Augustinus Oldoinus, in suo Athenao Ligust. pag. 296 et 445, ubi designatur frater germanus venerab. sororis nostrae Paulae a Jesu defunct. Viennae in Austria die 15 januar. anno 1646).

74. Ioannes-Augustinus a S. Angelo,

etiam iste Januensis, Italicae Congregationis definitor generalis ac provinciae Avenoniensis generalis visitator.

Obiit Genuae S. Annae 14 aprilis 1660 meritis et virtutibus dives

Scripsit, circa annum 1643 librum:

De dictionibus Haebraicis « cujus meminerunt Isidorus a S. Iosepho, in vita venerab. Ioannis a Jesu Maria, Italicae Congregat. Praepositi generalis. Idem, Tom. I Annal. Congregationis Italicae lib. II, cap. 7 et Ludovic. Iacob, in sua Bibliotheca Carmelitana MS. pag. 181 ».

(Ex Necrologio S. Annae, Genuae).

75. Ioannes-Augustinus a Nativitate B. V.,

Illustri familiae Senensi Tartaglia ortus. Litteris humanioribus ac philosophia feliciter emensis, cum quartum theologiae annum percurreret, mundum relinquere cogitans, R. P. Ioanne de Lugo, tunc magistro suo (ac postea S. R. E. Cardinali), probante, Institutum nostrum praelegit, eadem die, qua ad lauream pubblicas Theses urbis universae plausu defenderat,

(*) V. Art. Ioannes-Maria a S. Ioseph qui forsan est hic idem.

coeteris valere jussis, nostris, qui aderant se adjunxit, ac novitiatum ingressus est, habitu indutus die 8 septembris anno Dni 1631. Professione emissa, anno sequenti, lector S. Theologiae in urbe destinatus, ab aliis ejusdem facultatis magistris, ingenii profunditate, ac perspicuitate in difficilioribus explicandis difficultatibus, singularem laudem retulit. Inde in eodem S. Mariae de Victoria Collegio, majori semper fama, fidei controversias missionarios nostros edocuit. Occasione pravae Jansenii doctrinae, ab Innocentio X Pontif. Max., etiam absens ab urbe, in numerum censorum adlectus est, et anno 1652 saepius discussis ejus erroribus, decies cum omnes coram summo Pontifice interesse contulissent, ingenii subtilitate sic emicuit, ut communis opinio fuerit statuisse eumdem summum Pontificem Eum ad Cardinalitiam dignitatem evehere: statim ac promotione facta, cognovit noster Ioannes-Augustinus, impletum esse numerum, humi prostratus, gratias egit Bmae Virgini, quod in suo statu, inter filios reliquisset.

Ad evitandos Curiae tumultus, decreverat urbem relinquere, sed ab Innocentio retentus, inter qualificatores inquisitionis; a successore Alexandro VII, ob veterem amicitiam ei valde propenso, munere consultoris Congregationis Rituum decoratus, ab Eo in omnibus litterariis Sanctae Fidei negotiis occupatus est.

Anno 1670 apoplexiae morbo correptus, jamque morti proximus, ac sacro Oleo inunctus, medicorum ope liberatus, biennio supervixit; mortis adeo memor, ut eam omni hora praestolaretur. Purgata itaque conscientia per omnem anteactae vitae confessionem, die 8 septembris anno Reparatae salutis 1672, anniversaria suae conversionis redeunte die, ad melioram vitam transivit.

In Romana sua provincia prioris, definitoris ac provincialis, atque in tota Congregatione definitoris generalis muneribus functus.

Scripsit:

1. *Volumen Concionum in 4.*

2. *Animadversiones in quinque propositiones e libris Cornelii Jansenii,, Episcopi Yprensis de gratia exerptas.*

« Quae leguntur editae cum tredecim theologorum

selectorum suffragiis, seu votis summo Pontifici Innocentio X, scripto traditis: anno 1654 in 4.

« Prodierunt etiam anno 1662 in folio ad calcem diarii, per Ludovicum de S. Amore, Gallice scripti pag. 174 et seqq.

« Prodierunt etiam in 8. ad calcem litterarum provincialium Ludovici Montaltii editarum Coloniae, anno 1658, pag. 571 et alibi passim ».

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 253. — De Williers, T. I, suae Biblioth., pag. 740, N. 89).

76. Ioannes-Augustinus a S. Paulo

Mediolanensis, in saeculo Ioannes-Augustinus Bertarellus, nuncupatus.

Carmelitis Discalceatis nomen dedit, anno suae etatis decimoquinto, in patrio coenobio. Emissa professione totum se pietati atque litteris dedit, adeo ut in poetam, oratorem, atque theologum ex integro evaserit. Philosophiam nec non theologiam Bononiae, ac Cremonae summo cum plausu docuit, variosque conventus patrium, bis Bononiensem, atque Parmensem prudentissime rexit. Definitor etiam extitit suae Longobardiae provinciae, atque visitatoris generalis munus in regionibus Pedemontii, Burgundiae, atque Germaniae exercuit; et summa cum laude in vicarium generalem totius regni Poloniae assumptus, et nominatus fuit, dum Bononiae erat secundo actualis prior.

Notatu dignum est quod Carolus II Britanniae Rex, dum Coloniae moraretur, apud nostros PP. prandio donatus, convivam voluit habere P. Ioannem-Augustinum, et a quodam regis secretario latina oratione laudatum: Ille vero ex improviso orationem in integram summa eruditione in laudem regis, omnium circumstantium admiratione, convertit. Merita illius optime cognoverunt Ferdinandus III, Romanorum Imperator, Cardinalis Farnesius, nec-non innumeri alii Viri, dignitate ac virtute praestantissimi, a quibus et a suis sodalibus honores, aludesque quam plurimas obtinuit, usque dum mors ipsum eripuit Cracoviae, die 2 aprilis anno Redemptionis nostrae 1660, aetatis suae 44.

(Ut ex Necrolog. Longobardiae Provinciae, pag. 9).

« Ejus opera inedita quae MSS. asservabantur olim in coenobio nostro Mediolanensi inscribuntur » :

1. *Commentaria in Psalmos primum et quinquagesimum.*
2. *Currus Ezechielis.*
3. *Commentaria in Epistolam S. Pauli ad Haebraeos.* — « Haec tria commemorat Jacobus Lelong. in Bibliotheca Sacra, pag. 636, Column. I. E. ».
4. *In Dionysium Areopagitam, observationes.*
5. *Clavis in Opera D. Bernardi.*
6. *In quoddam opusculum D. Bonaventurae.*
7. *Tractatus de S. Anna.*
8. *De privilegiis regularium.*
9. *Abecedarium morale.*
10. *Decades variae.* ·
11. *Tractatus de Legibus.*
12. *Tractatus de Donatione spirituali.*
13. *Consilia moralia.*
14. *Conciones in Adventu.*
15. *Conciones Quadragesimales.*
16. *Conciones in festis totius anni.*
17. *Quadragesimale de Sancta Eucharistia.*
18. *Commentaria in totam summam theologicam S. Thomae Aquin.*
19. *Commentaria in universam philosophiam Aristotelis.*
20 *Apologia pro habitu Carmelitico.*
21. Ex latino in Italicum idioma transtulit — *Disciplinam Monasticam,* compositam a ven. P. Joanne a Jesu Maria (edita fuit postea Mediolan. anno 1673).

(De isto piissimo, ac doctissimo Viro loquuntur, breviter noster Martialis a S. Io: Bapta in sua Biblioth. pag. 254 — fuse Philippus Picinellus Athenaeo Virorum litteratorum Mediolanensium pag. 254 — fusius Philippus Argelatus, in Biblioth. Scriptorum Mediolanens. pag. 145 num. 203).

(Ita De Williers, T. 1 suae Bibliot. Carmel., pag. 471, N. 90).

77. Ioannes-Baptista a S. . . . I

Cognomento De Ronda, natus est in oppido Ronda dioeces. Malacensis, ex Bartholomaeo Sanchez et Beatrice De Astorga piis et honestis parentibus.

Pastranae suam solemnem emisit professionem anno Dni 1578 die 25 julii. Ob suam eximiam virtutem, statim ad officia monastica assumitur. Fuit prior Malacae, Mancanarez et aliorum conventuum. Anno 1585 titulo prioris Malacae astitit Ulyssiponensi Capitulo provinciali, ibique definitor quartus eligitur; et paulo post vicarius provincialis Castellae-Novae creatur permanenter.

Anno 1588 in primo generali Capitulo Matritensi, creatur quintus definitor.

Anno 1591 in tertio generali Capitulo Matritensi eligitur provincialis Castellae-Novae. Quo titulo simul atque procuratoris generalis Romam mittitur, et adfuit anno 1593 Cremonensibus generalibus Comitiis, in quibus Teresianae Congregationis nomine obtulit Rmo Joann. Stephano Chizzola et definitorio generali Carmelitarum antiquioris observantiae.

Memoriale pro separatione obtinenda, cum aptis rationibus « Quibus subscripserunt utraeque partes ».

Obiit autem anno 1594 « sicuti refert Philippus a SS. Trinitate in decore Carmeli, part. 2, pag. 62, lin. 7 ».

78. Ioannes-Baptista a S. . . . II

Pinciae in Castella-Veteri natus ex nobilibus familiis de Campo Revdondo et Rio. — In Comitiis generalibus Pastranae celebratis anno 1643 ad supremam Hispanicae Congregationis Praefecturam fuit electus. Vitam autem cum morte commutavit anno Dni 1649, eminentis virtutis et praeclarae doctrinae fama conspicuus.

Edidit, Hispanico idiomate valde a suis subditis laudatam:

Carta a los Religiosos del Carmen Descalzo — « pro Eorum scilicet instructione ab observantiae regularis incrementum quae edita fuit ».

Matriti anno 1643.

(Ita Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispanica, Tom. II, pag. 675 et 676).

79. Ioannes-Baptista a S. Alexio (Laicus),

Provinciae Pedemontanae, S. Montis Carmeli Incola.

Edidit Italico idiomate;

Storia del S. Monte Carmelo. T. I, in 8.

Torino 1780 per il Soffietti.

80. Ioannes Baptista a Iesu Maria.

In saeculo Virginius, Romae ex Ursina Ducum Brachiani familia natus.

Primum Eques Melitensis, postea Carmelita Discalceatus: vir perspicacissimi ingenii, ac Divinarum Scripturarum cognitione nobilissimus, probatissimis quoque moribus, et magna humilitate, disciplinaeque opinione insignis; Filius hic Virginii de Ursinis, Ducis de Bracciano, et Fulviae quae Proneptis fuit Sixti V. Pontificis Maximi.

Obiit Romae anno 1647, postquam scripsisset:

1. *Tractatum de Oratione. MS.*
2. *Tractatum de Vita Solitaria. MS.*

« Quae duo Opera MSS. Romae asservantur in coenobio nostro S. Mariae de Scala, ut inquit Prosper Mandosius in Bibliotheca Romana, Centur. IV Num. 67 pag. 253 et 254. »

81. Ioannes-Baptista a S. Petro

Cremonensis, ex comitibus Barbò electus IX. Longobardiae Provincialis, in comitiis Cremonae habitis die 27 aprilis anno 1640.

Coenob. Novocomens. erexit anno 1641, suppress. postea a Napoleone Imperat.

Cum maxima Sanctitatis opinione, ad superos evolavit Cremonae, die 5 februar. anno 1648 aetatis suae 60.

Scripsit italice:

Epistolam Pastoral. ad Religiosos et Moniales suae Provinciae.

(Ex Necrolog. Longobard. Provinc., pag. 7).

82. Ioannes-Bernardus a S. Hieronymo

Ianuensis provinciae alumnus, electus XLI. Italicae Congregationis praepositus generalis, die 21 aprilis anno 1625.

Obiit Ianuae mense aprilis anno Domini 1757, aetatis suae 90.

Scripsit:

Epistol. Pastoral. ad totam suam Italicam Congregationem.

83. Ioannes-Bonaventura a S. Ioseph

Hispanus, patria Ubetensis. In Granatensi coenobio nostro professione emissa, statim in scholastica conversatione, eximii ingenii acumen praemonstravit Biaticae, theologiam positivam ac mysticam suos edocuit sodales; indeque ad praelaturas provinciae assumptus, omnium spem felicissime adimplevit, ac Pastoris munia suis litteris ac virtutibus illustravit. Nam edidit hispanico idiomate:

1. *Orationem Panegyricam*, in qua Ecclesiae Phoenix D. Teresia a Iesu exhibetur cum expositione Exclamationum sui Amoris scilicet: *Aut pati, aut mori.*

Giennii anno 1705 in 4.

2. *Sacrae Reflexiones urbi Urbetensi, in gratiam Natalis Principis Asturiorum Ludovici I.*

Granatae anno 1707 in 4.

« Anno 1727 quo noster Ioannes-Bonaventura coenobium Antiquarense prior regebat, parata habebat:

1. *Fragmenta Panegyrica, in illud Ioan. VI. Colligite quae superaverunt Fragmenta etc., in 4. MSS.*

2. *In illud Canticorum: Quid videbis in Sulamitide?* (in gratiam S. M. Teresiae) *in 4. MS.*

3. *In illud Psalm. 71. Defecerunt laudes David;* (in gratiam S. P. Ioannis a Cruce.)

« Cui accessere *quaedam Explanationes supra illud Isaiae: Et erit sepulchrum Eius gloriosum;* ubi rethoricis floribus describitur tumulus S. P. Ioannis, prout hodiè in Ubetensi coenobio conspicitur, » MS. in 4.

4. *In illud Canticorum: In odorem vestimentorum tuorum curremus,* « juxta lectionem S. Ambrosii apud Salazar, Tom. 2, in Cantica, fol. 137, (in gratiam Scapularis B. Virg. de Monte Carmelo). — MS. in 4.

5. *In illud Isaiae, Cap. 33. Ubi est Doctor Parvulorum?*

(In laudem S. M. Teresiae) — MS. in 4.

6. *In illud Isaiae, 65. Qui ponitis fortunae mensam.*

(In laudem SS. Sacramenti Altaris) — MS. in 4.

7. *In illud Psalm. 79. Et extendit palmites suos usque ad Mare.*

(In laudem S. Ioseph) — MS. in 4.

(Martial, a S. Io: Bapta, pag. 255).

84. Ioannes-Chrysosthomus ab Ascensione

Sub nomine Bernardini Maranutae edidit librum, cui titulus :

Apodixes, sive clara Discussio Veritatis, demonstrans non posse Parochos de iure sive legitime in Funeralibus intrare in Ecclesiis Regularium cum Stola aut Cruce.

Patavii anno 1683 in 8.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 255).

85. Ioannes-Chrysostomus a S. Matthaeo

Natione Belga, in saeculo dictus Ioannes Hustin, doctrina ac pietate insignis, sacerdos aliquot annis Leodii philosophiam docuit. Postea Teresianum institutum professus est Bruxellis, anno 1621 die 23 septembris.

Cum Lovanii philosophiam ac theologiam docuisset, aliaque Ordinis munia subiisset, Romam a Superioribus evocatus, Archiepiscopatum Aspahamensem in Perside, et ab Urbano VIII. Pontif. Max. oblatum, invicta humilitate recusavit.

Missus Constantinopolim, inter barbaros angelicam vitam duxit. In suam Provinciam redux, prioris ac definitoris officiis functus, pio obiit Bruxellis, die 21 februarii anno Domini 1652.

E belgico idiomate in Gallicum Sermonem transtulit :

Vitam Venerab. Sororis nostrae Mat. Margaritae a Matre Dei, Bruxellis Defunct. die 11 martii, ann. 1646.

« Cui fuit aliquando a Sacris Confessionibus. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 255 et 232).

86. Ioannes-Chrysostomus a S. Paulo

Natione Gallus, provinciae Aquitaniae alumnus. In comitiis generalibus Romae habitis die 14 aprilis 1674, electus fuit XXIV.

Italicae Congregationis praepositus generalis. — Sacrum velum cum solemni pompa imposuit Mutinae die 12 ianuarii anno 1676, Venerab. Matr. Mariae-Franciscae a Spiritu Sancto, Sororis Ser.mi Raynaldi I ducis Mutinae Regii etc.

Obiit Parisiis actualis generalis die 13 augusti ann. 1676 aetat. suae 59.

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Religiosos et Moniales suae Congregationis.

87. Ioannes-Damascenus a S. Ioseph,

Ferrariensis. Officia magistri novitiorum, prioris, definitoris summa cum laude exercuit. Tandem omnium gratulatione electus fuit XI. Longobardiae provincialis in Capitulo Mediolan. celebrato die 20 aprilis an. 1646.

Anno 1647 die 27 martii erexit convent. Concesiae in Dioeces. Mediolan. suppress. postea a Napoleone Imperat.

In actuali visitatione nostri S. Eremi, repente obiit die 4 octobris, an. 1647, aetatis suae 62. — (Eius corpus est incorruptum).

Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Subditos suae Provinciae.

(Ex Necrolog. Longobard. Provinc., pag. 7).

88. Ioannes-Evangelista a S. Maria I

Fonenciaci Dioeces. Malleacensis in Gallia, natus anno 1601, die 26 ianuar.

Parisiis in conventu S. Ioseph, institutum nostrum suscepit. Vir obedientia clarus et mortificatione illustris, nec minus eruditione celebris, sacram edocens theologiam, theses propugnavit Burdigalae, et edidit in quibus singula verba sententiis ex D. Thoma Aquin. desumptis innitebatur.

Ibidem mortuus est anno 1641 die 7 martii, eidem S. Thomae Aquin. consecrato, sicuti notat Ludov. a S. Teresia in nostris Annal. Galliae, lib. 2, cap. 14, pag. 386.

89. Ioannes-Evangelista a S. Maria II,

Provinciae Venetae alumnus. Ob R. P. Hilarionis ab Omnibus Sanctis obitum, electus fuit, in generali capitulo intermedio Romae celebrato, die 12 april., anno 1788, LVI Italicae Congregationis praepositus generalis.

Obiit, Veronae, anno.... — Scripsit:

Litter. Pastoral. ad Religiosos suae Italicae Congregationis.

90. Ioannes-Evangelista a SS. Sacramento,

Patria Romanus, et in coenobio nostro S. Mariae de Victoria Romae defunctus.

Scripsit Opusculum, italice, quod inscribitur:

Pro juvandi morti proximis, in 4.

Romae anno 1688.

(Martial. a S. Jo: Bapta, pag. 256),

91. Ioannes-Felix a S. Aloysio,

In saeculo Antonius Monti (Frater Germanus celebr. doct. Caietani Monti, pubbl. professor., in Bononiensi universitat.), natus Bononiae die 13 octobr. anno 1726.

In Mutinen. novitiat. Teresianum habitum induit die 21 sept. 1743, et anno sequenti solemnem professionem emisit die 22 eiusd. mensis.

Emenso Placentiae cursu studiorum, electus fuit Cremonae supprior, ac proinde Confessor nostrar. Monial. Bonon. monasterii S. Gabrielis.

Anno 1769 prior S. Eremi, Bononiae ann. 1775 et Mutinae anno 1778.

Obiit Bononiae actualis definitor provincialis die 26 iulii anno Redemptionis nostrae 1796.

Vir vitae austeritate, oratione, poenitentia ac regularis observantiae zelo clarus.

Suppresso nomine, edidit:

Vitam Sororis nostrae Mariae Teresiae a Iesu Defunct. Mutinae in Monasterio SS. Ioseph et Teresiae die 6 octobr. ann. 1781, aetat. 40. « Cui erat a Confessionibus sacris. »

Venetiis anno 1782 in 12.

Reliquit MSS. :

Quadragesimal., Advent., et Exercitia Spiritualia pro Monialibus.

(Ex Necrolog. Bononiensis Convent.)

92. Ioannes-Franciscus a Conceptione I,

Mediolanensis ex nobili et antiqua familia Lucini. Obiit piissime Concesiae Dioeces. Mediolanens. die 10 ianuar. ann. 1663, aetat. suae 63.

Scripsit :

De Immaculata Conceptione Dei-parae.

Volumina tria, in fol. distincta, magnae molis. Quae olim asservab. in Biblioth. illius coenobii.

(Ex Necrolog. Longobard. Provinc.)

93. Ioannes-Franciscus a S. M.a Magdalena,

Mediolanensis, fuit praelector, prior, definitor provincialis et revisor librorum pro S. Offic. Mediolan.

Sincope correptus, obiit Mediolan. die 7 februar. ann. 1767 aetat. 68.

« In ordinem redegit et edidit theologiam dogmaticam a doctissimo P. Liberio a Iesu M.a , eiusd. provinc. Longobard. compositam. »

(Ex Necrolog. Provinc. Longob. P. II, pag. 13).

94. Ioannes-Fridericus a S. Rosa,

Mediolanensis in saeculo Iulius Puteus natus die 3 ianuar. anno 1697. Vestem Teresianam induit in patrio conventu die 23 sept. 1712, et anno seq. die 24 eiusd. mensis solemnia dixit vota. Sodales suos in facultatibus theologicis ac philosophicis edocuit : deinde Verbum Dei in pluribus Italiae Civitatibus egregie disseminavit. Excelluit quoque in orationibus panegyricis, quod Mediolani, Laudae, Cremonae, Mantuae et Ferrariae, summo omnium plausu dixit.

Theologus fuit Ser.mi Philippi Lantgraviae Darmestat Mantuae moderatoris ; ibidemque consultor S. Inquisitionis extitit.

Obiit Mantuae moerore omnium die 17 februarii anno 1731 aetat. 34.

Vir summae eruditionis ac pietatis.

Edidit italice:

1. *Vita di S. Gio: Nepomuceno M.*
Mantova 1729 in 8. per Alberto Pazzoni.

2. *Vita di S. Giovanni della Croce. — In 12.*
Ivi 1729 per lo stesso.

3. *Sacra Novena in apparecchio alla Festa della Serafica Verg. S. Teresa.*
Faenza 1732 per Carlantonio Maranti, in 12. (Opera posthuma).

Reliquit MSS.:

1. *Praxis S. Inquisitionis Officii, seu Modus procedendi in Causis pertinentibus ad Fidem.*

2. *Oration. Panegyric., Dissertat. Theolog. et Consult. spectant. ad S. Inquisit. etc.*

(Vid. etiam De Williers, Tom. 1. suae Bibliothec. Carmelit. pag. 525 N. 105).

95. Ioannes-Iacobus a S. Michaele

In saeculo Ioannes-Baptista, natus Modoetiae (in Ducat. Modiolan.) die 26 aprilis anno salutis 1690. Patrem habuit Dnus Daniel Radaelli.

In nostro Mediolanensi coenobio solemnem emisit professionem die 2 octobris anno 1707. Peracto Bononiae summa cum laude studiorum cursu, electus est praelector Parmae, et postea Mantuae. Designatus a R.mo P. praeposito generali Melitensis prior, hoc honorificum Officium recusavit; sicuti respuit alias Ordinis dignitates ei oblatas.

Piissime obiit Mutinae, die 24 martii anno salutis 1762, et ibidem fuit consultor S. Inquisitionis.

Edidit, italice:

1. *Triduo di Apparecchio alla Festa della Trasverberazione della S. Madre.*
Modena 1744 in 12.

2. *Novena della N. S. M. Teresa di Gesù.*
Modena 1753 in 12.

3. *Novena del N. S. Giovanni della Croce.*
Ivi nello stesso anno in 12.

Reliquit MSS. Volum. 1 in fol.:

Consultat. et Tractat. Theolog.

(Ex Necrolog. Mutin. Coenob.)

96. Ioannes-Ioseph a S. Anna,

Provinciae Venetae alumnus. — In ordinem redegit et edidit (Italice):

Reformatio Hominis.

(Opus a P. Simone a S. Paulo, provincial. Longobard. composit.)

Veronae 1752 p. Ramanzini. Tom. 2, in 4.

97. Ioannes-Ioseph a S. Francisco

In saeculo Franciscus, ex perillustri familia Perracchi, natus Placentiae die 29 decembris (ita ex elencho Sacerdotum Provinc. Longobardiae), anno Domini 1731.

In novitiatu nostro Mutinensi religiosam vestem induit, die 24 maij an. 1750 et anno seq. die 25 ejusdem mensis solemnia vota dixit.

Emenso Bononiae studiorum Curriculo, electus fuit ibi praelector. Munus concionatoris laudabiliter gessit, sicuti definitoris provincialis, atque generalis, ac in hac dignitate pie obiit Romae die 30 septembris anno Domini 1817.

Vir, mira memoria, et eximia eruditione praeditus, praecipue in historia sacra ac prophana. — Bibliothecam sui Placentini coenobii (ante ejusd. suppress. event. anno 1810), selecta librorum suppellectili, magnis sumptibus non tantum locupletavit, sed etiam ornavit ita pulchre et splendide, ut alias Longobardiae provinciae Bibliothecas, post se relinquere posset. Multa scripsit quoad Histor. ed Codic., atque Edit. cognitionem; praefationem aurea latinitate elaboratam proemisit Cathalog. Libr. ejusd. Biblioth.

98. Ioannes-Ioseph a S. Teresia

Lutinatus Professionem emisit in conventu nostro Romano S. Mariae de Scala.

Scripsit opus, inscriptum:

1. *Astutiae Jesu in Sacramento — Seu Amor Jesu erga homines in Sacramento Eucharistico.*

Romae pluries Florentiae et Mediolani editum in 8.

2. *Historiam Brasiliae* — Opus quod merito celebratur ab omnibus eruditis hominibus.

Primum opus idest — *Astutiae Jesu etc.* — est aptissimum ad fovendam devotionem ergo Eucharisticum Sacramentum, et facile precedit unctione et pietate multos libros qui de hoc Sacramento tractant. — Ultimis hisce temporibus versum fuit in italicam linguam, et noviter impressum Taurini apud Speiranum Italium 1864, et cura illustris F. Faà de Bruno.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 256).

99. Ioannes-Ludovicus ab Assumptione B. V.

Natione Germanus, patria Spirensis, doctor theologus, dein professus in novitiatu nostro Romano. Fuit praelector, pluries prior et anno Christi 1634 provinciae Germaniae electus moderator.

Vir doctrina, prudentia, regulari observantia, studio orationis, ac pietate conspicuus. Obiit Viennae in Austria anno 1645 die 15 octobris, postquam scripsisset opera nonnulla, qualia sunt:

1. *Passer solitarius:* hoc est, *Vita et functiones animae contemplativae. (Latine).*

« Sub symbolo Passeris solitarii, quinque describuntur « part. ».

Monachii ap. Anamum Berg. ann. 1634 in 8.

2. *Iter Hebdomadale Meditationum. — (Latine).*

Ibidem eod. anno in 8.

Et Germanice Coloniae, anno 1650.

3. *Florilegium Carmeli, seu elogia quorumdam Carmelit. Discalc.*

4. *Flagellum Daemonum.*

5. *Anatomia Vitae Anagogicae.*

6. *Meditationes in Vitam Christi.*

7. *Vit. venerab. sororis nostrae Matr. Annae a S. Bartholomaeo in 4.*

Coloniae, anno . . . ,

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 256).

« Alia extare Illius opera cum plus viginti ediderit asserit « Ludov. Iacob, in sua Biblioth. Carmelit. MS. pag 225 ».

100. Ioannes-Ludovicus a S. Ioseph

Natione Belga, patria Audomarensis: sapientia, pietate, ac aetate grandaeva emeritus; plurimis tum officiis, tum praelaturis in Ordine nostro insignis: omnibus, ob singularem modestiam et candorem animi, in rebus tractandis prudentiam, in dandis consiliis solertia charissimus: animarum Christi, sanguinae redemptarum, salutis zelo accensus, solitudinis assiduus sectator, cujus momenta omnia strenue ac graviter impendisse probant multa quae praeclare Gallico idiomate scripsit opera, scilicet:

1. *Praelia militantis Ecclesiae in 4.*
Duaci, anno 1679.

« In eo opere brevem, sed nervosam texuit omnium Conciliorum generalium historiam: Quid in illis gestum: Quid circa Fidem statutum: Qui errores proscripti: Locum, Tempus, Pontifices, Imperatores, sub quibus celebrata sunt, recensentur ».

2. *Speculum Rerum Ecclesiasticarum sub omnibus Pontificibus Romanis a S. Petro, usque ad Innocentium XI.*

3. *Incostantia fortunae Imperii Romani in Imperatorum successione.*

4. *De tribus familiis Regiis Franciae, scilicet Merovei, Pipini et Capeti, in successione Comitum Flandriae.*

« Haec tria ultima opera asservabantur, olim in Convent. Duaceno, in quo hic pius et doctus Religiosus obiit die 6 maij anno 1690; aetatis 78, religiosae professionis 59 ».
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 257).

101. Ioannes Maria a S. Ioseph,

ex Nobilissima Januensi Centurionum familia die 27 februarii anno Domini 1589, in Melphitana Civitate regni Neapolitani, ubi tunc pater Gubernator erat, ortus est. Statim natus, statim fere mortuus, fere miraculose convaluit. Pater inter PP. Barnabitas; Mater Vincentina Lomelinae prosapiae, cum quatuor filiabus (quarum una apud nostras Moniales dicta Paula-Maria a Jesu) se in religione Deo consecravere. Solus filius, nomine

Augustinus, in saeculo remansit, supremasque Januensis Reipubblicae dignitates, etiam Ducis obtinuit, unumque Carmelo nostro filium dedit.

Joannes autem noster, in saeculo vocatus Joannes Baptista in tenerrimis annis imminenti coecitate, cum medicorum admiratione sanatus, toleratis ignitis ferri incisionibus, ad constantiam matrem afflictam excitabat. Adeo frequenter, totque sollicitationibus, ut in aetate dispensaretur, apud superiores egit, ut completo aetatis anno decimoquarto, apud Carmelitas Discalc. Januenses habitu donaretur. Non multo post Romam missus, sub tyrocinio venerab. P. Joannis a Jesu Maria (in omni virtutum exercitio clarus) biennio post solemni professione emissa, ad studia philosophiae ac theologiae missus est, pietate, modestia, mansuetudine omnibus charissimus. Studiis ita sancte peractis, superiorum jussu in Poloniam pergens, cum nondum adhuc aetatis defectu, sacerdotio initiatus est, philosophiae primum, deinde theologiae praelector, verbo et opere, tam ad virtutem, quam ad scientiam discipulos egregie promovit, cum maximo regularis observantiae incremento.

Prior Leopolensis, ac deinde Lublinensis in Polonia; postea ejusdem provinciae anno 1617 primus provincialis eligitur: iterum anno 1619 continuatur. Cum ejus vitae sanctitas toti nota nostrae Congregationi esset, in Germaniae provinciam mittitur, prior Viennae et Graecii constituitur anno 1626. Primus etiam provincialis ordinatur in Capitulo generali apud Ligures, celebrato Lodani; tandem anno 1628 secundo nominatur, omnium votis; postremo Germaniae et Belgii visitator generalis, et ultimo Italicae Congregationis procurator generalis anno 1629 denunciatur.

Vir excellentis animi, atque omnium virtutum et eximiae religionis fama illustris, concionator ferventissimus, qui zelo Dei, et gloria succensus in pubblico totius Ecclesiae, nobilitatis, et populi Lublinensis consessu adversus Joannem Statorium, aliosque Socinianos anno 1616 pubblice disputavit, illorumque impia dogmata, testimoniis invictissimis, impugnavit.

Archiepiscopatum in Hibernia oblatum, constantissime recusavit.

Urbano VIII Pontifici Maximimo, et Ferdinando II. Coesari percharus Carmelita, qui Romae anno 1631 die 10 januarii migravit ad Dominum in conventu S. Mariae de Scala, procurator generalis: cum ob praeclara merita in praepositum generalem in futuris generalibus Comitiis assumendus crederetur ob omnibus; ipse vero Divina revelatione illustratus, se nullum amplius habiturum officium, citoque ex vita migraturum, ut supplicanti Deus promiserat, constanter affirmavit.

Scripta ejus MSS., sunt:

1. *In universam philosophiam commentaria.*
2. *In Sacram theologiam commentaria.*
3. *Opera ascetica quam plurima, nempe:*
   1. *De amore Divino.*
   2. *De humilitate.*
   3. *De purganda anima ab imperfectionibus.*
   4. *De conversatione interna cum Deo.*
   5. *De emittenda et renovanda professione religiosa.*
   6. *De Cultu Dei-parae, et modo in Ejus festivitatibus celebrandis servando.*
   7. *De preparatione in Natalem Domini.*
   8. *De praeparatione ad bonam mortem.*
   9. *Methodus utilissima pro exercitiis spiritualibus faciendis* « continens quadraginta materias meditationum, quae possunt deservire et prodesse quadraginta sermonibus asceticis ».

(Asservabatur MS. olim apud P. Lucianum a S. Maria provinciae nostrae Parisiensis). (Ludov. Jacob, Carmelit Familiarem).

Haec omnia Opera ascetica prodierunt (Italice).

Mediolani anno 1671, Tomis VII.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 257 et seqq. — De Williers, Tom. I, suae Biblioth. Carmelit. pag. 48, N. 42).

102 Ioannes-Maria a S. Petro

Natione Sequanus patria Dolanus, provinciae Avenoniensis. Fuit prior Grationonopolitanus anno 1658 et anno 1661 tertius definitor. Vir religione, ingenio et doctrina clarus. Decessit Lugduni an. 1662 mense octobr.

Scripsit, Latine:

Speculum Divinum duob. Tom. in fol. distinctum figuris mathematicis adornatum.

MS. extabat olim in Archivio Convent. nostri Avenion. (Ita Ludov. Jacob. in sua Bibl. MS., pag. 227).

103. Ioannes-Paulus ab Epiphania

Panormitanus, in saeculo dictus Antonius Parisi, anno Domini 1633 natus.

Cum 19 attigisset annum, postquam humanioribus litteris, ac philosophiae, summa cum ingenii praestantissimi laude operam dedisset, Teresianis nomen dedit, et inter Eos die 23 martii 1653, votis se obstrinxit. Emenso studiorum cursu, maxima omnium admiratione, rethoricam, philosophiam, ac Theologiam pluries Panormi, et praecipue Messanae, cum omnium litteratorum applausu docuit.

Concionator celeberrimus, in sacra ac prophana eruditione paucos habuit aequales, nemini fuit secundus. In utroque jure exercitatissimus, atque arcanorum naturae fuit diligentissimus. Virtutibus insignis, regularem observantiam tenacissime coluit, ac singulari spiritus fervore incruentum Missae sacrificium lacrymis perfusus quotidie celebravit. Prior conventus Motucensis S. Mariae de Populo, in gubernandis subditis summa prudentia praeditus, non minori charitate ac zelo claruit. Morti proximus, compositis in crucis formam brachiis, placidissime aeque ut piissime sicut vixerat ex hac vita discessit Panormi die 4 septembris anno redemptionis nostrae 1676.

Typis mandaverat, italico idiomate inscriptos:

1. *Cogitationes sacrae, morales, ac politicae de naturae vicissitudinibus.*

Panormi anno 1670 in 12.

2. *Via lactea: seu ars brevis concionandi.*

Venetiis anno 1671 in 12.

3. *Oratio funebris in morte Philippi IV, Hispaniarum regis.*

Neapoli, anno 1671.

4. *Musae novem Parnassi seu Elogia novem Monialium, monasterii nostri Panormitani.*

Venetiis anno 1672 in 1.

5. *Vit. S. P. N. Ioannis a Cruce.*
Panormi anno 1675 in 12.

6. *Orationes Sacrae.*
Ibidem eod. anno.

7. *Aliae Orationes Sacrae (suppresso Nomine).*
Venetiis anno.....

8. *Idea Equitis Hierosolymitani in Vita Fr. Augustini Grimaldi.*
Messanae anno 1662 in 4 (suppresso Nomine).

9. *Compendium Historiae Civitatis Messanensis.*
Venetiis anno 1670 in 4. (suppresso Nomine)

10. *Discursus Sacer et Accademicus in Epistolam B.mae Virginis scriptam ad Messanenses.*

11. *Anima Amore capta in quinque vulneribus Crucifixi.*
Neapoli anno 1671.

« Librum hunc edidit, sub Nomine Victoris Constantis, Canonici Regularis. »

« Moriens multa praelo parata reliquit iam absoluta: quaedam nondum absoluta latino idiomate; et sunt:

1. *Commentaria in quinque Libros Decretalium. T. 4, in fol.*
2. *Mundus eruditus. T. 5, in fol.*
3. *Anatome Mundi. T. 3 in fol.*
4. *Pantheon Universae Moralitatis, sive totius Theologiae Moralis Compendium.*
5. *Salomon proverbians, seu Flores Abbatis Trithemii.*
6. *Philosophus Thomista. T. 4 in 4.*
7. *Theologus Thomista. T. 5 in fol.*
8. *Miles Martyr armatus sub Vexillo Angelici Praeceptoris militans, seu Theologica Disputatio de Martyrio Militum Regularium.*

« Italico vero idiomate reperiuntur MSS. sequentia:

1. *Quadragesimale.*
2. *Adventus.*
3. *Orat. Panegyr. Tom. VI.*
4. *Compendium Historiae Panormitanae.*
5. *Panormum Austriacum.*

6. *Reliquiae insignes Urbis Panormitanae.*

7. *Deliciae Panormitanae.*

8. *Heroes et Illustres Viri Panormitani.*

9. *Elucidatio Numismatum Panormitanorum.*

10. *Gerson Monasticus, formatus ex Verbis et Doctrina S. M. N. Teresiae a Iesu.*

11. *Chronicon Carmelitarum Provinciae S. Alberti in Sicilia.*

(Martial. a S. Io: Bapta, pag 259 et 260).

104. Ioannes-Petrus a Matre Dei

Natione Gallus, patria Villa-Francanus, in dioecesi Lugdunensi, anno Dni 1620, Ioanne Chassagnia et Martha du-Mont parentibus ortus, Avenione, die 6 iulii 1642 professus, missionarius apostolicus Aleppi in Syria et post mortem P. Brunonis a S. Yvone, quem peste decumbentem Sacramentis anno 1661, die 28 iunii munivit, eius missionis vicarius constitutus, theologus praeclarus.

Vir singularis virtutis et religionis, parisque eruditionis et ingenii, in lingua arabica peritissimus, aliisque orientalibus non ignarus, e theologis unus fuit, quos Andreas, Aleppi archiepiscopus pro natione Syrorum a Sede Apostolica constitutus convocavit anno 1660, ad concertandum contra nonnullos Sacerdotes Aleppienses, Monophysitarum partium sectatores schismaticos, quorum duo ad Fidem Catholicam conversi, Professionem suae Fidei in manus nostri Ioannis-Petri a Matre Dei palam et tota coram Syriorum chrystiana plebe tradiderunt.

His sanctis operibus continuo per totam Syriam deserviens usque ad ultimum vitae halitum laboravit. Anno autem 1669 laborum mercedem pia mors comparavit.

Scripsit arabico sermone :

1. *Doctrina Christiana et Exercitia quae debet observari a Christianis Syriis, praesertim in Sacramento Poenitentiae et Eucharistiae.*

2. *Controversiarum Tractatus, in quo ostenditur Ecclesiam Romanam esse veram Ecclesiam extra quam nulla est salus.*

« Compendium hoc est Tractatus Rationum, quibus Errores Nation. Orientalium confutati sunt in collatione indicta a D. Andrea Syrorum archiepiscopo, cui adfuit ipse Ioannes-Petrus a Matre Dei, cum R. P. Blasio Andegavensi capucino; et R. Besson jesuita ex parte Catholicorum. »

(Martial. a S: Io: Bapta, pag. 260).

105. Ioannes-Stephanus a S. Ioseph

Mediolanensis. Fuit pluries prior, atque definitor provincialis.

Extremum diem clausit Bononiae die 25 aprilis, anno 1763 aetat. 73.

Edidit italico idiomate:

Catalogo de' Religiosi e Religiose, passati all' altra vita, nella Provincia di S. Angelo di Lombardia dal 1606 sino a tutto l'anno 1751,

Bologna 1752 in fol.

106. Ioannes-Tadaeus a S. Eliseo

Hispanus, patria Calaguritanus in saeculo dictus Ioannes Roldan professus Vallisoleti, anno 1597, die prima maii, sed anno 1604, apostolico Brevi ad Italicam Congregationem translatus, cum Paulo Simone a Iesu M.a (vid. art. propr.) in Persidem a Clemente VIII ut legatus ad Regem missus, missionem et coenobium in Regia civitate Aspahamensi fundavit, cuius Ecclesia fuit dedicata die 24 iunii anno 1609, sub patro cinio Iesu-Mariae. Aliud extruxit in Urbe Schiras (etiam in Perside) ubi missio confecta fuit an. 1623.

Dum coenobium ac missionem Aspahamensem regeret Ecclesia iussu Regis Sciahabae prophanata, novam domum ab eodem Rege Sciahaba obtinuit, a quo in summo honore ac aexistimatione magna habitus, orator ad Summum Pontificem, atque christianos principes missus est. At Romam dum peteret, Astracani a Ruthenis indigne tractatus, in Persidem rediit, pluribus tormentis pro Fide Catholica toleratis. Cum eiusdem Regis Sciahabae mandatis, ac Armenorum commissionibus, Romam perveniens, ab Urbano VIII Primus Aspahami archiepiscopus creatus est. Ex Armenis. aliisque plurimis, quos ad Fidem convertit, Persas quinque baptizatos sic roboravit in

Fide, ut gloriose Sanguinem pro ea funderint, quorum corpora Romam translata, in nostra Ecclesia S. Mariae de Scala quiescunt: sicut et corpora Roberti Syrlaei, Comitis Angli, ad Fidem Catholicam conversi simul et eius coniugis Teresiae Sanpdluf, quos Ioannes-Thadaeus matrimonio coniunxit Aspahami. Hic porro noster Io: Thadaeus, cum in Hispaniam ob aliqua negotia, sibi a Persarum rege commendata pergeret, prope Ilerdam e mula disiectus, post paucos dies piissime obiit in conventu Carmelitarum antiquioris observantiae, anno Christi 1634, aetatis suae 60, et Missionum suarum 26.

Eius scripta recensentur:

1. *Relatio Martyrii Nicolai de Mello sacerdotis et Nicolai Iapponi, Ordinis Eremitarum S. Augustini.*

(Haec relatio citatur a Ludovico Iacob. in sua Bibliotheca Carmelitan. MS., pag. 250, sed omittitur a nostro Martiali a S. Io: Bapta, in sua Biblioth.)

2. *Relatio de suo e Perside reditu, S.C. de Propaganda Fide oblata ab ipso.*

3. *Psalmi Davidici iussu Regis Persarum in idioma Persicum translati.*

« Haec versio, quam aucthor obtulit eidem regi, ut constat ex Petro a Valle, nobili romano, elaborata est in civitate Aspahamensi, sicut e limine codicis lucescit; et in calce additur annus Aegyrae 1026 seu Christi 1618. Originale exemplar MS., aucthoris sigillo, et adscripta manu munitum, asservatur in Bibliotheca Oxoniensi inter codices Bodleianos Cod. N. 3776. »

4. *Versionem Persicam quatuor Evangeliorum.*

« Versionem hanc eidem Joanni-Thadaeo tribuunt nonnulli scriptores: verum illius aucthor genuinus est noster P. Petrus a Matre Dei (vid. art. propr.) Missionarius etiam iste in Perside (uti notant P. Angelus a S. Ioseph, in sua pharmacopaea Persica pag. 38 num. 43, et Jacobus Lelong, in Biblioth, Sacra pag. 34). Quamvis in ea versione adornanda, opem suam contulisse Ioannem-Tadaeum negare nolimus. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 261 et seqq. — De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit., pag. 119).

107. Ioseph-Tadaeus a S. Io: Baptista

Mediolanensis in saeculo Antonius Monti. Non studiis tantum sacris, sed excelluit etiam pietate, qua conscripsit monumenta plurima summe congrua ad piorum accendendos hominum animos pro sedula rerum divinarum meditatione, cui erat ipse addictissimus. Cum suorum coenobiis sodalium pluries praefuisset prior, religiosissime Mediolani decessit die 12 iulii, anno reparatae salutis 1743, aetatis suae 90.

(Ita ex Necrolog. Longobard. Provinc.).

Edidit italico idiomate:

1. *Discorsi Sacri. Tom. 1. in 8.*

Cremona 1697 per Lorenzo Ferrari.

2. *Tributo del Carmelo alla sua Augustissima Madre: Prediche per ciascuna Festività della B. V. — T. 1 in 4.*

Milano 1718 p. Domenico Bellagata.

3. *Meditazioni per li Giorni e Solennità de' Santi e Beati de' quali si celebra l'uffizio nell'Ordine Carmelitano. T. 1 in 8.*

Milano 1723 p. Giuseppe Pandolfi Malatesta.

4. *Meditazioni per la mattina e sera di ciascun giorno della settimana, ordinate al profitto spirituale.*

« Parte I, per la mattina, sopra l' Eucaristico Sacramento, Passione e Morte di Gesù Cristo. »

« Parte II, sopra i Benefici divini, peccati, vita umana e Novissimi. »

« Parte III, sopra tutte le solennità di N. S. della Pentecoste e loro ottave, della SS. Trinità ».

« Parte IV, sopra gli Evangeli di tutte le Domeniche dell'anno, e di tutte le Ferie della Quaersima. »

« Parte V, sopra tutte le Feste della SS. Vergine e loro ottave; sopra le tre Antifone e Salve Regina. »

« Parte VI. Per tutte le Feste de' SS. Apostoli, Evangelisti, Dottori, Fondatori degli Ordini Regolari, ed altri Santi. »

Milano 1732 per lo stesso stampatore.

(Horum pleraque opera iam prodierant, apud eumdem typogr. annis 1723, 1727, 1728 et 1730 in 8. etc.)

5. *Vita di Donna Metilde Beatrice Bentivoglio d'Este, Fondatrice nel 1652 del Monastero delle Carmelitane Scalze di Modena, sotto il Titolo de' SS. Giuseppe e Teresa, in 8. gr.*

(Autographum MS. huius vitae extat Mutinae, ap. Fr. Bartholomaeum a S. Angelo Carm. Discalc.) e sette Antifone Maggiori precedenti il S. Natale.

Milano 1723 per Giuseppe Pandolfo Malatesta.

6. *Vita della Venerab. M.re Maria Teresa di San Gio : Evangelista, prima Novizza del sud.o Monastero di Modena, al secolo Donna Bradamante Bevilacqua Ferrarese ivi defonta in odore di gran Santità li 2 febbraio 1710 d'anni 78.*

Milano 1728 in 8. gr.

« Reliquit MSS. plurimas Conciones ac Exhortationes Monasticas, nec non Exercitia Spiritualia pro Monial. quae omnia olim asservab. in Biblioth. Mediolan. coenob. »

(Martial. a S. Io : Bapt. pag. 264. — De Williers, Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 118 N. 137, et Philippus Argelatus in Bibl. script. Mediol. pag. 1791 num. 1493).

108. Joannes-Thomas a Cruce

Ianuensis provinciae alumnus.

Italice edidit :

Panegirico in lode del Cuor ferito della S. M. Teresa di Gesù.

Genova 1763 p. Bernardo Tarigo.

109. Ioannes-Thomas a S. Cyrillo

Natione Hungarus, nobili genere natus, munere prioris ac definitoris pluries in germanica provincia functus, medio saeculo decimo septimo nonnulla opuscula pia scripsit, quorum tituli sunt:

1. *Corona Anni Mariani ex SS. Patrum sententiis et Reginae Coeli praeconia spirantibus contexta. — (Latine) in 8.*

Coloniae anno 1657 ap. Mich. Demerium.
Item Salisburgi anno 1665.

2. *Vindemia defaecata, quam de vitibus electis Iesu*

et Maria operose collectam D. Annae Vineae Domini Sabaoth gloriosae socrui devote referebat.

Coloniae anno 1656,

3. *Mater honorificata : sive De Laudibus, Excellentiae et Praerogativis S. Annae. — Lib. 1, in 4. (Latine).*

Ibidem an. 1667 ap. Mich. Demenium.

(De quo loquens opere Engelgrenius jesuita, part. 2 Empyrei sermon. de S. Anna : « Omnes, inquit, omnes laudes S. Annae, docte et divine complexus est, Carmeli decor ac columen R. P. Ioannes-Thomas a S. Cyrillo »).

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 264. — De Williers, T. 2 Bibl. Carmel. pag. 125 N. 143).

110 Ioannes-Thomas a S. Genovefa

Mediolanensis. Fuit praelector, pluries prior, et celebris astronomus.

Actualis prior Concesiae obiit Mantuae, dum erat ibi extraordinarius confessor nostrarum Monialium die undecima maij 1761, aetat 50.

Suppresso nomine edidit Mutinae anno 1753. Lib. cui Titul. praefixit :

Ephemerides, in fol.

Vir pietate, ac doctrina in sua Longobard. provinc. spectabilis.

111. Ioseph a S. Barbara

Natione Belga Brugensis patria Concionator egregius, prioris officio saepe functus, et in Hollandia missionarius. Obiit Lugduni Batavorum anno 1670 die 18 novembris.

Flandrico idiomate opus Ejus inscribitur :

Het Geestelycy Kaertspet — idest *Latine* — *Lucus Divinis Amoris.*

Antuerpiae ap. Arnoldum Wan-Brackel anno 1656, iterumque anno 1712.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 264)

112. Ioseph a S. Elia

Etruriae provinciae alumnus. — Italice scripsit :

Esortazioni al silenzio cristiano.

Firenze 1715 p. Giacomo Guiducci.

113. Ioseph a S. Gabriele

Natione Hispanus Institutum nostrum amplexus est Romae: Vir castitate, amore Dei, charitate, patientia, mortificatione et contemplatione illustris. Obiit Romae senectute et prodigiis clarus anno Domini 1631 die 6 octobris, postquam italico sermone composuisset:

Orationem valde piam, qua se Deo offert. — Incipit « Dulcissime Domine, ac Redemptor noster Jesu Christe etc. » (Hanc reddidit latine Philippus a SS. Trinitate in Ejus vita part. 3. *Decoris Carmeli Religiosi pag. 96 relatam).*

(De Wiliers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 175, N. 188).

114. Ioseph a Iesu

Natione Arago patria de Nuebelos, Vir probitate et pietate conspicuus. Florebat circa annum 1606 scribens:

Relationem de vita et obitu venerab. Fr. Augustin. a Jesu.

« Qui ex pastore Institutum nostrum amplexus est et mortuus Toleti sanctitate et miraculis clarus ».

Prodiit *Matriti ap. Didacum de la Carrera an. 1644. (Hispanice).*

(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmel., pag. 176, N. 190).

115. Ioseph a Iesu Maria I.

Natus Tauri in dioecesi Lamorensi anno 1543 pauperrimis e parentibus.

Educationem accepit Matriti, ibique litteris operam navavit magno cum fructu. Studiis peractis fit sacerdos an. 1567 Cum esset zelo animarum ardentissimus in Indias perrexit, ubi multum et efficaciter laboravit in officio vicarii generalis et provisoris nonnullorum Episcoporum.

Postea in patriam reversus anno 1586 Institutum nostrum in novitiatu Mactaronensi amplexus est. Anno probationis peracto omnium consensu professionem solemnem emisit. Paucis annis elapsis, factus est ejusdem coenobiti procurator; deinde anno 1594 prior Perpinianensis, et anno 1597 provincialis; postea procurator generalis in Romana Curia. Anno 1604

provincialis Castellae-Novae, quo anno duxit nostras Moniales Hispanas Parisios: denique anno 1612, in Comitiis generalibus Pastranae celebratis, ad supremam Hispanicae Congregationis praefecturam electus fuit, et dignitatem hanc ad septennium protraxit. Coenobium Durvellae ubi reformationis Teresianae incunabula S. P. Joannes a Cruce acceperat, sed ob propinquitatem conventus Manzerani neglectum fuerat, et omnino derelictum, atque funditus fere deletum reparari, et iterum recuperari curavit. Anno 1616 aucthoritate Apostolica vidit, correxit et edidit Constitutiones suae Hispanicae Congregationis, cum praefatione superaddita. Anno 1619 in Comitiis generalibus Pastranae habitis, successorem eligi iterum fecit Alphonsum a Jesu Maria, a quo sententia damnationis percussus est, utpote dilationis Capituli generalis extra tempus ordinatum procrastinati reus. Obiit in coenobio oppidi de Manzanares anno Christi 1621 (ut inquit Nicolaus-Antonius, in Bibliotheca Hispana Tom. II pag. 677 column. 2).

Scripsit autem :

1. *Epistolam Pastoralem ad Religiosos et Moniales suae Hispanicae Congregationis, duplicem.*

2. Collegit et evulgavit in uno volumine:

Sermones habitos in diversis locis Hispaniae ad Beatificationem S. M. N. Teresiae a Jesu « quibus et addidit praefationem ad Paulum V Pontif. Max. »

Matriti ap. Viduam Alphonsi Martini an. 1615 in 4.

3. *Constitutiones Congregationis suae, emendatas tam pro Religiosis, quam pro Monialibus.*

Haec omnino tacuit noster Martial a S. Io: Baptista in sua Bibliotheca.

(De Williers, Tom II. Biblioth Carmelit. pag. 178, N. 193).

116. Ioseph a Iesu Maria II.

Ex nobilissima Quirogarum familia ortus anno 1562 in castello de Caldelas dioecesis Asturicensis. Vir fuit tum propter virtutem eximiam, tum propter praestantissimam sapientiam venerabilis. Dum Laicus esset, D. Franciscus de Quiroga noncupabatur, Emi Garziae S. Rom. Eccles. Cardinalis de Quiroga et Toletani Antistitis Nepos, in utroque Jure doctor suo

tempore celebris, canonicatu et dignitate in alma Metropolitana Ecclesia Toletana potitus.

At omnibus pro Christo dimissis, religiosum statum professus in conventu nostro Pastranensi, vere Sacrum Deo induit hominem nudatus veteri; doctrinaeque multiplici, praesertim salutari ac mysticae, virtutum omnium atque imprimis earum, quae coenobitam ac reformatum decent, fundamentum et ornamentum adjunxit. Sui Instituti accuratus sectator, regulam primitivam toto vitae decursu ad unguem servavit: in pluribus scribendis voluminibus indefessus, suae Hispanicae Congregationis historiographus generalis renuntiatus, maximas suis opes successoribus congestas reliquit; divumque Thomam Aquinatem suis mysticae theologiae tractatibus adeo illustravit, ut non minus in ea scientia, quam in aliis disciplinis exercitatum se probaverit. Multis tandem perfunctus laboribus, Segoviae animam Deo reddidit die 13 decembris anno Domini 1626.

Ejus opera, Hispano idiomate conscripta recensentur.

1. *Excellentiae castitatis. Tom. I in fol.*

Toleti anno 1584.

2. *Excellentiae S. Joseph, Sponsi B. V. Mariae. Tom. I in 8.*

Matriti anno 161 '.

3. *Vita S. Catharinae Virg. et Mart. (Latine).*

4. *Vita S. P. Joannis a Cruce.*

Edita est Gallice Parisiis anno 1628 in 8.

Iterum edita est latine, ab anonymo provinciae Germ. anno 1663. Coloniae.

5. *Relatio miraculi, quod Dominus operatur in una particula carnis S. P. N. Joannis a Cruce.*

Matriti ap. Vid Alphonsi Martini anno 1615 in 4.

6. *Historia Vitae et virtutum venerab. Hermandi Fr. Francisci a Puero Jesu Carmel. Discalc. (Hispane).*

Valesii anno 1624 in 4.

« Prodiit (latine) *Coloniae ap. Bernardum Gualterum ann. 1628 in 8.*

Gallice prodiit *Parisiis in 8. ann. 1647 ap. Sebast. Hure,* opera et labore P. Cypriani a Nativitate Virg. Carmel. Discalc.

7. *Historia B. Virginis Mariae: una cum declaratione quarumdam Ejus excellentiarum. (Hispane).*

« *Antuerpiae primum prodiit anno 1652 ap. Franc. Canisium in folio,* cum praefatione Carmelitar Discalc. provinciae Belgicae, ad Sermum principem Guillelmum-Leopoldum Archiducem Belgii Pro-Regem. — Indeque *Matriti pariter prodiit Hispanice in folio anno 1656.* — Italis autem hanc historiam communicavit Hieronymus a S. Teresia atq. *Patavii edidit an. 1658 in 4.*

8. *Ascensus animae ad Deum — Pars I.*

9. *Ascensus animae ad Deum — Pars II.*

Matriti ap. Didac. Diaz de la Carrera an. 1656 in 8.

« Postea, in Italic. idioma traduct. prodiit *anno 1730 Roveredi Typ. Berna.*

« Haec omnia opera nostri Josephi a Jesu Maria, pluries in Hispania prodierunt videlicet: *Segoviae anno 1638. — Matriti ann. 1657, 1659, 1675. — Barchinonae ann. 1698 et Malacae ann. 1717.*

« Noster Martialis a S. Io: Bapta in sua Biblioth. pag. 265, haec addit: Asservantur etiam, in diversis Hispanicae Congregationis Archiviis quae sequuntur MSS. scilicet:

1. *De excellentia castitatis (alii duo Tomi in fol.).*

2. *Historiae Ordinis Carmelitarum. Tom. 3 in fol.*

3. *Expositio Capitis vigesimi secundi vitae S. M. Teresiae ab eadem scriptae.*

4. *Concordia doctrinae Ejus cum SS. Patrum documentis.*

(Vid. De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 176, N. 192).
(Vid. etiam Nicolaus-Antonius in Bibliotheca Hispana, Tom. I, pag 617).

117. Ioseph a Iesu Maria III.

In regno Aragoniae natus. Vir tum virtute, tum doctrina celebris in Hispanica nostra Congregatione.

Edidit:

Conciones Quadragesimales. — Tom. 2.

« *Aliae insuper conciones asservantur MSS. in Collegio nostro de Reus:* simul ac alia opera MSS. scilicet:

1. *Catena aurea Divi Thomae Aquinatis.*

2. *Materiae Pulpitales.*

3. *Columna Israelis.*

4. *Opuscula Servi Nequam.*

5. *Quinquaginta Centuriae Divini Amoris.*

6. *Compendium directionis sponsarum Crucis.*

« Quo tempore floruit hic piissimus et doctissimus Religiosus, non explicatur a nostro Martiali a S. Io: Bapta in sua Bibliotheca, pag. 265 ».

118. Ioseph a Iesu Maria IV.

Ianuensis in saeculo Caesar Dni Hieronymi Garbarini filius, in lucem editus anno a Partu Virginis 1585. — Fuit provincialis et Ordinis procurator generalis.

Scripsit:

1. *Instructionem pro novitiis.*

2. *Vitam Fr. Francisci a Puero Jesu, Carmel. Discalc. Hispan. Congregat.*

« Quae in varia alia idiomata fuit translata, teste Martiali a S. Io; Bapta, pag. 166 ».

119. Ioseph ab Incarnatione

In Nova-Castella natus, sacrae theologiae lector Salmanticensis unacum Dominico a S. Teresia, et Christophoro a S. Thoma, Hispanicae Congregat. Theologis eruditissimis anno 1641. Deinde Toleti prior, et postea definitor generalis. Vir apud suos magnae aucthoritatis, singularis virtutis, ac non mediocris eruditionis.

Scripsit adversus Carmelitarum hostes librum, qui inscribitur:

1. *Honor debitus decretis S. Inquisitionis contra Eos, qui ea nec admittunt, nec observant. in 4.*
Matriti an. 1655 p. Did. de la Carrera (Hispan.).

« Hunc libr. Gallice reddidit P. Lucianus a S. Maria Italicae Congregat. »

2. *Annus Teresianus* (MS. asservatur in nostro Collegio Complutensi).

3. *Vitas Religiosorum suae provinciae, qui sanctitate floruerunt — (MS. servatur in convent. de Colludo).*
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 266).

120. Iosepha ab Incarnatione

Hispana, S. M. N. Teresiae a Jesu familiaris, novitia Villa-Novae de Xara anno 1580 facta: Virgo eminentis virtutis, et rarae pietatis. Florebat adhuc anno 1618, scribens:

Relationem de virtutibus S. M. Teresiae. « Quam juramento tradidit pro ejusdem S. Matris Canonizatione, qua potitus est Franciscus a S. Maria Tom. I. Historiae generalis Hispanicae Congregationis, lib. V, cap. 3 ».

121. Ioseph a S. Maria I.

Natione Gallus patria Ambasianus ad Ligerim dioecesis Turonensis, natus anno Gratiae 1589 die 25 decembris hora nona serotina, primus novitius coenobii nostri Parisiensis, ibidemque professus die 13 junii anno 1613.

Vir monasticae vitae observantiae, paupertate, obedientia, contemplatione, ac profundissima animi demissione clarus. Decessit Parisiis magno cum pietatis odore, anno Domini 1620 die pariter *25 decembris.*

Ejus scripta numerantur:

1. *Tractatus nonnulli Spirituales — MSS.*
2. *Acta virtutum antiquorum PP. Carmelit. Discalceat. MSS.*

« Quae MSS. asservabantur olim in Biblioth. coenob. Parisiensis ».

(De isto Josepho a S. Maria tractant Ludovicus a S. Teresia lib. I. nostr. Annal. Franciae, cap. 13, 43, 51 et 53, pag. 58, 114, 131 et 134, ac Ludovicus Jacob in sua Bibliotheca Carmelit. MS. pag. 259).

122. Ioseph a S. Maria II.

In saeculo Hieronymus ex Comitibus de Sebastianis ortus Caprarolae in provincia patrimonii S. Petri anno Domini 1620. In conventu nostro Romano S. Mariae de Scala solemnem emisit professionem an. 1640 aut 1641 die 3 maij.

Emensis studiis, in Germania lector: inde in suam Romanam provinciam revocatus, dum sacram theologiam legeret ab Alexandro VII Pontif. Max. missus est in Malabariam ad

Christianos S. Thomae, qui a Fide defecerant. Rebus ibi bene dispositis, Romam rediens, secundo illuc pergere jussus est, creatus Episcopus Hierapolitanus, ut Catholicae Fidei succurreret, quo Deo duce praestito a Batavis, qui Coccinum expugnaverant discedere compulsus, Romam iterum repetiit, tuncque a Summo Pontifice, visitator Apostolicus ad insulas Archipelagi delegatus est.

Innumeris exhantlatis laboribus, exemplisque virtutum undequaque diffusis, claustrum, unde exierat ardentissime cupiens, Bisignanensi Ecclesia in Regno Neapolitano, gemens, ac moerens praefectus; inde ad Typhernatem (italice Città di Castello) in Statu ecclesiastico translatus a Summo Pontifice Clemente X, totus in pastorali sollicitudine cum ea dignitate observantiam sui Instituti retinens, sanctitatis opinione apud aequos virtutis aestimatores inclytus, praenuntiato sui obitus die, feliciter obdormivit in Dno anno 1689 die 15 octobris, festo S. M. N. Teresiae.

Optaverat ut suum cadaver in Ecclesia Xenodochii deponeretur, aut in limine Cathedralis praetereuntium pedibus conculcandum cum Epitaphio sequenti humilitatem spirante:

D. O. M.

FOLIUM

DE . REFORMATI . CARMELI . SYLVA

PER . ORBEM . A . VENTO . RAPTUM

OMNIUMQUE . PABULO . UBIQUE . NOXIUM

ET . SUB . HOC . TANDEM . LAPIDE . CLAUSUM

PEDES . HOMINUM

CONCULCATE

Edidit italice:

1. *Expeditionem Primam ad Indias Orientales.*
Romae 1666 in 4.

2. *Expeditionem Secundam ad Indias Orientales.*
Ibidem 1672 in 4.

3. *Expeditionem seu Visitationem Ecclesiarum Archipelagi.*
Ibidem 1687 in 4.

4. *Vitam V. Fratr. Francisci (Conversi) Carmel. Discalc. in Indiis cum Sanctitatis opinione defuncti.*
Ibidem anno 1669.

5. *Philoteum seu Amantem Mortis.*
Ibidem pluries excusus est in 8.

6. *De Consolatione ad Episcopos. — (Latine.)*
Ibidem an. 1685 in 4.
Denuo ibidem anno 1720 (Italice).

7. *Conciones quas habuit dum esset Episcopus. MSS.*
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 266 et 267).

« Fusius tractat de nostro Iosepho a S. M.a episcopo P. Eustachius a S. Maria Carmel. Discalc. eius pronepos in vita ipsius episcopi, quam Clementi XI dicavit editam Romae ann. 1719, in 4. (Italice).

« Compendium huius vitae prefigitur illius Operi : *De Consolatione ad Episcopos* edito Romae 1720 (Italice).

123. Ioseph a S. Maria III.

Natione Boeticus in oppido de Villalon Episcopatus Segoviensis natus, adhuc adolescens in Pinciano nostro coenobio vestem religiosam induit emisitque professionem.

Postquam in Salmanticensi collegio, magno illius Accademiae celebris plausu, per annos plurimos Sacram Scripturam explanasset, sanitatis causa recuperandae, adscriptus est Provinciae Superioris Wandaliae, ubi omnium iudicio, numeros Ecclesiastes felicissime adimplevit. At dum visitationis gratia ad suos remearet, in eodem loco, ubi spirare coeperat expiravit, cum magno Congregationis suae Hispanicae moerore, anno Domini 1694.

Scripsit :

1. *Commentaria in Propositiones damnatas ab Alexandro VII et Innocentio XI. — Tom. 1.*

« Morte praeventus Secundum Tom. absolvere non potuit. In illo opere (quod MS. servatur in Malacitano nostro collegio) plures difficultates ad theologiam moralem pertinentes clarissime solvit. »

2. *Theatrum Morale* (quod alio nomine excusum est).

3. *Conciones* edidit, quas variis in locis omnium plausu et admiratione declamavit.
Augustae, Vindelic. anno 1732.
(Martial. a S. Io: Bapta, 266).

124. Ioseph a Matre Dei I.

Etiam iste natione Boeticus, patria vero Granatensis et Carmeli eiusdem prior, theologus celebris et Mariae V. virtutum cultor celebris.

Floruit circa annum 1617, scribens:

1. *De Immaculata Conceptione Virginis Mariae. — Lib. 1.*

2. *Concionem de S. M. Teresia a Iesu et alios Sermones. (Hispanice).*

Matriti anno 1617 in 4.

(De Williers. Tom. II. suae Biblioth. Carmel., pag. 188, N. 209).

125. Ioseph a Matre Dei II.

Vir valde doctus ac collegii nostri Segoviensis prior, qui edidit anno 1681.

Vitam Venerab. Fratris Ioannis a Iesu Carmelit. Discalc., in 4.

(Martial a S. Io: Bapta, pag. 266).

126. Ioseph a S. Polycarpo

Belga, scripsit librum inscriptum;

Gloria S. Ioseph.

Antuerpiae anno 17 . . .

Ibidem obiit anno Domini 1720.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 268).

127. Ioseph a SS. Sacramento (Laicus)

Natione Indus venerab. P. Dominici a S. Nicolao (Belgae) Asiae et Persidis visitatoris ac prioris Melitensis socius.

Scripsit anno 1654:

Vitam eiusdem P. Dominici a S. Nicolao eodem anno defuncti.

« Qua vita usus est Philippus a SS. Trinitate, part. 3 *Decoris Carmeli,* pag. 222.

128. Ioseph a Spiritu Sancto I.

Bracarensis, et Ulyssipone professus: verbi divini Praeco egregius.

Obiit Matriti anno 1674, ubi reliquit quae postea ibidem edita sunt, hispanice :

1. *Sermones varios.*

2. *Catenam Mysticam ex solis Religionis Aucthoribus contextam.*

Matriti anno 1678 in folio.

3. *Theologiam Mysticam.*

« Quae latine in Germania excusa est, cura et opere P. Pauli ab Omnibus Sanctis Italicae Congregat.

(Martial. a S. Io : Bapta, pag. 268).

129. Ioseph a Spiritu Sancto II.

Natione Boeticus, in tractu Hispalensi natus, disciplinarum studiis ac religiosissimis moribus clarus, in Cordubensi nostro coenobio votorum religionis vinculo consecratus, provinciam suam totamque Hispanicam Congregationem illustravit.

In collegiis Astigitano et Hispalensi magno discipulorum suorum proventu, philosophiam ac theologiam docuit : inde ad Praelaturas cum inferiores, tum superiores evectus, prudentissime has omnes obivit, suique ingenii nunquam squallentis aevi vetustate delenda monumenta reliquit, vivens adhuc an. 1728, definitor generalis in sua provincia Boetica.

Edidit :

1. *Cursum Theologiae Mysticae, Tom. 3, in folio.*

Hispali anno 1720-1721.

« Huius Doctrinam tenentur Lectores Theologiae Mysticae tum in lectionibus, tum in thesibus propugnare. Neque cursum hunc silentio praetermisit, magna imo cum laude memorat Antonius de Arbiol minorita, in sua Hispana celebri Expositione Monitorum S. Ioannis a Cruce, monito 82 cap. 87 N. 7. »

2. *Concionum Volumen.* « Scripturarum scientia ac SS. Patrum doctrinis locupletissimum. »

(Martial. a S. Io : Bapta, pag. 268. — De Williers, T. II, pag. 192, N. 209).

130. Ioseph a S. Teresia I.

Natione Castellanus patria Almanzanus in tractu Murciensi, professionem emisit in nostro Granatensi coenobio dein historiographus suae Hispanicae Congregationis. 23

Obiit Malacae anno 1697 postquam edidisset hispanice:

1. *Tractatum circa Definibilitatem Immaculatae Conceptionis B. M. V.*

Giennii anno 1650.

2. *Carmeli Flores seu Vitas Carmelitarum quorum Festivitat. in Ord. celebrantur.*

Matriti anno 1657.

« Hoc opus est quod Ludovicus Iacob in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 260 vocat de Ordine Carmelitico, et solum adiudicat Iosepho nostro a S. Teresia. »

3. *Vitam Venerab. Fratr. Didaci a Iesu Carmelit. Discalceat.*

Conchae anno 1669.

« De illo mentionem habet Nicolaus-Antonius, in Bibliot. Hispan.; Tom. 2, pag. 678. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 269).

131. Ioseph a S. Teresia II.

In Nova Hispania professus qui scripsit:

Tractatum exponentem Coeremoniale Regularium a Summis Pontificibus Clemente VIII et Clemente X recognitum et approbatum.

« Servatur MS., in scriniis coenobii nostri Abulensis. »

(Martial. a S. Io: Bapta, ut sup. loco citato).

132. Ioseph a S. Teresia III.

Navarrus. — Scripsit:

Explanationem Asceticam in Orationem Dominicam.

« De qua meminit Historia Reformationis Teresianae. T. 6, lib. 26, cap. 39. »

(Martial. a S. Io. Bapt., ut supr).

133. Ioseph a S. Teresia IV.

Ulyssiponensis, in collegio nostro Conimbricensi diu docuit theologiam scholasticam, mysticam et expositivam.

In regium concionatorem admissus edidit:

Praeclaros Sermones varios.

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supr.)

134. Ioseph a S. Thoma Aquinat.

Viglevanensis (Dition. Pedemont.) Vir in philosophicis disciplinis, praesertim mathematicis ac theologicis versatissimus. Plura coenobia provinciae suae Longobardiae summa cum laude rexit. Extremum diem pie clausit Mediolani die 17 martii anno 1742 aetat. suae 93.

(Ita ex Necrolog. Longobard. prov. pag. 42).

Dum esset prior Parmensis conventus transtulit in italicum idioma:

Tomum IV. Historiae Generalis Hispanicae nostrae Congregationis.

Parmae anno 1701 in fol.

« Reliquit multa scripta philosoph. et mathemat., quae olim asservab. in biblioth. Mediolan. coenobii. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 269).

135. Ioseph-Angelus a Nativitate B. V.

In saeculo Ioseph - Ludovicus Busserus, Mediolan. natus, anno Dni 1658.

In patrio conventu religiosam induit vestem, die ipso Deiparae Natali anno 1675, et anno sequenti solemnem emisit professionem. Pietate ac doctrina claruit: Theologiae, Legum, Canonum, et sacrae paginae peritia insignis. Philosophos atque theologos in coenobiis Bononiensi, Tridentino ac Placentino, ex cathedra interpretatus est. Prior Faventiae et Alexandriae (Pedemont. Dit.) monialibus sui Ordinis a confessionibus sacris sanctaeque Inquisitionis officio a consiliis non semel fuit. Cremonae migravit ad Dominum die 14 septembris anno salutis 1724, aetatis suae 66.

Edidit:

1. *Discursus Sacri.*

Mutinae an. 1693 et Bononiae an. 1696.

2. *Lector Biblicus sive Bibliae Sacrae Antilogiae ad Concordiam redactae iuxta mentem Doctoris Angelici. — In Fol.*

« Ill.mo ac R.mo Alexandro Littae Cremonensi Episcopo. dicat. »

Cremonae ap Richinum anno 1725. (Opus Posthum.)

« Huius operis Tomus Secundus, in fol. apud suos olim servab. Cremonae sicuti asservab. sequent. MSS., scilicet :

1. *Varia Anagrammata.*

2. *Opusculum in Prophetiam Iacob « Non auferetur sceptrum de Iuda etc. »*

3. *Expositionem in Apocalypsim.*

(Martial. a S. Io: Bapta pag. 269. — De Williers Tom. II suae Bibl. Carmel. pag. 151 N. 174 et pag. 193).

136. Ioseph-Antonius a S. Alberto

Natus in oppido Frasno dioeces. Tarraconensis, die 17 februarii anno Dni 1727.

A catholico rege Carolo III. concionator regii sui sacelli institutus fuit ; deinde anno 1777 ab ipso rege nominatus ad Cordubensem Episcopatum, Tucumanensis provinciae in America Meridionali, ubi noster Ioseph-Antonius duo orphanotrophia erexit pro pueris unum et pro puellis alterum. Postea die 20 septembris anno 1784 a Pio VI Pontif. Max. translatus fuit ad metropolitanam sedem Carchensem seu Platensem, ubi pariter erexit unum monasterium pro monialibus sui Ordinis et unum collegium pro nobilibus puellis.

In sua sede archiepiscopali sanctissime obiit 1801.

Praesul omnigena eruditione atque spectabili virtutum omnium clarus.

Hispanico idiomate scripsit et edidit :

1. *Litteras Pastorales quamplurimas ad Clerum tum Cordubensem tum Platensem et Dioecesan.*

2. *Constitutiones pro Orphanotrophiis* (iam supra citatis).

3. *Instructiones circa subditorum obbligationes erga Principem.*

4. *Voces Pastoris pro Exercitiis Spiritualibus.*

5. *Horologium Spirituale pro exercenda continuo praesentia Dei.*

6. *Septenarium Dolorum B. V. Mariae.*

7. *Cantiunculas ad honorem eiusdem B. V.*

8. *Epistolam Encyclicam ad Universum Clerum et Dioecesanos pro Eleemosinar. elargitione ad prosequendam*

causam, apud S. Rom. Sedem, Beatificationis Venerab. Ioan. de Palafox, episcopi Oxomensis.

9 *Diarium Spirituale pro Parochis etc.*

10. *Excellent. et Fruct. Orationis Mentalis Quotidianae.*

11. *Orat. Funebr. in obitu Caroli III Hispan. Reg.*

12. *Epistolam Consolatoriam anno 1791 die 24 sept.* (Latine) scriptam summo Pontifici Pio VI, ingenti dolore moerenti, ob luctuosissimas Galliae vicissitudines. (Quam equidem Epistolam Romanus Pontifex gratam summopere accepit.)

13. *Voces Pastoris pro Platensi Collegio Nobil. Puellar.*

« Haec omnia collecta sunt in 4 Tom. in 4., et in italic. idiom. translata; I et II Tom. a D. Nicolao de Lagua, III et IV vero a P. Stanislao a S. Francisco de Paula, ex provinciali Romanae provinciae Carmelit. Discalceat., ac

« Romae edita Typ. Lazzarini anno 1793.

« Atque DD. Hispaniarum rege Carolo IV.

« A Rmo P. Antonio a Regibus in Romana Curia Hispan. Congregat. Procuratori Generali. »

137. Ioseph-Antonius a S. Teresia

Etruriae provinciae alumnus. — Edidit, italice:

Sermones panegyricos. Tom I in 4.

Florentiae anno 1703.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 269).

138. Ioseph-Honoratus a Corde B. V.

Mediolanensis ex illustri familia Lecchi natus die 24 februarii anno 1725.

Postquam legalibus disciplinis summa cum ingenii praestantissimi laude operam dedisset, vestem religiosam induit in patrio coenobio 11 maij ann. 1747 et anno sequenti die 12 ejusdem mensis solemnem emisit professionem.

Fuit praelector, concionator nulli secundus prior Cremonae, pluries definitor provincialis et socius Capituli generalis Romae celebrati anno 1779.

Decessit Mediolani mens. april. anno Redemptionis nostrae 1793. — Reliquit MSS.

1. *Exhortationes monasticas supra regulam Divi Alberti Patriarch. Hierosolom.*
2. *Quadragesimale.*
3. *Adventus.*
4. *Orationes Panegyricas.*
5. *Consultat. Legal.* (varia volumina).
6. *Dissertat. philosoph. ac theolog.*

(Ita ex Necrolog. Mediolan. Convent.).

139. Ioseph-Ignatius a S. Antonio

Gallo-Belga oriundus ex illustrissima familia Toparcharum de Rebec, natus Hesdinio anno 1632. Patrem habuit Joannem Hennedouche Toparcham d'Amblinrevilte de Rebec; matrem Dominam Annam Mol. In historia tum Ecclesiastica tum civili versatissimus laudatusque in praefatione ad Thomum XII. Spicilegii Acheriani, velut longe eruditissimus et antiquarum rerum peritissimus. Fratrem habuit suae provinciae Gallo-Belgicae provincial: elect. 26 april. 1670. — Ipse Joseph-Ignatius aliquot opera typis mandare cogitaverat: sed Astruate ac hydropisi oppressus occubuit die 22 februarii Tornaci anno Christi 1680.

Transcripsit Codice MS. Tornacensi.

Itinerarium S. Antonini martyris, Placentini.

Aliqua opera MSS. reliquit inordinata et permixta, quae olim asservab. in Biblioth. Tornacensis coenob.

(Vid. De Williers, Tom. I suae Biblioth. Carmelit., pag. 705, N. 35 et Tom. II pag. 180, N. 195).

140. Ioseph-Maria a Iesu,

Taurinensis coenobii prior: Vir mira simplicitate ac morum innocentia nec minori doctrina praeditus; adeo versatus in Div. Thomae Aquin. operibus ut omnia pene in memoria retineret. — Taurini migravit ad Dnum an. 1695 die 9 julii a se praedicta.

Scripsit italice:

1. *Aureola priorum Carmelitarum Discalceatorum et Aliorum. Tom. I in 4.*

Taurini anno 1673,

2. *Discursus praedicabiles in evangelia Quadragesimae ex D. Thom. Aquin. eruditi.*

Ibidem anno 1681 in 4.

3. *Sylva doctrinarum ex SS. Thoma Aquin., Teresia aliorumque PP. sententiis ornata ac distributa per singulas Dominicas totius anni etc.*

Ibidem anno 1690 in 4.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 269 et 270).

141. Irenaeus ab Annuntiatione

Natione Polonus. Transtulit in idioma Polonicum:

1. *Opera S. M. N. Teresia a Jesu* « quae fuerunt edita, *anno 1662 in folio.*

2. *Epistolas ejusd. S. M. Teresiae, anno 1672 in 4.*

3. *Vitam venerab. P. Dominici a Jesu Maria, eod. anno in 4.*

(De Williers Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 197, N. 219).

142. Irenaeus a Cruce

Italice edidit — *Historiam antiquam et recentiorem sacram et civilem Urbis Tergesti,* celebris Coloniae Civium Romanorum. In qua recensentur multa arcana antiquitatis, praerogativa nobilium; gesta hominum illustrium; privilegia civitatis, varietas eruditionis; inscriptiones, mausolaea, successus, mutatio Rituum et Dominorum usque ad annum 1698. Dicatam sacrae Majestati Josephi, regis Romanorum et Hungariae, Archiducis Austriae.

Venetiis anno 1698 in folio.

« Doctissimus hic aucthor e vetustissimis monumentis operose omnia conquisivit (inquiunt acta eruditorum Lipsiensium, quae ad historiam et Laudes illius civitatis pertinere poterant). Natum hinc est opus hoc singulari accuratione, nec minori diligentia conscriptum, et in octo libros divisum. De praecipuis Tergestinorum familiis agit, illarumque gentilitia ac insignia additis figuris offert. Totum commentarium claudit index aucthorum ac materiarum amplissimus ».

(Haec ex iisdem actis transtulit noster Martialis a S. Io: Bapta in suam Bibliothecam pag. 270).

143. Isabella ab Angelis I.

Natione Hispana, Villae-Castinae in dioecesi Segoviensi anno 1565 die 5 februari ex Joanne Marquez Messia et Maria Ibagnez, nobilissimis ac piissimis parentibus orta, in monasterio nostro Salmanticensi professa; una è *sex* primis monialibus, quae ex Hispania in Galliam venere ad plantandam in eo florentissimo Regno Carmeli reformationem Teresianam, quam in Parthenium Lemovicense induxit, ubi et ipsa omnium virtutum exercitiis consumpta anno salutis 1644 die 14 octobris, cum magna sanctitatis opinione miserias exuit mortales.

« *Vitam ejus, sermone Gallico, Francisca a S. Teresia, Parisiis edidit anno 1658 in 8.* A pagina autem 327 et seqq. referuntur Isabellae epistolae spirituales undecim ad Petrum Cardinalem de Berulle et moniales: *Consilia, seu monita: sententiae pietate redolentes: Exhortationes quaedam ad suas Moniales* ».

(Martial. a S. Io: Bapt., pag. 163 et 270).

144. Isabella ab Angelis II.

Patria Parmensis in saeculo Helena filia Comitis Joannis-Batistae Bajardi, et Comitissae Catharinae Cerati. Vota dixit solemnia in Mutinensi Monasterio SS. Joseph, et Teresiae die 14 maij anno 1658, et ibi ad superos evolavit die 4 april. 1715 aetat. 76.

Scripsit obedientissima virgo jussu suorum superiorum.

Relationem fundationis Coenobii nostri Regii-Lepidi in Aemilia, quam ipsa totis viribus promovit et obtinuit, anno 1685. — (MS. servatur ap. Fr. B. a S. A. C. S.).

145. Isabella a S. Dominico

Natione Hispana, cognomento d' Ortega, Joannis d' Ortega et Mariae de Vergas, professa Abulae anno Christi 1565 die 21 octobris; Pastranae priorissa, et alibi nec non plurium conventuum fundatrix. Virgo spiritu sapientiae plena, christianis omnibus virtutibus praeclara, magnumque Hispanicae Congregationis decus et jubar. Obiit Abulae anno 1623 die 13 junii aetatis suae 92 circa mediam noctem.

Scripsit, jubentibus superioribus :

1. *De vita propria. Lib. I.* « Quem postea longe fusiorem Praelo tradidit hispanice, in folio Michael-Baptista de Lanuza ».

Matriti anno 1638.

2. *Compendium vitae, virtutum, ac miraculorum S. M. N. Teresiae* (cujus fuit individua comes.).

3. *Historiam aliquorum conventum suae Hispanicae Congregationis, quos fundavit.*

(De Williers Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 199, column. 2, Num. 223).

146. Isabella a S. Francisco

Doctoris Martini Miravelae de Blancas consiliarii regii, et advocati generalis in regno Aragoniae (postea Carmelit. Discalc. sub nomine Martini a Martyribus. Vid. pag. 355 N. 46), filia et Coesar-Augustano monasterio professa; Matr. Isabellae a S. Dominico intima, divinitus erudita, novitiarum magistra et ibidem priorissa.

Virgo animi candore, morum pietate, vitae sanctimonia, corporis mortificatione, sacrarum scripturarum et SS. Patrum intelligentia, spiritu prophetico, revelationibus et memoriae incomparabilis dono ditata, cessit e vita Coesar-Augustae anno salutis 1627, aetatis suae 47 et religionis 30.

Scripsit:

1. *De rebus maxime necessariis in infirmitate servientibus, praesertim in mortis articulo.*

2. *Opuscula plura,* metro conscripta, ex diversis sacrae scripturae et S. Pauli Apostolis testimoniis desumpta.

(De Williers Tom. II suae Biblioth. Carmelit. pag. 199, N. 224).

147. Isabella ab Incarnatione

Natione Hispana in Granatensi monasterio anno 1582 novitia; postea priorissa Jaensis Hispalensis et Biacensis.

Scribebat anno 1641 (aetatis 72):

Relationem de virtutibus S. P. N. Joannis a Cruce: « Qua usus est Franciscus a S. Maria Tom. II. Historiae generalis reformat. nostrae lib. VIII, cap. 47 ».

148. Isidorus a S. Bernardo

Natione Picardus, patria Ambianensis, sacrae theologiae in alma facultate Parisiensi Baccalaureus, postea Carmelita Discalceat. Professionem suam Parisiis emisit anno 1621 die 12 septembris. Vir doctrina, humilitate, observantia, charitate et alta contemplatione praeclarus et spiritualibus siccitatibus multum exercitatus.

Theologiam in conventu nostro Gerbevillae, apud Lotharingos legebat; cum Urbs et loca vicina Pestis Lue inficerentur. ipse vero indefesse poenitentiam et Eucharistiam quibuscumque ad Ecclesiam accedentibus, et sese offerentibus administrabat. Ideo contagionis morbo correptus, decessit Gerbevillae anno 1636 die 21 maij.

« Haec habet Ludovicus a S. Teresia lib. II. Annal. Nostr. Gallice, cap. 7, pag. 318. Addit autem Ludov. Jacob in sua Biblioth. Carmelit. MS., pag. 262, Isidorum a S. Bernardo scripsisse duo opera, quorum :

« 1. *De privilegiis Ordinis Carmelitarum circa confessiones. Lib. I.*

« 2. *De clausura Monialium. Lib. I.*

« Utrumque opus MS., asservab. olim in Biblioth. Coenob. nostri Parisiensis quorum unus Lucianus a S. Maria, discipulus ejusdem Isidori, eam veritatem testatus fuit apud praefatum Ludovicum Jacob ».

149. Isidorus a S. Dominico.

In saeculo dictus Gislenu Balteel natione Belga Ypris natus, anno Domini 1600. Institutum nostrum professus est Bruxellis anno 1617 die 15 iunii. Latinae et Grecae Linguae instructissimus, sui aevi eloquentissimus, omnigena eruditione praestans, Sacrae Theologiae lector in prov. Germaniae anno 1637 constitutus, diversis in locis prior, definitor provincialis, deinde anno 1652 provincialis, et anno 1633 definitor generalis, ac tandem anno 1656 die 6 maii Romae in comitiis generalibus habitis in coenobio S. Mariae de Scala, XVIII praepositus generalis est electus.

Vir prudentia, integritate, virtute, generis splendore, ingenio et doctrina illustris, ac Superior Reformatorum Ordinis SS. Trinitatis. Obiit Romae die 6 martii anno salutis 1668, aetatis suae 68.

Euidit:

1. *Epistolam Pastoralem ad Religiosos suae Italicae Congregationis.* (Latine).

Romae anno 1656 in 8. — Mediolani (Italice) anno 1671.

2. Ex hispanico idiomate vertit in latinum.

Poemata Mystica S. P. N. Ioannis a Cruce (absque nomine traductoris).

Coloniae-Agrippinae, typis Gualtieranis anno 1639.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 271).

150. Isidorus a S. Ioseph

Natione etiam iste Belga, patria Duacensis (iuxta Ludovicum Iacob) sed Dunkerkanus (si credatur Danieli a Virgine). Teresianis nomen dedit Duaci anno 1622 die 4 aprilis. Philosophiae et sacrae theologiae in Belgio professor controversiarum in Romano nostro missionum seminario: prior Melitensis, sancti Officii consultor, ac Italicae Congregationis anno 1647 procurator generalis; deinde anno 1650 et 1656 definitor generalis. Vir non minus pietate, quam morum integritate et doctrina insignis, Linguarum Graecarum, Latinarum, Hispanicarum, Italicarum et Gallicarum peritissimus—Extremum diem clausit Romae in conventu nostro S. Mariae de Scala anno 1666.

Opera eius inscribuntur:

1. *Sacer Fasciculus B.V. Mariae de Monte Carmelo.*

Duaci 1637 typis Rampusianis et
Lugduni ap. Vincentium de Coeursilly, multoties recusus.

2. *Vita, Virtutes et Epistolae Spirituales Venerab. P. Ioannis a Iesu Maria Carmelit. Dicalc. Praeposit. General.*

Romae 1649 typ. Mascardi in 24. (Latine).

Ad Martinum Cardinal. Ginettum, Ordinis Protectorem.

« Item Coloniae anno 1650, typ. Iodoci Kalcoven, in folio: cum operibus eiusd. Ven. P. Ioann.

« In fine Tomi IV operum eiusd., procurante Paulo ab Omn. SS. Carmel. Discalc. »

3. *Privilegia Carmelitarum Discalceatorum.*

4. *Annalium Italicae Congregationis Carmelit. Discalceat. Tomus Primus.*

« Quem MS. Ludovicus Iacob inchoatum et pene completum vidit Romae anno 1640 penes Aucthorem; sed absolutum et omni ex parte perfectum typis mandari curavit Romae in folio anno 1668, latine Philippus a SS. Trinitate, et Petrus a S. Andrea definitor generalis, illam editionem dirigens. »

5. *Praxis verae Fidei, qua Iustus vivit,* « ex hispanico idiom. Thomae a Iesu in latinum vertit et prodiit.

Coloniae anno 1637 in 12.

6. *S. Gregorii Decapolitae Sermo* « nunc primum editus e graeco latinitate donatus, ac notis brevibus illustratus. »

Romae typ. Ludov. Grignani 1642 in 12. Graeco Lat.

7. *Oratio Funebris,* in obitu Ill.mi D. Gabrielis Tencinii Palatini Cracoviensis cum Epitaphio et Naenia Anagrammatica.

Bruxellis anno 1630 in 4.

8. *Vita Venerab. P. Alexandri a S. Francisco Carmelit. Discalceat.*

(Ubaldini Nepot. Leonis XI. Pontif. Max.), qua usi sunt Posteriores, qui eamdem scripserunt. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 271. — De Williers, Tom. II, suae Bibliot. Carm. pag. 201 N. 229).

151. Iulianus a Cruce

Natione Gallus natus Cenomani seu Vindini Cenomanorum ad Sartam anno 1594 die 22 ianuarii; Mathurino Besnier et Mauricetta parentibus. Vestem religiosam in coenobio nostro Parisiensi induit anno 1613 die 14 septembris horis matutinis: anno sequenti 1614 professionem die 14 septembris vespertinis horis emisit.

Magister novitiorum sexdecim annis fuit, prior Meldensis, anno 1628, Charentonensis anno 1637, Yenetensis (in Armorica) anno 1640. Vir qui tanto spiritus fervore regularibus exercitiis et corporis mortificationibus operam dedit ut coeteris suis Consodalibus etiam Novitiis, stuporem haud modicum incuteret.

E vita decessit Parisiis.

Scripsit:

Praxes Quotidianas pro Novitiis suis.

« Has in nostris Annalibus Galliae retulit Libr. II, cap. 157, pag. 742 Ludovicus a S. Teresia, eius vitae scriptor fidelissimus et testis oculatus. »

(Vid. De Williers, Tom. II., suae Biblioth. Carmelitan., pag. 206, N. 235).

152. Iulianus a S. Iacobo

Natione Polonus. — Edidit Librum inscriptum:

Agnus purpuratus, seu Orationes in Laudem S. Thomae Aquinatis, in fol.

. . . . anno 1703.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 271).

153. Iustus ab Assumptione B. V.

In saeculo dictus Alexander Roger, in oppido Antoniano prope Tornacum natus.

Institutum Teresianum amplexus, re et nomine Iustus, omnium virtutum genere doctrina non minus quam pietate clarus, lectoris munere Lovanii, prioris autem Tornaci praeclare functus: cum in comitiis provincialibus, se iterato ad eam praelaturam expeti animadvertisset, non praeesse sed potius subesse desiderans, suorum Superiorum preces humilitate vicit. Devotionem suam erga Eucharistiae Sacramentum testatam reliquit, opere inscripto:

1. *Manna Communicantium*, piissimas Meditationes continens, per modum colloquii melliflui, Christum inter et Animam, nomine discipuli ad sacras epulas se praeparantis. (Latine) Tomis duobus in 4.

Bruxellis anno 1660 ap. Balthassarem Bellerum.

« Idem opus ex latino sermone in gallicum idioma translatum a Cypriano a Nativitate B. V., prodiit Bruxellis ann. 1665, et et 1677, Tom. 2 in 8.

2. « Huic operi accessit:

Tractatus de frequenti Confessione et Communione.

« Quem in gallicum idioma transtulit idem Cyprianus et ibidem eod. an. typ. dat. »

3. *Spiritualia decem dierum Exercitia.* (Latine).

« Quae in linguam vernaculam transmisit, ac Insulis edidit in 12. Petrus a Matre Dei Carmel. Discalc. »

Dum editioni tertiae « *Manna Communicantium etc.* » incumberet Iustus ab Assumptione, coronam Iustitiae recepit a Iusto Iudice, die 8 octobris, anno salutis reparatae 1679 aetatis suae 67, religiosae professionis 46 ac sacerdotii 39.

(Martialis a S. Io: Bapta, pag. 271. — DeWilliers, Tom. II suae Bibl. Carmel. pag. 214 N. 251).

1. Laurentius a S. Abundio I.

Novocomensis, Germanus Frater R. P. Francisci a SS. Sacramento, jam praepositi generalis Italicae Congregationis (Vid. pag. 181, N. 36). Fuit praelector, prior, definitor, ac XIV Longobardiae provincialis electus in Comitiis Mediolan. habitis die 28 aprilis 1652. Superna placidissime petiit in Cremonensi coenobio die 28 decembris anno Domini 1657, aetatis suae 57. Vir ingenio subtilis ac profundus conversatione gratus atque affabilis, et in administranda regendaque provincia prudentissimus.

Scripsit *Tres Litteras Pastorales ad suae provinciae subditos*, quae extant in Collatione Mediolanensi, edita anno 1671.

2. Laurentius a S. Abundio II.

Mediolanensis ex nobili familia Piumarda. In patrio conventu solemnem emisit professionem die 24 augusti anno Dni 1660. Munia lectoris, concionatoris, prioris, rectoris S. Pancratii in Urbe, definitoris Longobardiae XXXI provincialis electus in Capitulo Bononiae celebrato die 27 aprilis anno 1697, atque visitatoris generalis provinc. Neapolit., German. ac Poloniae. summa laude gessit.

Etiam iste Cremonae extremum diem clausit piissime actualis confessar. Ordin. Monial. nostrarum die 25 aprilis anno 1701, aetat. (ut praecedentis) an. 57.

Edidit, Italice:

Discorso detto li 3 maggio 1674 nel monacarsi fra le Carmelitane Scalze di Modena la Serma Principessa Eleonora d' Este, sorella di S. A. S. Rinaldo I. Duca etc., assumendo i nomi di suor Maria Francesca dello Spirito Santo.

Modena, 1674.

Scripsit *Litter. Pastoral. ad religiosos suae Longobardiae provinciae.*

3. Laurentius a S. Cajetano

Venetae provinciae alumnus. — Italice edidit:

1. *Diario cavato dalle opere della N. S. M. Teresa in 12.*

2. *Novena in onore della suddetta Madre, in 12.*

3. *Sentenze ricavate dalle opere del N. S. P. Giovanni della Croce, in 12.*

Padova 1733 p. Gio: Batta Conzatti.

4. Laurentius a Cruce

Biacensis, unus e primis, qui ann. 1592 eremum Bolarcae habitaverunt. Vir magnus humilitate, innocentia, obedientia et contemplatione.

Scripsit:

Relationem de deserto nostro Bolarcae.

(Ita Ludov. Iacob in sua Biblioth. Carmel. MS. pag. 269).

5. Laurentius a S. Elia

In saeculo Laurentius Ximenes natione Navarrus Pampilonae natus anno 1588; nobilibus parentibus. Dum esset rector Accademiae Oscensis in Hispania mundo valedixit, et Romae in coenobio nostro S. Mariae de Scala anno 1627 die 20 julii, solemnem professionem emisit. Dein procurator generalis, anno 1638, postea in Comitiis generalibus in eodem conventu celebratis, die 2 maij anno 1647 Italicae Congregationis praepositus generalis XV electus fuit. — Obiit Neapoli 17 novembr. 1655.

Scripsit:

1. *Epistolam ad PP. Longobardiae provinciae* pro eligendo successore P. Joan-Damascen. a S. Joseph, jam elect. provincial. 20 april. 1646 et subitanee defunct. in Sacr. Erem. die 4 octobr. an. 1647 (*).

Latine prodiit, *Mediolan. anno 1671.*

(*) Eodem anno 1647 die 3 novembris convocatum fuit, Bononiae Capitulum intermedium et « Electus fuit in successorem P. Ioannis Damasceni a S. Ioseph, R. P. Franciscus a SS. Sacram. qui anno 1650 evectus est ad Supremam Ordinis Praefecturam ».

(Vid. superius pag. 181 num. 36 et pag. 277 num. 87).

2. *Epistolam Pastoralem* ad omnes Italicae Congregationis religiosos — (Latine).
Romae anno 1648.
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 272).

6. Laurentius a S. Hilarione

Natione et patria (ut praecedens) in Caesar-Augustano nostro coenobio professus circa annum 1636. — Sororis nostrae Matris Isabellae a S. Dominico per sexdecim, et amplius annos a confessionibus sacris extitit: ideoque fide dignus, qui scriberet ejusdem:

1. *Venerab. Matr. Isabellae a S. Dominico vitae ac virtutum Breviarium.*

« Quod laudat Michael de Lanuza lib. IV. ejusdem vitae cap. 26 ».

2. *Relationem de virtutibus sororis nostrae Matr. Antoniae a Spiritu Santo, d'Hortigas.*

« Qua usus est idem Michael de Lanuza, lib. V. vitae Isabellae a S. Dominico, jam memoratae cap. 22. — Nec non Franciscus a S. Maria lib. VII. Historiae Carmelit. Discalc. Hispanicae Congregat. cap. 26 ».
(De-Williers, T. II, Biblioth. Carmelit. pag. 225, N.° 12),

7. Laurentius a Jesu

Dictus in saeculo Michael Boet, patria Insulensis in cellae custodia ac in obeundis communitatis actibus assiduus; in salute animarum procuranda studio flagrantissimus.

Missionarii munere apud haereticos, quorum plures ad Ecclesiae gremium perduxit, expleto; in patriam redux e vivis sublatus est Insulis die 10 martii anni 1679 aetat. suae 63.

Edidit, latine:

Meditationes in septem psalmos poenitentiales.

« Ad commendandam Dei Gratiam, veram poenitentiam habendam, profundam humilitatem, ac compunctionem cordis, veramque gratiam recuperandam per peccatum amissam dictione latina fluens hoc opus, in septem partes dissectum est, quarum singulae in plura capita, in quotos psalmorum illorum distribuuntur. Haec unica ex ejus lucubrationibus, edita est ».
Duaci anno 1674 in 4. magno.
(Martial. a S. Io: Bapta. pag. 272).

8. Laurentius a S. Maria Magdalena

Natione Gallus. — Scripsit:

Relationem miraculorum Nostrae Dominae de l'Ozier; « sicuti refert Guido Allard in sua Delphinatus Bibliotheca, pag. 135, teste Jacopo Lelong in Bibliotheca Historica Galliae pag. 40, N. 1119 ».

9. Laurentius a Praesentatione B. V.

Natione Allobrox, dioecesis Genevensis, sacerdos anno Domini 1620 die 14 martii, Annisii a S. Francisco Salesio Episcopo Genevensi ordinatus; postea Carmelita Discalceatus anno 1621 factus. Vir eminentis virtutis, ardentis charitatis, magni zeli pro infidelium salute et purae doctrinae fama clarus.

Obdormivit in Domino Tolosae Tectosagum morbo epidemico, dum pestiferis inserviebat anno Christi 1630 die 11 novembris aetatis suae 35, religiosae professionis 9.

Pauca ejus scripta, sunt:

1. *Oratio piissima ex Sacra Scriptura confecta.* — Incipit: Domine Jesu Christe etc.

« Quam edidit in nostris Annalibus Gallice, cap. 89, pag. 260. Ludovicus a S. Teresia.

2. *Meditationes compendiosae in septem Stationes.*

« Quas Dominus noster Jesu Christus egit suae tempore Passionis ».

« MSS. servabantur olim in coenobio nostro Tolosano ».

(De Williers, Tom. II. suae Bibliothec. Carmelitan. — pag. 229, Num. 29).

10. Laurentius a Resurrectione (Laicus)

In saeculo dictus Nicolaus Herman ex honestis piisque parentibus in Lotharingia ad locum Herimini dictus natus. Saecularem primum militiam secutus, deinde vitam eremiticam tentavit; postea in domo nobilis Dni Guillelmi Fieubet regiae Gazae custodis inter domesticos annumeratus: Tandem ad Nostros PP. Parisienses accessit quibus suum solemni professione nomen inter fratres Conversos nomen dedit anno Domini 1642.

Vir natura quidem rudis, sed gratia perpolitus exquisitusque inquiebat Illmus Dnus Franciscus de Solignac de la Motte-Fénélon, Archiep. Cameracensis.

Viis in interioribus vitae spiritualis adeo perspicax, ut clariori semper lumine superfusi recederent, qui Eum consulturi accesserant.

Parisiis ad claritatem aeternam evolavit die 10 febr. an. 1690 aetatis circiter 80.

1. *Ejus vitae compendium, cum sententiis, et illius litteris ad homines pios scriptis,* edidit anonymus dioeces. Parisiensis Presbyter sub hoc titulo Gallice inscripto:

« Abregé de la vie de frère Laurent de la Résurrection, religieux convers des Carmes Déchaussès, ses maximes spirituelles, et quelques lettres qu'il a écrites à des personnes de piété ».

« Cum approbatione viri clariss. Dni Courcier in Ecclesia Parisiensi rebus theologicis praefecti data ad diem 23 novembr. ann. 1691. — Parisiis ».

2. *Les moeurs et entretiens du frère Laurent de la Rèsurrection, avec la pratique de la prèsence de Dieu, tirée des ses lettres.*

Catalauni anno 1694.

3. *Lettre à Monsegneur le M. de . . . .* pou servir à la justification du livre des Moeurs et Entretiens du frère Laurent de la Résurrection Carme Déchaussé, imprimé à Châlons en 1694.

Parisiis ap. Ludov. Josse, ann. 1697 in 12, — pag. 24.

« Cum approbatione viri clariss. Dni Pirot, data eod. anno 1697 die 6 novembr. ».

« Totus est aucthor anonymus ad probandum discrimeni inter doctrinam in libro de Moribus, colloquiisque Fr. Laurentii contentam, et dogmata in libro *des Maximes des Saints* qui absente Illustriss. Dom. de Fénélon, praepostere editus, nonnullas continet elocutiones, quas Illustriss. Antistes saniori sensu explicatas dedisset, si majorem adhibuisset curam ».

4. In collectione quorumdam mysticorum tractatuum edita Coloniae an, 1699; sub hoc titulo Gallico:

Recueil de divers Traités de Théologie mystique, qui

entrent dans la célèbre dispute du Quiétisme, qui s'agite présentement en France in 12.

« Reperiuntur scripta Fr. Laurentii a Resurrectione cum aliis variorum mysticorum hominum tractatibus ».

« Laurentii a Resurrectione celebrem habent mentionem Ill.mus Dominus de Fenelon Cameracensis archiepiscopus, in Epist. LXXI Tom. III Spiritualium Operum gallice Parisiis edito anno 1740 in 12.

« Vir clarissimus atque peritissimus Dom. Goujet in 2. supplemento Dictionarii Moreriani Parisiis edito anno 1749 in folio. Tom. II, pag. 19, litt. L., ubi animadvertit errorem nostri Martialis a S. Io: Bapta falso assignantis mortem huius Fr. Laurentii a Resurrectione ad annum 1692 in sua Bibliot. pag. 273.

« Petrus Poiret Metensis Calvinista et Heidelbergensis minister pseudomysticus edi curavit vitam et opera nostri Fr. Laurentii a Resurrectione an. 1710 vol. 1 in 12. Teste praefato Dom. Goujet, in primo supplemento dictionarii Moreriani 1735, Tom. II pag. 86. lit. P, column. 2. »

(De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit., pag. 299 et 230, N. 30).

II. Laurentius a S. Teresia I.

Nobilium ac parentum Catholicorum filius unicus ortus est Droghedae in urbe Hiberniae in Ultonia provincia, in comitatu Lugensi. Occiso patre, unius legionis ductore, mater filium in Dei timore adeo feliciter enutrivit, ut adolescens mundi vanitatem ac periculum animae serio considerans, inter Carmelitas Discalceatos, quibus per haereticos divexatis pia mater avitae domus dimidiam partem liberaliter cesserat ipse adscribi sollicite postulaverit.

Voti compotem effectum in Galliam miserunt, ut studiis philosophicis et theologicis facilius incumberet: quae quidem in nostra Aquitaniae provincia perfecit.

Inde Romam evocatus, ut in seminario se ad Missiones compararet, prout enixe postulaverat, in comitiis generalibus anno 1650, publicas theses, omnium adstantium admiratione sustinuit, quorum animos modestia, ingenii claritate ac facilitate rapuit.

Eximium iuvenem voluit novus praepositus generalis R. P. Franciscus a SS. Sacramento suae aggregare Longobardiae provinciae. Quare vix attingentem aetatis annum 25, sacrae Theologiae lectorem in collegio nostro Bononiensi destinandum curavit. Ad idem Officium iterato assumptus, tum ibi tum Cremonae in publicis functionibus incredibilem omnium existimationem conciliavit. Postea definitor provincialis electus, monialibus nostris in sacro Tribunali poenitentiae praepositus, eas adeo ad perfectionem promovit et direxit, ut generalis visitator totum, post Deum, in piissimum directorem cum magna laude refuderit.

Translato ad aedes S. Pancratii nostro seminario missionum, anno 1662 die 6 martii, R. P. Dominicus a SS. Trinitate praepositus generalis, Laurentium nostrum probe sibi notum, ad legendas controversias evocavit: et ne tantum virum prov. Romana amitteret, inter eius filios aggregavit. Ad missiones ergo esactissima legum custodia se parabat, cum, praeter lecturam, impositum sibi anno 1662 seminarii gubernium indoluit: ne tamen ubique muneri minor esset, in choro assiduus studium cum propriae sanitatis dispendio continuavit. Correptus itaque morbo, ut asserebant medici, citra vitae periculum, mortem tamen proximam praesentiens, totius vitae peccatorum confessione peracta sacraque Eucharistia devotissime suscepta, postera die in apoplexiam incidens, infirmorum oleo perunctus, vivere desiit in terris, in aeternum victurus in coelis mense novembri anno 1670 aetatis 44.

« Parabat eximium opus cui titulum apponere intendebat: *Elucidarium Thomisticum;* sed morte praeventus partem seu fragmenta per manus discipulorum quibus dictaverat vel trascribenda concesserat recuperavit Adeodatus a SS. Petro et Paulo Italicae Congregationis definitor generalis, ac eius Bononiae discipulus (vid. superius pag. 3 num. 1) qui non modico studio, quinque in Tomos in folio digessit, edique Romae curavit ann. 1682 et seqq., sub titulo ut seq.:

Spicilegium Theologicum. Tom. V, in folio.
Romae ann. 1682 et seqq.

Tomus I. continet: 1. *Tractatum de sana doctrina.* — 2. *Tractatum de Existentia Dei.* — *De illius Essentia.* — *De Attributis Divinis* — *ac De Visione Beatifica.*

Tomus II. *De Scientia — Idaeis — ac Voluntate Dei.*
Tomus III. *De Praedestinatione — Reprobatione — Gratia et Merito ac SS. Trinitatis Mysterio.*
Tom. IV. *De Actibus Humanis — Iustitia — et Iure — Poenitentia*, cum opusculo — *De Theologia Mystica.*
Tom. V. *De Sanctissimo Incarnationis Arcano.*

« Laurentium a S. Teresia commendant :

Necrologium Seminarii S. Pancratii — Adeodatus a SS. Petro et Paulo in elogio quod eius operibus praefixit — et Martial. a [S. Io: Bapta, pagin. 273 et 274 — ac De Williers, T. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 230 N. 31. »

12. Laurentius a S. Teresia II.

Provinciae Aquitaniae alumnus, qui obiit Tolosae anno . . . .

Transtulit in idioma gallicum :

Meditationes S. Petri de Alcantara.

« Quibus praemisit Epitome vitae eiusdem Sancti, ex operibus S. M. N. Teresiae a Iesu desumptum cum pluribus monitis spiritualibus. »

Tolosae anno 1686. (Editio 3.)

(Martial. a S. Io: Bapta, ut supra pag. 272.

13. Laurentius a SS. Sacramento

Neapolitanus provinciae Romanae (*) alumnus. — Edidit :

1. *Commentaria in octo Libros Physicorum Aristotelis.*

Romae anno 1623 in 4.

2. *Commentaria in Dialecticam Aristotelis.*

Ibidem eod. anno in 4.

(Martial, a S. Io: Bapta, pag. 274).

14. Laurentius a Visitatione B. V.

Natione Neustrius in Parisiensi nostro coenobio professionem emisit. — Vivebat anno 1668.

Edidit metro gallico :

1. *Tragediam Boetii Consulis Romani et Theodorico Regi a Consiliis.*

(*) « Provincia Neapolitana erecta fuit tantum anno 1626. »

2. *Canticum Amoris Dei S. P. N. Ioannis a Cruce.*

3. *Historiam Propheticam et Apologiam eiusdem Historiae.*

(De Williers, Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 222 N. 35).

15. Leander ab Annuntiatione I.

Natione Hispanus patria Burgensis in saeculo dictus Leander de Melgosa.

Ex praefecto militum in urbe Neapoli miles christianus atque religiosus in tyrocinio nostro S. Mariae de Scala factus, ac professus anno 1605 die 25 martii.

In Persidem postea Missionarius missus, Domum Ormutianam promovit, Goanam fundavit, Diviensem incoepit; dum aliam in urbe Visapor parabat pie obiit anno Domini 1631.

Scripsit :

1. *Historiam Goanae Fundationis.*

« Quam per annos plures ut et totam missionem orientalem strenue gubernavit. »

2. *Versus Latinos, Hispanos, Lusitanos in Laudem S. M. N. Teresiae a Iesu.*

« Eius Canonizationis occasione. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 275).

16. Leander ab Annuntiatione II.

In saeculo Ioannes-Petrus. Ortum habuit Mediolan. die 25 aprilis anno 1625 et eius progenitores fuerunt nobilissimus vir Alexander Perego et Dna Clara Caramati.

Cum liberalium artium rudimentis perceptis paternae domus commodis ac divitiis valedicere statuisset, in patrio coenobio vestem religiosam induit die 24 septembris anno 1644, et anno sequenti die 4 octobris solemnia emisit vota.

Emenso Bononiae studiorum cursu munus lectoris in Melitensi conventu in seminario Romano missionum ac Bononiae summo plausu exercuit : prior etiam coenob. Novocomi, Ferrariae atque Mutinae cum laude praefuit ; et Provinciae suae Longobardiae semel et iterum praeluxit cum definitoris officio: ita concionatoris in pluribus Italiae urbibus ac consultoris L. Officii. Podagrae ac hydrop. morbo correptus obdormivit

in Domino Mutinae actualis definitor provincialis die 3 ianuarii anno reparatae salutis 1686.

Edidit italice:

1. *La vaga e Miracolosa Immagine di Nostra Signora di Concesa.*

Parma 1685 per Giuseppe dall'Olio in 4.

« Hic Tractatus nuncupatur Illmo Dno Ioanni-Meltio archiepisc. Capuano et continet quindecim Sermones in Commendationem Dei-parae Virginis, argumento desumpto ab Imagine ipsius, quae celebratur olim in nostra Ecclesia, quam simul cum coenobio extruxit et dotavit Caesar Montius S. R. E. Card. et Mediolan. archiepiscop. anno 1647 die 26 mart., suppress. postea a Napoleone. »

2. *L'Asilo de' Peccatori Maria Regina del Cielo, ossiano Quindici Discorsi in di Lei onore.*

Bologna per il Monti 1687 in 4. (Opus Posthum,)

(Ex Necrolog. Convent. Mutinensis).

« Paucas lineas replet Leander noster in Bibliothec. P. Martialis a S. Io: Bapta, pag. 275. »

17. Leo a Regibus

Natione Germanus natus Monachii anno 1615, professor theologiae ac philosophiae in conventu nostro Neapolitano anno 1646. Peste correptus obiit ibi anno 1656 postquam edidisset:

1. *Monile Aureum* « in quo tractat de Gratiis, Privilegiis, Indulgentiis Antiquissimae Archiconfraternitatis Scapularis Mariani. »

Graecii anno 1648 Tom. 1 in 8.

2. *De SS. Trinitatis Mysterio, Theoremata Theologica.* Tom. 1 in 4.

Ibidem anno 1649. Typ. Widmanstadii.

3. *Tractatum* « quem Petrus ab Angelis de Ordine judiciali et praxi tribunalis religiosi scripserat hispanice, latinitate donavit; et prodiit

Neapoli anno 1656. Tom. 1 in 4.

Iterum Coloniae et Matriti anno 1665.

4. *Centur. Sent. Asceticarum,* « quam Angelus a S. Ioseph scripserat latine, reddidit germanice et prodiit

Graecii anno 1649 ap. Widmanstadium.

5. *Librum Sententiarum Selectarum*, « eiusdem P. Angeli a S. Ioseph, etiam germanice reddidit et Typis mandavit.

Ibidem anno 1650 ap. eumdem Bibliopolam.

(Martialis a S Io: Bapt., pag. 275, et pag. 316. — De Williers, Tom. II. suae Biblioth. Carmelit. pag. 246, N. 42).

18. Leonardus a S. Francisco

Natione Belga patria Antuerpiensis. Ex latino in idioma Flandricum transtulit:

Vitam Sororis Nostrae Matr. Mariae Eleonorae a S. Bernardo.

Edique curavit.

Gandavi anno 1674.

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 275).

19. Leonardus a Spiritu Sancto

Natione Hispanus patria Alcarazensis in coenobio nostro Pastranensi professus, primus in reformatione Teresiana professor philosophiae ad Convent. Complutensem institutus ex decreto capituli quarti provincialis anno 1587 Vallisoleti celebrati: antea siquidem religiosi nostri Congregationis Hispanicae in Accademiis saecularibus studiorum lectiones accipiebant, qui iuniores Litteris tum humanis tum sacris animum incumbebant: Leonardus postea theologiae moralis lector praeclarus diversis in locis, deinde provincialis atque definitor generalis: vir magnae charitatis et humilitatis, optimi ingenii et consummatae eruditionis, migravit e vita Matriti magno cum virtutis odore post ann. 1610.

Scripta eius sunt:

1. *Cursus Philosophicus.*
2. *De Charitate et Correctione Fraterna.* MSS.
3. *Regulae a Confessariis servandae, in 12.* MSS.

« Quae servantur in coenobio nostro Guadalaxarae. »

4. *De Ordine Iudiciali.*

« Huius operis meminit Petrus ab Angelis in praxi tribunalis religiosi, cap. 12, n. 18, pag. 109 edit. latin. Neapoli

1656 (vid. superius Num. 17) ubi nostrum Leonardum vocat virum insigniter doctum. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 275. — De Williers, T. 2. Bibl. Carm pag. 248 N. 46).

20. Leopoldus a S. Ioanne Baptista

Siculus natione, Messanae natus anno 1677 vocabatur in saeculo Ioann. Baptista Guardabasso. In conventu nostro Panormitano Sancti Isidori Teresianam vestem induit die 24 iunii ann. 1693, et anno sequenti solemnem emisit professionem.

Vir ingenio facili ac subtili praeditus, anno aetatis suae 23, Panormi sodales suos philosophiam docuit ; ac postmodum eamdem et theologiam in conventu Melitensi : ob eruditionem magnam a viris litteratis in aestimatione habitus ; concionator etiam celebris, functus officio prioris Messanensis obiit Panormi anno 1718 die 19 ianuarii.

Edidit italice :

1. *Cabalam Sacram circa Sacram Epistolam B. Virginis ad Messanenses scriptam.*

Messanae ann. 1701 in 4.

« Apocrypham hanc Epistolam fatentur eruditi viri quorum e numero videri poterunt Tillemontius, Cellier, Naudaeana pagin. 89. — Petrus Boetius , Tom. II. Dictionarii Critici, pag. 1544. — Niceron, Tom. XXXV. Commentarior. — De Viris Illutribus pag. 323 et 327. — Baronius ad Annum 48, Annal. Num. 25 etc. »

2. « Leopoldum insuper affirmat Mongitor praelo parata habuisse :

1. *Miscellanea Philosophica Selectarum Quaestionum.*

2. *Secreta Uranoscopiae.*

« Opus complectens Instrumenta ac Praxim Horologiorum Solarium iuxta varias figuras. »

3. *Vita, Mors, Elogia plurium monialium monasterii nostri Panormitani,* in 4. (Italice).

4. *Annotationes Italicae in Sacram Scripturam,* illustratae varia eruditione sacra et prophana. Plurib. Tomis.

« Haec manuscripta diligenti inquisitione facta in coenobiis Siciliae provinciae Carmelit. Discalc. non fuere reperta si excipias Elogia etc. ut supra N.° 3. Unde vel Leopoldo

vivente, alicui communicata et ab eo servata fuisse necesse est, si ea vidit Mongitor., ut animadvertit P. Martialis a S. Io: Bapta in sua Bibliotheca pag. 276, ubi recenset quoque seq. »

21. Leopoldus a S. Teresia

Natione Belga. Edidit sermone Flandrico, sub hoc titulo:

Introductio ad Orationem Mentalem.

Ypris anno 1699.
Iterum ibidem anno 1705.

22. Liberius a Iesu

In saeculo Stephanus cui patria Bellintiachum in agro Novariensi, natalis dies fuit decimo sexto kal. martias anno Domini 1646. Eius parentes fuerunt Io: Petrus de Milliis et Maria Gavitelli satis amplum genus. Namque Insulanus coram magnatibus Galliae anno 1518 inter Insubrum electiores Familias praedicabat Millios, quos et recenset Marinonus in syllabis illustrium Mediolanensium a Fannusio retextis.

Anno 1660 quarto idus sextiles Teresianis nomen dedit in coenobio nostro Mediolanensi. Peracto summa cum laude Bononiae philosophiae ac theologiae cursu, Romam vocatur, ubi in seminario S. Pancratii per annos ferme trigintasex impendit dogmaticis disputationibus. Sapientiam magni huiussce doctoris facile novit quisque ex eius scriptis. Evecto ad Cardinalatum Clariss. Gabrieli studiorum De Propaganda Fide Praesidi Liberium nostrum suffecit Innocentius XII. Pontif. Max. tanti virum faciens, ut pluris neminem.

Labore tandem senioque gravis piissime diem clausit extremam Romae in seminario S. Pancratii quarto kal. februarii anno 1719 aetati suae 73.

« Extabat olim in Mediolan. coenobio effigies (ad vivum) P. Liberii cum hac Epigraphe: »

R. P. LIBERIUS A JESU
IN. VEN. COLLEGIO. URBANO. DE. PROPAGANDA. FIDE. STUDIORUM
PRAEFECTUS
SACRARUM. CONTROVERSIARUM
PRAELECTOR
ORTHODOXAE FIDEI
PROPUGNATOR
ATQUE. HAERETICORUM
MALLEUS.

Obiit plenus meritis ann. a Parta Salute 1719. Natus ann. 73.

« Scripta Liberiana partim Edita sunt
Romae anno 1710 typ. Bernabò,
Auspice
Clemente XI.
« Partim (et haec multo plurima) sunt edita
Mediolani ann. 1743, et seqq. Typ. Petri Francisci Malatextae.
Adspirante
Benedicto XIV. P. O. M.

Doctissimi P. Liberii a Iesu opera tractant :

« *De Ecclesia Militante* (a) — *De praetenso Primatu Anglicano etc. — De Purgatorio, Suffragiis etc. — De Statu Animarum et Corpor. — De Spiritu Sancto. — De Christo. — Apologia Epistolarum Clementis I. Pp., usque ad Siricium adversus Bondellum, aliosque Neotericos. — De Septem Sacramentis. — De Romani Pontificis successione, electione, aucthoritate extra et supra Concilium etc. — Elementa et omnia ad Episcopat. et Cardinalat. scitu necessaria etc. — Defensio Consil. Evangelic. contra recentiores Haereticos. — Confutatio Erroris Graecanici. — De Azimis etc.*

Miscellanea. Tom. II. in folio.

« Scripta eiusd. P. Liberii tum quae ipse destinaverat Typis, tum quae dictaverat in accademia concilii in archilicaeo Sapientiae, necnon alia plurima devenerunt, ad coenobium Mediolanense haereditario quodam iure. »

(*a*) Displicuit, et merito in eo opere Sacrae Congregationi S. Officii Responsio data uni obiectioni Veldrosii haeretici controversia 4., nempe

« Theologos qui Iansenistae dicuntur cum omni humili-
« tate se subiiciere Romano Pontifici in domnatione quinque
« propositionum prout sonant, et secundum Quaestionem iuris,
« sed audiri postulare in quaestione facti ; an videlicet illae
« Propositiones inveniantur in Libro Iansenii de verbo ad
« verbum, et an in eo sensu intellexerit Iansenius etc. »

Quamobrem opus illud suspensum fuit donec corrigeretur. Correctum revera prodiit Romae anno 1710 cum aucthoris et Protextatione et Retractatione quae habetur post paginam 192 (illius editionis); ita ut modo eximium et eruditum illud opus a cunctis catholicis sine offendiculo legi possit.

23. Lucas a Matre Dei

Natione Hispanus, professus Pastranae in Castella-Nova eximius verbi Dei declamator, scientia ac pietate clarus.

Hispanico idiomate edidit:

1. *Sermones varios a se habitos.*

2. *Apparatum, quo Toletana Civitas Beatificationem S. P. N. Ioannis a Cruce celebravit, anno 1675.*

« Horum meminit Historia Generalis Congregat. Hispanicae, Tom. VI, Lib. XXVI, cap. 29, nec non Martial. a S. Io: Bapta, in sua Biblioth., pag. 278. »

24. Lucas a S. Petro

Natione Lusinatus in coenobio nostro Neapolitano religiosam vestem induit. Vir eximiae virtutis, plurimis visionibus et praesertim Pueri Jesu nonnullis apparitionibus recreatus, tentationibusque Daemonum probatus, et eorum fugationibus saepissime victoriosus, nec non infernalibus clamoribus frequenter spretis notatus. — Obiit circa annum 1672, cum magna sanctitatis opinione: Cujus opus inscriptum Italice:

1. *La Guida del peccatore.*

2. *Opusculum spirituale* (sub nomine sui fratris Sacerdotis) in formam Dialogi digestum etc.

(Teste Nicolao Toppi in Bibliotheca Neapolitana, pag. 193).

25. Lucas-Franciscus a S. Catharina

Natione Helveticus patria Luganensis et Longobardiae provinciae alumnus.

Per viginti et amplius Ann. in Novocomensi Reali Seminario dicto Benzi, munus lectoris sacrae theologiae moralis summo plausu exercuit.

Apoplexiae morbo correptus, ibidem obiit die 16 martii ann. 1762 aetat. 74.

« Reliquit quamplurima scripta theologic-moral., nec non Dissertat. in diversis, et Orat. panegyr. ».

(Ex Necrolog. Longobard. provinc.).

26. Lucianus a S. Maria

Natione Gallus provincia Picardus Samarobrivae Ambianorum ad Somonam Fluvium anno Christi 1585 die 4 martii natus Petro Flammignon et Maria Watin parentibus.

Discalceatus Carmelita anno 1617 Parisiis die undecima martii, ex advocato Senatus Parisiensis novitius: Eodem mense die 15 anno sequenti 1618, solemnem emisit professionem. Septies supprior, septies prior Parisiensis, Nancenianus, Mussipontanus, Venetensis, Lemovicensis et alibi: Septies vicarius, semel magister novitiorum ac definitor provincialis. Vir eximio animi candore ac morum integritate percelebris, conversatione affabilis, vitae regularitate conspicuus, ingenio et eruditione praeclarus, linguarum latinae, italicae et hispanicae peritissimus. — Migravit e vita Charentoni prope Parisios anno Domini 1661 die 18 decembris.

« Scripsit quamplurima opera utroque stylo metrico et prosaico sed Gallico. Horum indicem ab eo suo amico, paucis ante obitum Ejus accepit Ludovicus Jacob Carmelita antiq. observ., sed praelo nihil traditum ».

Opera Gallice scripta.

1. *Tragedia martyrii SS. Luciani Episcopi Bellovacensis, et sociorum Ejus, Maximiani et Juliani martyrum. — Metro Gallico. MS.*

2. *Catalogus aucthorum Carmelitarum Discalceat. Gallorum. — MS.*

« Desumptus atque collectus ex Bibliotheca Carmelitana, quam Ei communicaverat Ludovicus Jacob ».

3. *Sermonum Dominicalium;* opus triplex. MS.

4. *Sermonum Moralium;* opus triplex. MS.

5. *Sermonum pro Festiv. Domini;* opus triplex. MS.

6. *Sermonum pro Festivit. Sanctorum;* opus multiplex MS.

7. *Sermones pro renovatione votorum.* MS.

8. *Sermones pro velo monialium.* MS.

9. *Sermones Miscellanei.* MS.

10. *Vita venerab. sororis nostrae Matr. Isabellae ab Angelis,* Hispanae, quae fuit una e sex nostris monialibus, quae ex Hispania in Gallia, fundandi causa anno 1604 cui fuit a confessionibus, per sex annos Lemovicis ubi erat prior. — MS. (saltem inchoata).

Opera

ex hispanico et italico idiomate in Gallicum versa. MS.

1. *Praxis vitae Fide R. P. Thomae a Jesu Carmelit. Discalc.* MS.

2. *Cantica amoris Divini S. P. N. Joannis a Cruce* « ad venerab. Matr. Isabellam ab Angelis priorissam Lemovicensem, et ejus moniales. MS. (Carmine) ».

3. *Cantica S. M. N. Teresiae a Jesu. MS.* (Carmine) « ad venerab. Matr. Isabellam a Jesu Christo priorissam Yprensem, et ejus moniales ».

4. *Cantilenae spirituales contra inimicos animae S. P. N. Joannis a Cruce* « ad praedictam Isabellam a Jesu Christo etc. MS. (Carmine).

5. *Poëseos quaedam editae* cum operibus Antonii de Roxas, praesbyteri hispani. MS. (Carmine).

6. *Apologia pro Tom. I. Historiae propheticae R. P. Francisci a S. Maria defensione contra Zoïlos Ordin. Carmelit. MS.*

7. Opus cui titulus est. *Honor debitus decretis Sacri Concilii Supremae Inquisitionis, contra Eos, qui illa non observant* — a R. P. Josepho ab Incarnatione, Hispanicae Congregat. definit, general. compositum, et Matriti editam, per Didacum Dias de la Carrera anno 1655. — MS. (Gallice).

8. *Relatio Missionariorium Carmelitar. Discalceat. Italicae Congregationis in Perside et Indiis degentium* a R. P. Alexandro a S. Silvestro, ejusdem Congregationis scripta — MS. (Gallice).

9. *Ommissiones quamplurimae, quae deteguntur in versione Gallica litterarum S. M. N. Teresiae a Jesu,* cum notis Illmi ac Revmi D. Joann. de Palafox, Episc. Oxomensis, facta a Dno Pelicot, impressa Typ. Georgii Josse,

reparatae sunt, sermone Gallico imprimendae juxta fidem edit. Hispanicae. MSS.

« De Luciano nostro a S. Maria loquitur fusius Ludovicus a S. Teresia in nostris Annalibus Gallice lib. 2, cap. 16, pag. 652 nec non Ludov. Jacob in sua Biblioth Carmelit. MS., pag. 279 ».

(De Williers Tom. II, Biblioth. Carmelit., pag. 262, N. 61).

27. Lucius ab Assumptione B. V.

Mediolanensis, pluries prior, definitor ac XXXV Longobardiae provincialis electus in comitiis Mediolan. habitis die 20 aprilis 1709. — Actualis provincialis obiit Mediolan. die 25 ianuar. an. 1712 aetat. 56. Vir prudens, gravis; affabilis, magnatibus Hispan. ac Principibus valde charus atque Principiss. de Vademont Mediolan. Gubernatricis a Sacris Confession.

Scripsit :

Litt. Pastoral. ad Relig. suae Provinciae.

(Ex Necrolog. Longobard. Provin. pag. 24 et 38).

28. Lucretia ab Incarnatione

Hispana. — Scripsit :

Relationem de virtutibus et Sanctitate S. P. N. Joannis a Cruce — « qua usi sunt Franciscus a S. Maria, lib. VI. Historiae Teresianae reformat. cap. 13; et Hieronymus a S. Joseph lib. IV. Vitae ejusdem S. P. N. Joan. cap. 4 ».

29. Ludovica a S. Augustino

Amita Ludovici XVI. Galliarum regis, solemnem emisit professionem in celebri nostro monasterio Parisiensi S. Dionysii. Sincope correpta obiit actualis priorissa in pervigil. Nativit. Dni anno 1787 aetat. 50.

Scripsit — *Varia opuscula ascetica.*

« Cum lacrymis et singultis praedixit nepoti suo Ludovico imminentem regni revolutionem et Ejus necem per manum carnificis. Heu-nimis! Accidit revera revolutio die 14 julii ann. 1789; et Ejus mors supra patibulum die 21 januarii anno 1793 ».

30. Ludovica a Jesu I.

Natione Galla patria Parisina, in saeculo dicta Gallios Domini Jourdain vidua una e tribus primis Teresianis, quae Parisiis anno 1604 die omnium Sanctorum 1 novembris pubblice in monasterio Incarnationis sacrum religionis habitum accepit e manu R. P. Josephi a Jesu Maria provinciae Castellanae provincialis, qui postea Hispanicae Congregationis Generalis electus fuit Pastranae anno 1612.

Ludovica post emissam professionem anno 1605 assumpta fuit in priorissam Divionensem, postea Cabillonensem anno 1610 tandem anno 1614, Monasterium Vesontionense fundavit haec sanctimonialis vitae sanctitate prudentia sapientia ac animi mortificatione celebris. — Obiit Dolae-Sequanorum anno 1627 dum officio priorissae ibi fungeretur.

Scripsit:

1. *Vitam venerab. sororis nostrae Annae a Jesu Divionensis. MS.*

2. *Iter Hispanicum* dum nostras moniales ex Hispania in Gallias perduxit. MS.

« Haec MSS. asservab. olim in monasterio Cabillonen ».
(De Williers Tom. II, suae Biblioth. Carmelit. pag. 265, N. 64).

31. Ludovica a Jesu II.

Natione Lusitana. - Scripsit:

1. *Instructionem novitiarum*, (quae prodiit variis in locis).

2. *Vitam venerab. sororis nostrae Matr. Agnetis a S. Eliseo*, monasterii Ulyssiponensis priorissae, quae obiit anno 1608 die 15 januarii « quo florebat ipsa Ludovica a Jesu ».

(De Williers ut supra, loco citato etc.).

32. Ludovica Magdalena a Jesu

Natione Hispana, in saeculo dicta Ludovica Magdalena Manrique Enriquez de Lujan comitissa de Paredes, Infantissae Mariae Teresiae Austriae, postea Franciae reginae gubernatrix prudentissima. Excellentissimo Dom. Emmanuel Manriquez de

Laza Comiti de Paredes matrimonio juncta, mulieris fortis specimen dedit. Anno 1626 die 26 novembris Comite vita functo, cum ad instar sanctae Eudoxiae volumina sanctorum patrum attenta meditatione perlegeret, caducamque mundi pompam in eorum documentis inspiceret, Deo se totam in monasterio de Malagon nostrarum monialium consecravit.

Edidit sub simulacro Achillis, nomine neapolitani equitis.

1. *Meditationes matutinas ac serotinas per totius anni circulum.* (Hispanice).

Matriti anno 1656.

« Quas ejus filia V. M., Valentiae regni Proregina, expresso nomine, recudi curavit ».

Ibidem eodem anno 1658.

2. *Poemata spiritualia et mystica,* quibus mysticos et spiritales animae motus exponit.

Ibidem anno 1705.

« Cura Augustini a Jesu Maria ejusdem monialis confes sarii, nec non vitae scriptoris ».

(Teste Martial. a S. Io: Bapta, in sua Biblioth. pag, 270).

33. Ludovica a Misericordia

Natione Galla, avita origine Borbonii Agri in Turonia provincia ad Castrum Vallierum nata unde in saeculo dicta Ludovica-Francisca de la Beaume le Blanc de la Valliere, ducissa de Vaujour: saeculi vanitatibus immersa, cum gravi morbo corriperetur, Deo miserante, imminens animae suae periculum animadvertit. Tacta dolore cordis intrinsecus ad poenitentiam peccatis vitae praeteritae proportionatam animo statuit. Dixit, et coepit opera manus Excelsi. In monasterium nostrarum monialium in suburbio S. Jacobi Parisiis situm, cito volans aufugit; ubi Deo per religiosam vitam consecrata pubblice velum professionis monasticae e manibus Mariae Teresiae reginae Franciae die 3 junii an. 1673 accepit. In poenitentiae, mortificationis suique abnegationis et aliarum virtutum exercitiis ad mortem usque perseverans, ibidem pie obiit die 6 junii anno Domini 1710.

Scripta Gallico idiomate anonyma, quae vulgari opinione huic adjudicantur, sunt:

1. *Reflexiones super Misericordiam Dei.*
Parisiis anno 1680 in 12.
« Quae etiam septies Hagae-Comitis prodierunt ».
(Teste aucthore Reipubblicae Litterariae anno 1684, pag. 753 ».
3. *Reditus animae ad Deum conversae.*

« De ista celebri de la Valliere legendi sunt, inquit noster Martialis a S. Io: Bapta in sua Biblioth., pag. 278, qui vitam scripsit Columbanus a B. V. de M. Carmelin. suo anno Carmelitano MS. Latine scripto; dictionarium Morerianum verbo Valliere, hoc versus refert Gallicos:

« Deux grands Rois pour m'avoir se sont faits une guerre:
« L'un est le Roy du Ciel, et l'autre de la Terre.
« Le Roy du Ciel vainqueur, m'a conduit en ce lieu,
« Quel bonheur est plus grand sur la Terre et sur l'Onde ?
« Je me vois aujourd'hui épouse d'un gran Dieu,
« D'Amante que j'étois du plus grand Roy du Monde ».

3. *Epistol. L. ad divers.* MSS.

34. Ludovicus a S. Angelo

Natione Hispanus patria Granatensis, sui Instituti professor rigidissimus regularis observantiae cultor: postquam aliquot suae provinciae munia praefecturarum obiit Biatiae anno 1641 aetatis suae 64.

Scripsit:

Concionum, Tom. XV, vastae magnitudinis in 4° Verbi Divini praeconibus valde proficuos: « quorum septem in Biatiensi nostro conventu recluduntur ».
(Martial. a S. Io: Bapt. pag. 279).

35. Ludovicus ab Assumptione B. V.

Natione Germanus patria Spirensis. — Edidit:
Florilegium Carmeli.
« Quod citat Ludovicus a S. Teresia suis Annal., pag. 124 ».

36. Ludovicus a S. Bernardo

Natione Hispanus in Castella-Veteri professus. — Scripsit circa ann. 1614.

Commentaria in Psalmos « Quae MSS. servantur in Colleg. Nro Burgensi ».
(Martial. a S. Io. Bapta, pag. 279).

37. Ludovicus a Cruce

Natione Hispanus patria Cordubensis in patrio coenobio novitius anno 1586. Vates non spernendus.

Scripsit:

Carmina varia et sermonum libros.

« Defunctus Granatae ad singulim Fluvium anno 1617 suum sanguine fratrem habens in Hispanica Congregatione dictum Ferdinandum a Resurretione ».

« Ita Franciscus a S. Maria Tom. II. Historiae Reform. S. Teresiae, lib. VII, rap. 41 etc. ».

38. Ludovicus a S. Francisco

Regno Gallus Bearnus principatu, Palensis patria, in dioecesi Lascuriensi dictus in saeculo Ruben Remy parentibus Roberto Remy et Joanna Seguier Petro Seguier gallicae cancellario affini natus. Qui Calvinianam haeresim qua pater et mater inficiebantur aufugiens, Romam petiit ubi in coenobio S. Mariae de Scala primus Gallicae nationis habitum nostrum induerit an. 1602 et anno sequenti 1603 die 10 martii solemnem emisit professionem.

Anno 1612 die 6 junii primus etiam prior Parisiensis electus usquo ad annum 1614, quo ad fundationem monasterii Coloniensis missus fuit: anno 1617 duacensis prior: anno 1619 in Galliam visitator generalis accessit, anno 1621 Avenionensis prior; Anno 1622 praefectus Franciae provinciae, anno 1625 definitor provincialis et Lugdunensis prior, anno 1628 iterum Galliarum provinciae praefectus, anno 1629 definitor generalis et visitator generalis in Gallia. Anno 1632 facultatem petiit recedendi in desertum Gienniense, cujus in exitu ad Tauriensis coenobii fundationem deputatus est anno 1636 in Gallias reversus definitor provincialis anno 1637 et anno 1640, tertio provincialis factus, qui e Capitulo generali rediens, feliciter ad alteram viam inter suos migravit Lugduni die 8 julii an. 1641 ibidemque sepultus.

Scripsit et edidit:

1. *Stimulum Compunctionis*, « quem italice scripserat Ioannes a Iesu Maria Italicae Congregat. praeposit. general.,

gallico sermone donavit Ludovicus noster, quem Mariae Mediceae, regnum Galliae regenti anno 1613, sub titulo gallico: *L'Equillon de la Componction* dicavit, a qua regio praescripto Millia Scuta Gallica postea recepit. » — Prodiit

Parisiis ann. 1614 in 24 ap. Renatum Ruelle.

2. *De Oratione, Contemplatione et Spirituum Examine.* — Tractat. MS.

« Qui Tractat. servab. olim in coenobio nostro Parisiensi.»

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 279. — De Williers, Tom. II suae Bibl. pag. 281, N. 76).

39. Ludovicus a Matre Dei

Natione Hispanus natus et professus in Castella-Veteri, Vir magnae virtutis et eruditionis. Obiit Guadalaxarae octogenario maior anno Dni 1678.

Elucubravit librum numeris omnibus facultatibusque ad imprimendum absolutum, quem inscripsit hispanice:

Exercitia Spiritualia, omnibus iis praecipue qui exterioribus Exercitiis occupantur utilia. — MSS.

« Extant MSS. in coenob. nostro Guadalaxarae. »

(Martial. a S. Jo: Bapta, ut supr. loco citato).

40. Ludovicus a Nativitate B. V.

Natione Gallus ortu Parisinus, in saeculo dictus de Compans, R. P. Cypriani, a Nativitate Beatae Virginis Frater, philosophiae ac theologiae Professor Charentoni Romae et Melitae, prior Parisiensis anno 1649, prior Sylvanectensis ann. 1567)

Scripsit:

Vitam Venerab. Iuliani a Cruce Carmel. Discalc.

Obiit P. Ludovicus post ann. 1670,

(De Williers, in sua Biblioth. Tom. II, pag. 294, N. 85).

41. Ludovicus a Spiritu Sancto

Natione Hispanus patria Cordubensis sacrarum disciplinarum peritia et exercitatione clarissimus.

Scripsit:

1. *Elucubrationes ad Sacras Conciones faciendas perutiles.* Latine in 4.

« MSS. servantur in conventu nostro de Aquilar. »

2. *Stemmata Sororis nostrae Mariae Teresiae a Iesu.* — Hispanice.

« MSS. asserv. in collegio nostro Hispalensi. »
(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 279).

42. Ludovicus a S. Teresia

Natione Gallus, in saeculo dictus Claudius de Buchampo Bellovaci natus die 27 maii anno 1602. Vestem religiosam induit in coenobio Parisiensi anno 1618 dominica tertia adventus, professionem autem emisit die 12 ianuar. an. 1620.

Vir fuit pietate ac doctrina insignis, bono publico datus, et domesticos et extraneos in omnibus adiuvit : cuius probitas, morum suavitas et integritas in rebus agendis dexteritas, ingenii foecunditas et eruditionis varietas ab omnibus probatur.

Concionibus per Adventum et Quadragesimam saepe occupatus, multos ad solidam pietatem convertit. Zelo conversionis haereticorum accensus, si non aucthor, promotor tamen fuit Missionum, quas nostri Religiosi gerunt in Hollandia.

Sacrae theologiae professor prior Parisiensis anno 1640 electus, praefuit et aliis conventibus eodem munere decoratus Massiliae, Barroducis, Meldis ; coenobii Ambianensis et bibliothecae benefactor eximius, commissarius apostolicus saepius ad componenda dissidia circa reformationem institutionum S. Antonii Praemostratensium, Guillemitarum S. Crucis a Brettoneria Parisiensium, nec non clericorum regularium doctrinae christianae. Visitator provinciae Flandriae, et anno 1668 Angliae, Scotiae, Hiberniae ac Hollandiae. Primus definitor provinciae Parisiensis constitutus, ad sexennium Dominici a SS. Trinitate praeposit. general. Italicae Congregat. regen., et in iis omnibus praelaturis egregie functus, omnium moerore obiit Parisiis in coenobio nostro S. Ioseph die 14 octobris anno reparatae salutis 1671.

Opera eius sunt :

1. *Successio S. Eliae Prophetae in Ordine Carmelitarum,* et in Reformatione S. M. Teresiae a Iesu, chronologica serie scripta.

Parisiis ap. Guillelm. Sassier anno 1662 in folio.

Ad E.mum S. R. C. Cardinal. Antonium Barberinum, Rhemensem archiep., et Galliae maiorem eleemosynarium.

« Hoc opus excellentissimum est, et omni laude dignum, inquit Ludovicus Iacob, qui a suis sodalibus male audiri non debuit, ita traditionibus sui Ordinis assentiens.

« Quod tamen non ita sensit scriptor, vel editor bibliothecae aucthorum Burgundiae, Tom I. pag. 324.

« Successio e contra Eliae Prophetae a Ludovico nostro edita, si audiatur vir clariss. Dnus Lenglet Dufresnoy, in Tom. III Method. stud. histor. pag. 149 et in supplem. eiusd. methodi pag. 39, catalog. edit. in 4.

Opus comicis singularitatibus et ineptiis plenum est.

2. *Declaratio et confirmatio virtutum et mirabilium, quae Deus operatus est in vita et post mortem venerab. Sororis nostrae Matr. Mariae ab Angelis, Batavae.*

« Haec narratio legitur post dictae Matris vitam. »

Parisiis editam gallice anno 1661 in 4.

3. *Annales Carmelitarum Discalceatorum in Regno Galliae Degentium.*

Parisiis anno 1666, apud Carolum Angot, in folio (Gallice).

4. *De Regimine Nostrarum Monialium in Gallia.* (Gallice).

Parisiis anno 1661 in folio.

5. *Vita Venerab. Sororis nostrae Matr. Annae a Iesu de Labera.*

(MS. servatur ap. nostras Monial. Bruxellenses. (Gallice).

6. *Vita Venerab. P. Iuliani a Cruce Neustrii Carmelit. Discalc.*

« Prodiit ad calcem Annalium iam laudatorum, Lib. II, cap. 159, usque ad caput 168 inclusive, seu a pag. 751 usq. ad pag. 685 in fol. (Gallice)

7. *Relationes Missionum Orientalium.*

« Nonnullae ad Persidem, Alepium et Goam spectantes prodierunt, Lib. II. Annalium de quibus N. 3 diximus : (sed manuscriptas, beneficio aucthoris se legisse magna voluptate refert Ludov. Iacob).

8. *Tractatus Theologicus unionis Animae cum Deo.*

« In quo doctrina S. P. N. Ioannis a Cruce, doctrina SS. Augustini et Thomae Aquin. elucidatur ac roboratur. » (Gallice).

Parisiis anno 1665 in 4.

9. *Historia Missionis Batavicae Carmelitan. Discalceat.* MS.

10. *De Contemplatione: Opus Mysticum. Lib. 1.* MS.

11. *In Sacram Scripturam Commentaria.* MSS.

« Haec tria MSS. extabant olim in conventu nostro Parisiensi. »

(Martial. a S. Io: Bapta, pag. 279. — De Williers, T. II suae Bibliot. pag. 301 N. 92).

43. Ludovicus-Franciscus a Matre Dei

Natione Boeticus in dioecesi Hispalensi professus Romae in coenobio S. Mariae de Scala die 22 octobris anno 1606. Missionem accepit ad Persidem et Insulam Ormusianam.

In regno Syndae missionem ipse Tattensem fundavit: in imperio Mogoris zelo christianae religionis plures paganos ac Mahometanos ad Fidem Christianam adduxit, ipsis etiam infidelibus charus. Extremis ipsius vitae horis Baptismum ministrans, ac Christianos instruens, magna Sanctitatis fama, anno 1620.

Superiorum iussu scripsit:

Historiam Missionis Tattensis.

« Quam commemorat Martialis a S. Io: Bapta, pag. 280. »

44. Ludovicus-Maria Agudi

Mediolani natus, Institutum nostrum adolescens professus, inter Italiae primi nominis theologos ac sacros oratores habitus est; philosophiae ac theologiae professor Neapoli ac Bononiae Teresianos sodales sic instituit, ut horum plures celeberrimam ex doctrina famam sibi comparaverint. Tum ad paraeneticam et exegeticam conversus ac primariis Italicae Civitatibus quasi certatim vocabatur, qui conciones per quadragesimam haberet Comi, Veronae, Mediolani, Venetiis, Neapoli summo fructu et plausu praedicavit. Tandem post viginti novem annos in nostro Carmelo transactos, variis functus muneribus ex Summi Pontificis indulgentia institutum Praedicatorum amplexus est anno 1669, cuius cum laude meminit Philippus Picinelli in Athen. Mediol., pag. 394.

Haec ab eo scripta prodierunt:

1. *Carmelus Sapiens, sive de Scriptoribus utriusque Carmeli Excalceati et Mitigati.*

2. *Anima Bibliothecae* sive Indicum Liber, quo quid ex innumeris poene aucthoribus de unaquaque re, ex proposito, et professo scripserint facili methodo comparatur.

3. *De Iustitia et Iure, Restitutione et Contractibus.*

4. *De Sacramentis in genere et in specie.*

Lugduni.

5. *De Censuris in Communi et in Particulari.*

« Post suam vero in Ordine Praedicatorum translationem scripsit :

6. *Fontes Salvatoris.*

Mediolani anno 1666 in 4.

(Sed si transiit in Praedicatorum Ordinem anno 1669 et praecedens liber *Fontes etc.*, sit editus Mediolani anno 1666, necesse est ut editus sit tribus circiter annis ante praedictum ingressum, dum adhuc versabatur apud Teresianos). Anno 1679 obiit.

« Sequentia habebat italice praelo parata :

1. *Quadragesimale.*

2. *Sermones pro omnibus Dominicis totius Anni.*

3. *Sermones pro Festis Sanctorum totius Anni.*

« Notitiam istius aucthoris eiusque scriptorum desumpsit noster Martialis a S. Io : Bapta ex doctissimo P. Echard, Tom. II, Scriptorum Ord. Praedicatorum, pag. 687. »

FINIS TOMI PRIMI.

INDEX

General